
Schaff Weimar
1844



ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ.

EURIPIDIS
HERACLIDAE

EX RECENSIONE
PETRI ELMSLEY A. M.
QUI
ANNOTATIONES SUAS
ET
ALIORUM SELECTAS
ADJECIT.

EDITIO AUCTIOR INDICIBUSQUE INSTRUCTA.

LIPSIAE
SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI
MDCCCXXI.

PRAEFATIO.

Quae me caussae impulerint ad operam meam Euripidis Heraclidis impendendam, nec satis scio, nec, si sciam, quidquam lectoris interest ut dicam. Magis operae pretium videtur, pauca de instituto meo operisque ratione praefari.

Ipsis poëtae verbis, textum vulgo vocant, Aldinae editionis collationem subjeci, eo scilicet consilio, ut primo aspectu cernere posset lector, quid his trecentis et amplius annis in emendatione nostrae fabulae tot eruditorum virorum ingenio atque industria profectum esset. Quid autem eorum cuique deberetur, quae etiam editiones singulorum locorum veram scripturam primae exhibuissent, in annotationibus commemorandum reservavi. Non solum singularum vocum et singularum literarum varietates diligenter enotavi, saltem enotare volui, verum etiam accentus et spiritus Aldinae editionis nunquam celato lectore mutavi. Quod etiam de *ἰῶτα* subscripto dictum velim, praeterquam in *κἀγὼ* et similibus, in quibus diphthongum pro simplici vocali satis constanter exhibet Aldina. At vero distinctionum notas, praeter interrogationis signum, tacite plerumque mutavi. Toties enim in hac re peccavit Aldus, ut si errores ejus diligenter ex-

hibuissem, magnam lectori molestiam sine ulla utilitate attulissem.

Non est hujus loci de singulis Euripidis editionibus copiose dicere. Cum vero passim in annotationibus *Edd. Recentiorum* mentionem fecerim, non ignorare debet lector, sex tantum esse editiones, quae quidem hanc fabulam exhibeant, quas *Veteres* appellem: Aldinam scilicet, tres Hervagianas, Brubachianam et Stiblinianam. Reliquas omnes, quarum prima est Canteriana, anno MDLXXI. in lucem emissa, *Recentiores* appello. Eundem autem fere locum inter Euripidis editores obtinet Gul. Canterus, quem inter Sophoclis editores Turnebus. Cantero proxime successit Aemilius Portus, qui opera sua Hieronymo Commelino typographo Heidelbergensi locata, anno MDXCVII. recensionem edidit a Canteriana paullo diversam, addita etiam versione Latina a se confecta. Insigni sane fraude Porti versionem, obscuri scilicet hominis, et cujus nomen libro praefixum parum gratiae conciliaturum esset, sub illustriori Canteri nomine venditavit Paulus Stephanus, qui additis Scholiis Graecis ex ed. Hervagiana, necnon Brodaei Stiblinique annotationibus ex ed. Stibliniana, editionem Commelinianam sive Portinam quinquennio post Genevae expressit.

Quod ad annotationes attinet, gratiam aliquam cum studiosa juventute forsan initurus sim, quod quicquid apud Brodaeum, Barnesium, Heathium et Musgravium reperetam, quod fabulam nostram illustrare videbatur, in unum corpus collegi et in annotationum mearum se-

riem inserui. Neque graviter laturos arbitror virorum doctorum manes, quorum scripta compilavi, quod non solum falsas eorum interpretationes et infelices conjecturas quamplurimas sub silentio praeterii, verum etiam optimas annotationes, si quando paullo verbosiores videbantur quam nostra fert aetas, nonnullis recisis quasi in compendium redegi. Loca etiam veterum scriptorum ab iis allegata, interdum paullo aliter quam ipsi fecerant allegavi, et plerumque ad paginas et versus editionum quibus ipse utebar citavi.

Litera S. designat varias lectiones, quas in duobus codicibus Italicis repertas, in libello Annotationum in Sophoclem et Euripidem, anno MDLXVIII. edito, publici juris fecit Henricus Stephanus. Literae E. G. duos codices Regios Parisienses designant, a Musgravio collatos. In Catalogo Librorum Manuscriptorum Bibliothecae Regiae numerantur 2887. et 2817. Insignem vulgatae scripturae emendationem ex his codicibus petitam vide ad v. 627. Lectiones codd. Parisiensium a Musgravio indicatas ad unam omnes in annotationibus meis memoravi, etiam ubi nihil monuerat Musgravius, nisi codices cum vulgatis libris consentire.

[MONITUM.

In hac iteratione Heraclidarum *) praeter indices accesserunt annotationes quaedam, quibus complexi sumus quae nuperrime ab viris doctis ad hanc fabulam vel emendandam vel explicandam sunt allata. In quo genere si nos nonnulla fugerint quae commemorari oportebat, non mirabimur. Alia consulto praetermisimus, quod non satis digna iudicaremus quae Elmsleii annotationibus admiscerentur. Quae in Addendis dederat editor eruditissimus, suis quaeque locis inserta sunt. Iudicium de Elmsleii opera tulit aliquis in diario classico Vol. XIV. p. 302 — 307. et Vol. XVI. p. 391. — 403.

Relicuum est ut lectores moneamus, brevi prodituram esse eruditam opellam Godofredi Stallbaumii, qui multa et praeclara in Heraclidas est meditatus.]

---

*) Prodierunt Oxonii MDCCCXIII.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΗΡΑΚΛΕΙΔΩΝ.

Ἰόλαος υἱὸς μὲν ἦν Ἰφικλέους, ἀδελφιδοῦς δὲ Ἡρακλέους. ἐν νεότητι δ' ἐκείνῳ συστρατευσάμενος, ἐν γήρᾳ τοῖς ἐξ ἐκείνου βοηθὸς εὔνους παρέστη. τῶν γὰρ παίδων ἐξ ἁπάσης ἐλαυνομένων γῆς ὑπ' Εὐρυσθέως, ἔχων αὐτοὺς ἦλθεν εἰς Ἀθήνας. κἀκεῖ προσφυγὼν τοῖς θεοῖς, ἔσχε τὴν ἀσφάλειαν, Δημοφῶντος τῆς πόλεως κρατοῦντος. Κοπρέως δὲ τοῦ Εὐρυσθέως κήρυκος ἀποσπᾶν θέλοντος τοὺς ἱκέτας, ἐκώλυσεν αὐτόν. ὁ δὲ ἀπῆλθε, πόλεμον ἀπειλήσας προσδέχεσθαι. Δημοφῶν δὲ, τούτου μὲν ὠλιγώρει. χρησμῶν δὲ αὐτῷ νικηφόρων γενηθέντων, ἐὰν Δήμητρι τὴν εὐγενεστάτην παρθένων σφάξῃ, τοῖς λόγοις βαρέως ἔσχεν. οὔτε γὰρ ἰδίαν, οὔτε τῶν πολιτῶν τινος θυγατέρα χάριν τῶν ἱκετῶν ἀποκτεῖναι δίκαιον ἡγεῖται. τὴν μαντείαν δὲ προγνοῦσα μία τῶν Ἡρακλέους παίδων Μακαρία, τὸν θάνατον ἑκουσίως ὑπέστη. ταύτην μὲν οὖν εὐγενῶς ἀποθανοῦσαν ἐτίμησεν. αὐτοὶ δὲ τοὺς πολεμίους ἐπιγνόντες παρόντας, εἰς τὴν μάχην ὥρμησαν.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΙΟΛΑΟΣ.
ΚΟΠΡΕΥΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΔΗΜΟΦΩΝ.
ΜΑΚΑΡΙΑ.
ΘΕΡΑΠΩΝ.
ΑΛΚΜΗΝΗ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΕΥΡΥΣΘΕΥΣ.

Προλογίζει δὲ ὁ Ἰόλαος.

5. Μακαρία. παρθένος.
6. Θεράπαινα.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ.

Πάλαι ποτ' ἐστὶ τοῦτ' ἐμοὶ δεδογμένον,
ὁ μὲν δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκ' ἀνήρ,
ὁ δ' εἰς τὸ κέρδος λῆμ' ἔχων ἀνειμένον,
πόλει τ' ἄχρηστος, καὶ ξυναλλάσσειν βαρύς,
αὑτῷ δ' ἄριστος. οἶδα δ' οὐ λόγῳ μαθών.
ἐγὼ γὰρ αἰδοῖ, καὶ τὸ συγγενὲς σέβων,
ἐξὸν κατ' Ἄργος ἥσυχον ναίειν, πόνων
πλεῖστον μετέσχον εἷς ἀνὴρ Ἡρακλέει,
ὅτ' ἦν μεθ' ἡμῶν. νῦν δ' ἐπεὶ κατ' οὐρανὸν
ναίει, τὰ κείνου τέκν' ἔχων ὑπὸ πτεροῖς
σώζω τάδ', αὐτὸς δεόμενος σωτηρίας.
ἐπεὶ γὰρ αὐτῶν γῆς ἀπηλλάχθη πατήρ,
πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἤθελ' Εὐρυσθεὺς κτανεῖν·
ἀλλ' ἐξέδραμεν. καὶ πόλις μὲν οἴχεται,
ψυχὴ δ' ἐσώθη. φεύγομεν δ' ἀλώμενοι,
ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἐξορίζοντες πόλιν.
πρὸς τοῖς γὰρ ἄλλοις καὶ τόδ' Εὐρυσθεὺς κακοῖς

---

1. πάλαί ποτ'
4. συναλλάσσειν
F. ξυναλλάξαι
7. ἡσύχως
8. πλείστων — Ἡρακλέι
10. τἀκείνου
14. ἀλλ' ἐξέδραμον.

ὕβρισμ' ἐς ἡμᾶς ἠξίωσεν ὑβρίσαι,
πέμπων ὅποι γῆς πυνθάνοιθ' ἱδρυμένους,
κήρυκας, ἐξαιτεῖ τε, κἀξείργει χθονὸς,
πόλιν προτείνων Ἄργος † οὐ σμικρὰν φίλων,
ἔχθραν γε θέσθαι, χαὐτὸν εὐτυχοῦνθ' ἅμα.
οἱ δ', ἀσθενῆ μὲν τἀπ' ἐμοῦ δεδορκότες,
σμικροὺς δὲ τούσδε, καὶ πατρὸς τητωμένους,
τοὺς κρείσσονας σέβοντες, ἐξείργουσι γῆς.
ἐγὼ δὲ σὺν φεύγουσι συμφεύγω τέκνοις,
καὶ ξὺν κακῶς πράσσουσι συμπράσσω κακῶς,
ὀκνῶν προδοῦναι, μή τις ὧδ' εἴπῃ βροτῶν;
Ἴδεσθ', ἐπειδὴ παισὶν οὐκ ἔστιν πατὴρ,
Ἰόλαος οὐκ ἤμυνε, συγγενὴς γεγώς. —
πάσης δὲ χώρας Ἑλλάδος τητώμενοι,
Μαραθῶνα, καὶ ξύγκληρον ἐλθόντες χθόνα,
ἱκέται καθεζόμεσθα βώμιοι θεῶν,
προσωφελῆσαι. πεδία γὰρ τῆσδε χθονὸς
δισσοὺς κατοικεῖν Θησέως παῖδας λόγος,
κλήρῳ λαχόντας, ἐκ γένους Πανδίονος,
τοῖσδ' ἐγγὺς ὄντας. ὧν ἕκατι, τέρμονας
κλεινῶν Ἀθηνῶν τήνδ' ἀφικόμεσθ' ὁδόν.
δυοῖν γερόντοιν δὲ στρατηγεῖται φυγή.
ἐγὼ μὲν ἀμφὶ τοῖσδε καλχαίνω τέκνοις.
ἡ δ' αὖ τὸ θῆλυ παιδὸς Ἀλκμήνη γένος
ἔσωθε ναοῦ τοῦδ' ὑπηγκαλισμένη

---

18. ἐς ὑμᾶς
19. ὅπῃ γῆς
21. πόλιν προτιμῶν
Ib. F. φίλοις,
22. ἔχθραν γενέσθαι, χ' αὐτὸν
27. καὶ σὺν
29. οὐκ ἔστι
32. σύγκληρον
33. καθεζώμεσθα
38. τόνδ' ἀφικόμεσθ' ὅρον.
40. χαλκαίνω
41. ἥδ' αὖ
42. ἀπηγκαλισμένη,

σώζει. νέας γὰρ παρθένους αἰδούμεθα
ὄχλῳ πελάζειν, κἀπιβωμιοστατεῖν.
Ὕλλος δ᾽, ἀδελφοί θ᾽, οἷσι πρεσβεύει γένος,
ζητοῦσ᾽ ὅποι γῆς πύργον οἰκιούμεθα,
ἢν τῆσδ᾽ ἀπωθώμεσθα πρὸς βίαν χθονός.
ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦρο λαμβάνεσθ᾽ ἐμῶν
πέπλων. ὁρῶ κήρυκα τόνδ᾽ Εὐρυσθέως
στείχοντ᾽ ἐφ᾽ ἡμᾶς, οὗ διωκόμεσθ᾽ ὕπο,
πάσης ἀλῆται γῆς ἀπεστερημένοι.
ὦ μῖσος, εἴθ᾽ ὄλοιο, χὠ πέμψας ἀνήρ.
ὃς πολλὰ δὴ καὶ τῶνδε γενναίῳ πατρὶ
ἐκ τοῦδε ταυτοῦ στόματος ἤγγειλας κακά.

ΚΟ. Ἦπου καθῆσθαι τήνδ᾽ ἕδραν καλὴν δοκεῖς,
πόλιν τ᾽ ἀφῖχθαι ξύμμαχον, κακῶς φρονῶν.
οὐ γάρ τις ἐστὶν, ὃς πάροιθ᾽ αἱρήσεται
τὴν σὴν ἀχρείαν δύναμιν ἀντ᾽ Εὐρυσθέως.
χώρει (τί μοχθεῖς ταῦτ᾽; ἀνίστασθαί σε χρὴ)
εἰς Ἄργος, οὗ σε λεύσιμος μένει δίκη.

ΙΟ. Οὐ δῆτ᾽, ἐπεί μοι βωμὸς ἀρκέσει θεοῦ,
ἐλευθέρα τε γαῖ᾽, ἐν ᾗ βεβήκαμεν.

ΚΟ. Βούλει πόνον μοι τῆδε προσθεῖναι χερί;

ΙΟ. Οὔτοι βίᾳ γέ μ᾽, οὐδὲ τούσδ᾽ ἄξεις λαβών.

ΚΟ. Γνώσει σύ. μάντις δ᾽ ἦσθ᾽ ἄρ᾽ οὐ καλὸς τάδε.

ΙΟ. Οὐκ ἂν γένοιτο τοῦτ᾽ ἐμοῦ ζῶντός ποτε.

ΚΟ. Ἄπαιρ᾽. ἐγὼ δὲ τούσδε, κἂν σὺ μὴ θέλῃς,
ἄξω, κομίζων οὕπερ εἰσ᾽ Εὐρυσθέως.

ΙΟ. Ὦ τὰς Ἀθήνας δαρὸν οἰκοῦντες χρόνον,

---

46. ζητοῦσιν ὅπῃ γῆς
52. χ᾽ ὡ πέμψας
53. ὡς πολλὰ δὴ
54. ταὐτοῦ
56. σύμμαχον, καλῶς φρονῶν;
65. γνώσῃ σύ. μάντις δ᾽ οἶσθ᾽ ἄρ᾽
68. νομίζων
69. ὦ τὰς Ἀθηναίας

ἀμύνεθ'. ἱκέται δ' ὄντες ἀγοραίου Διὸς,
βιαζόμεσθα, καὶ στέφη μιαίνεται,
πόλει τ' ὄνειδος, καὶ θεῶν ἀτιμία.
ΧΟ. Ἔα, ἔα, τίς ἡ βοὴ βωμοῦ πέλας
ἕστηκε; ποίαν ξυμφορὰν δείξει τάχα;
ΙΟ. Ἴδετε τὸν γέροντ' ἀμαλὸν ἐπὶ πέδῳ
χύμενον, ὦ τάλας.
ΧΟ. Πρὸς τοῦ ποτ' ἐν γῇ πτῶμα δύστηνον πίτνεις;
ΙΟ. Ὅδ', ὦ ξένοι, με, σοὺς ἀτιμάζων θεοὺς,
ἕλκει βιαίως Ζηνὸς ἐκ προβωμίων.
ΧΟ. Ὅδ' ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετράπτολιν
ξύνοικον ἦλθες λαόν; ἢ πέρα-
θεν ἁλίῳ πλάτᾳ
κατέσχετ' ἐκλιπόντες Εὐβοῶδ' ἀκτάν;
ΙΟ. Οὐ νησιώτην, ὦ ξένοι, τρίβω βίον,
ἀλλ' ἐκ Μυκηνῶν σὴν ἀφιγμεθα χθόνα.
ΧΟ. Ὄνομα τί σε, γέρον, Μυκηναῖος ὠ-
νόμαζεν λεώς;
ΙΟ. Τὸν Ἡράκλειον ἴστε που παραστάτην
Ἰόλαον. οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε.
ΧΟ. Οἶδ', εἰσακούσας καὶ πρίν. ἀλλὰ τοῦ ποτε
ἐν χειρὶ σῇ κομίζεις κόρους
νεοτρεφεῖς, φράσον.
ΙΟ. Ἡρακλέους οἵδ' εἰσὶ παῖδες, ὦ ξένοι,
ἱκέται σέθεν τε καὶ πόλεως ἀφιγμένοι.
ΧΟ. Τί χρέος; ἢ λόγων πόλεος, ἔνεπέ μοι,

---

74. συμφορὰν
75, τὸν γέροντα μᾶλλον
77. πιτνεῖς;
84. Εὐβοΐδ' ἀκτάν;
87. 88. ὠνόμαζε λαός;
89. ἴστέ που
90. Ἰόλαον;
91. ἀλλὰ ποῦ ποτ' ἐν
92. ἐν omittit Aldus.
96. πόλεως ἔννεπέ μοι

μελόμενοι τυχεῖν;
ΙΟ. Μήτ' ἐκδοθῆναι, μήτε πρὸς βίαν θεῶν
τῶν σῶν ἀποσπασθέντες εἰς Ἄργος μολεῖν.
ΚΟ. Ἀλλ' οὔτι τοῖς σοῖς δεσπόταις τάδ' ἀρκέσει,
οἵ σοῦ κρατοῦντες ἐνθάδ' εὑρίσκουσί σε.
ΧΟ. Εἰκὸς θεῶν ἱκτῆρας αἰδεῖσθαι, ξένε,
καὶ μὴ βιαίῳ χειρὶ δαιμόνων
† ἀπολείπειν σ' ἕδη.
πότνια γὰρ δίκα τάδ' οὐ πείσεται.
ΚΟ. Ἔκπεμπέ νυν γῆς τῆσδε τοὺς Εὐρυσθέως,
κοὐδὲν βιαίῳ τῇδε χρήσομαι χερί.
ΧΟ. Ἄθεον ἱκεσίαν † μεθεῖναι πόλει
ξένων προστροπάν.
ΚΟ. Καλὸν δέ γ' ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα,
εὐβουλίας τυχόντα τῆς ἀμείνονος.
ΧΟ. Οὐκ οὖν τυράννῳ τῆσδε γῆς φράσαντά σε
χρῆν ταῦτα τολμᾶν, (ἀλλὰ μὴ βίᾳ ξένους
θεῶν ἀφέλκειν) γῆν σέβοντ' ἐλευθέραν;
ΚΟ. Τίς δ' ἐστὶ χώρας τῆσδε, καὶ πόλεως ἄναξ;
ΧΟ. Ἐσθλοῦ πατρὸς παῖς Δημοφῶν ὁ Θησέως.
ΚΟ. Πρὸς τόνδ' ἀγὼν τις ἆρα τοῦδε τοῦ λόγου
μάλιστ' ἂν εἴη· τἄλλα δ' εἴρηται μάτην.
ΧΟ. Καὶ μὴν ὅδ' αὐτὸς ἔρχεται σπουδὴν ἔχων,
Ἀκάμας τ' ἀδελφὸς, τῶνδ' ἐπήκοοι λόγων.
ΔΗ. Ἐπείπερ ἔφθης πρέσβυς ὢν νεωτέρους,
βοηδρομήσας τήνδ' ἐπ' ἐσχάραν Διὸς,

---

97. μελομένῳ τυχεῖν.
106. ἔκπεμπε νῦν γῆς τοῦσδε
108. F. μεθεῖναι πάλιν vel μεθεῖναί τινι
109. ξένων πρὸς τὸ πᾶν.
112. οὔκουν
114. γῆν σέβου τ' ἐλευθέραν.
115. τίς δ' ἐστι
117. ἆρα

λέξον τίς ὄχλον τόνδ' ἀθροίζεται τύχη.
ΧΟ. Ἱκέται κάθηνται παῖδες οἵδ' Ἡρακλέους,
βωμὸν καταστέψαντες, ὡς ὁρᾷς, ἄναξ,
πατρός τε πιστὸς Ἰόλεως παραστάτης.
ΔΗ. Τί δῆτ' ἰυγμῶν ἥδ' ἐδεῖτο συμφορά;
ΧΟ. Βίᾳ νιν οὗτος τῆσδ' ἀπ' ἐσχάρας ἄγειν
ζητῶν, βοὴν ἔστησε, κἄσφηλεν γόνυ
γέροντος, ὥστε μ' ἐκβαλεῖν οἴκτῳ δάκρυ.
ΔΗ. Καὶ μὴν στολήν γ'; Ἕλληνά τε ῥυθμὸν πέπλων
ἔχει. τὰ δ' ἄλλα βαρβάρου χερὸς τάδε.
σὸν δὴ τὸ φράζειν ἐστὶ, μὴ μέλλειν τ', ἐμοὶ,
ποίας ἀφῖξαι δεῦρο γῆς ὅρους λιπών.
ΚΟ. Ἀργεῖός εἰμι. τοῦτο γὰρ θέλεις μαθεῖν.
ἐφ' οἷσι δ' ἥκω, καὶ παρ' οὗ, λέγειν θέλω.
πέμπει Μυκηνῶν δεῦρό μ' Εὐρυσθεὺς ἄναξ,
ἄξοντα τούσδε. πολλὰ δ' ἦλθον, ὦ ξένε,
δίκαι' ὁμαρτῇ δρᾶν τε καὶ λέγειν ἔχων.
Ἀργεῖος ὢν γὰρ αὐτὸς, Ἀργείους ἄγω,
ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ τούσδε δραπέτας ἔχων,
νόμοισι τοῖς ἐκεῖθεν ἐψηφισμένους
θανεῖν. δίκαιοι δ' ἐσμὲν, οἰκοῦντες πόλιν,
αὐτοὶ κατ' αὐτῶν κυρίους κραίνειν δίκας.
πολλῶν δὲ κἄλλων ἑστίας ἀφιγμένων,
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοισίδ' ἔσταμεν λόγοις,
κοὐδεὶς ἐτόλμησ' ἴδια προσθέσθαι κακά,
ἀλλ' ἤ τιν' εἰς σὲ μωρίαν ἐσκεμμένοι.

---

123. ἀθροίζεται
130. ὥστε μοι βαλεῖν
131. στολήν γ' Ἕλληνα, καὶ ῥυθμὸν
136. καίπερ οὐ λέγειν θέλων,
139. ὁμαρτῇ
141. τούτους δραπέτας
F. δραπέτας τούτους
144. αὐτοὶ καθ' αὐτῶν
146. ἐν τοῖσι δ' αὐτοῖς τοῖσιν
148. ἀλλ' εἴ τιν'

δεῦρ' ἤλθομεν, ἢ κίνδυνον ἐξ ἀμηχάνων
ῥίπτοντες, εἴτ' οὖν, εἴτε μὴ γενήσεται.
οὐ γάρ φρενήρη γ' ὄντα σ' ἐλπίζουσί που
μόνον τοσαύτης, ἧς ἐπῆλθον, Ἑλλάδος,
τὰς τῶνδ' ἀβούλους ξυμφορὰς κατοικτιεῖν.
φέρ' ἀντίθες γάρ, τούσδε τ' εἰς γαῖαν παρεὶς,
ἡμᾶς τ' ἐάσας ἐξάγειν, τί κερδανεῖς;
τὰ μὲν παρ' ἡμῶν, τοιάδ' ἔστι σοὶ λαβεῖν,
Ἄργους τοσήνδε χεῖρα, τήν τ' Εὐρυσθέως
ἰσχὺν ἅπασαν τῇδε προσθέσθαι πόλει.
ἢν δ' εἰς λόγους τε καὶ τὰ τῶνδ' οἰκτίσματα
βλέψας πεπανθῇς, εἰς πάλην καθίσταται
δορὸς τὸ πρᾶγμα. μὴ γὰρ ὡς μεθήσομεν
δόξῃς ἀγῶνα τόνδ' ἄτερ Χαλυβδικοῦ.
τί δῆτα φήσεις; ποῖα πεδί' ἀφαιρεθεὶς
Τιρυνθίας γῆς πόλεμον Ἀργείοις ἔχειν;
ποίοις δ' ἀμύνων ξυμμάχοις; τίνος δ' ὕπερ
θάψεις νεκροὺς πεσόντας; ἢ κακὸν λόγον
κτήσει πρὸς ἀστῶν, εἰ γερόντων οὕνεκα
τύμβου, τὸ μηδὲν ὄντος, ὡς εἰπεῖν ἔπος,
παίδων τε τῶνδ', εἰς ἄντλον ἐμβήσει πόδα.
ἐρεῖς τὸ λῷστον ἐλπίδ' εὑρήσειν μόνον.
καὶ τοῦτο πολλῷ τοῦ παρόντος ἐνδεές.
κακῶς γὰρ Ἀργείοισιν οἵδ' ὡπλισμένοι
μάχοιντ' ἂν ἡβήσαντες, (εἴτι τοῦτό σε

---

149. δεῦρ' ἦλθον ἐς κίνδυνον,
150. ῥιπτοῦντες,
152. ἣν ἐπῆλθον
153. κατοικτίσεις.
154. τούσδέ γ'
162. δόξης—χαλυβικοῦ.
164. Τιρυνθίοις θῆς;
165. συμμάχοις;
166. ἢ κακὸν λόγον
167. κτήσῃ
169. ἐμβήσῃ
173. μάχοιντ' ἀνηβήσαντες, εἰ τοῦτό σε

ψυχὴν ἐπαίρει; χοὖν μέσῳ πολὺς χρόνος,
ἐν ᾧ διεργασθεῖτ᾽ ἄν. ἀλλ᾽ ἐμοὶ πιθοῦ·
δὸς μηδὲν, ἀλλὰ τἄμ᾽ ἐῶν ἄγειν ἐμὲ,
κτῆσαι Μυκήνας· μὴ δ᾽ ὅπερ φιλεῖτε δρᾶν,
πάθῃς σὺ τοῦτο, τοὺς ἀμείνονας παρὸν
φίλους ἑλέσθαι, τοὺς κακίονας λάβῃς.

ΔΗ. Τίς ἂν δίκην κρίνειεν, ἢ γνοίη λόγον,
πρὶν ἂν παρ᾽ ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ;

ΙΟ. Ἄναξ, ὑπάρχει μὲν τόδ᾽ ἐν τῇ σῇ χθονὶ,
εἰπεῖν, ἀκοῦσαί τ᾽ ἐν μέρει πάρεστί μοι,
κοὐδείς μ᾽ ἀπώσει πρόσθεν, ὥσπερ ἄλλοθεν.
ἡμῖν δὲ καὶ τῷδ᾽ οὐδέν ἐστιν ἐν μέσῳ.
ἐπεὶ γὰρ Ἄργους οὐδὲν ἔσθ᾽ ἡμῖν ἔτι,
ψήφῳ δοκῆσαν, ἀλλὰ φεύγομεν πάτραν,
πῶς ἂν δικαίως ὡς Μυκηναίους ἄγοι
ὅδ᾽ ὄντας ἡμᾶς, οὓς ἀπήλασαν χθονός;
ξένοι γάρ ἐσμεν. ἢ τὸν Ἑλλήνων ὅρον
φεύγειν δικαιοῦτ᾽, ὅστις ἂν τἄργος φύγῃ;
οὐκ οὖν Ἀθήνας γ᾽· οὐ γὰρ Ἀργείων φόβῳ
τοὺς Ἡρακλείους παῖδας ἐξελῶσι γῆς.
οὐ γάρ τι Τραχίς ἐστιν, οὐδ᾽ Ἀχαιικὸν
πόλισμ᾽, ὅθεν σὺ τούσδε, τῇ δίκῃ μὲν οὔ,
τὸ δ᾽ Ἄργος ὀγκῶν, οἷάπερ καὶ νῦν λέγεις,
ἤλαυνες ἱκέτας βωμίους καθημένους.
εἰ γὰρ τόδ᾽ ἔσται, καὶ λόγους κρανοῦσι σοὺς,
οὐκ οἶδ᾽ Ἀθήνας τάσδ᾽ ἐλευθέρας ἔτι.

---

174. χ᾽ ὧυν μέσω
177. μήδ᾽ ὅπερ φιλεῖ τε δρᾶν,
180. κρίνοιεν,
185. ἐν μέρει.
189. ὧδ᾽ ὄντας — ἀπήλασε
190. ἢ τῶν Ἑλλήνων
191. τἄργος φύγοι.
192. οὔκουν Ἀθήνας γ᾽, οὐκ ἄρ᾽
198. κρίνουσι σοὺς,

ἀλλ' οἶδ' ἐγὼ τὸ τῶνδε λῆμα καὶ φύσιν.
θνήσκειν θελήσουσ'. ἡ γὰρ αἰσχύνη πάρος
τοῦ ζῆν παρ' ἐσθλοῖς ἀνδράσιν νομίζεται.
πόλιν μὲν ἀρκεῖ. καὶ γὰρ οὖν ἐπίφθονον
λίαν ἐπαινεῖν ἐστι. πολλάκις δὲ δὴ
καὐτὸς βαρυνθεὶς οἶδ', ἄγαν αἰνούμενος.
σοὶ δ' ὡς ἀνάγκη τούσδε, βούλομαι φράσαι,
σώζειν, ἐπείπερ τῆσδε προστατεῖς χθονός.
Πιτθεὺς μέν ἐστι Πέλοπος. ἐκ δὲ Πιτθέως
Αἴθρα. πατὴρ δ' ἐκ τῆσδε γεννᾶται σέθεν
Θησεύς. πάλιν δὲ τῶνδ' ἄνειμί σοι γένος.
Ἡρακλέης ἦν Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς.
κείνη δὲ Πέλοπος θυγατρός. αὐτανεψίων
πατὴρ ἂν εἴη σός τε καὶ τούτων γεγώς.
γένους μὲν ἥκεις ὧδε τοῖσδε, Δημοφῶν.
ἃ δ' ἐκτὸς ἤδη τοῦ προσήκοντός σε δεῖ
τῖσαι λέγω σοι παισί. φημὶ γάρ ποτε
ξύμπλους γενέσθαι, τῶνδ' ὑπασπίζων πατρί,
ζωστῆρα Θησεῖ τὸν πολυκτόνον μέτα.
Ἅιδου τ' ἐρεμνῶν ἐξανήγαγεν μυχῶν
πατέρα σόν. Ἑλλὰς πᾶσα τοῦτο μαρτυρεῖ.
ὧν ἀντιδοῦναί σ' οἵδ' ἀπαιτοῦσιν χάριν,
μήτ' ἐκδοθῆναι, μήτε πρὸς βίαν θεῶν
τῶν σῶν ἀποσπασθέντες ἐκπεσεῖν χθονός.
σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν † χωρὶς, ἔν τε πόλει κακὸν,
ἱκέτας, ἀλήτας, ξυγγενεῖς, (οἴμοι κακῶν,

---

201. αἰσχύνη, βάρος
202. ἀνδράσι
204. λίαν γ' ἐπαινεῖν
205. ἄγαν γ' αἰνούμενος.
209. F. πατὴρ δὲ τῆσδε
212. αὐτανεψίω
216. τίσαι
217. σύμπλους
219. ἐρυμνῶν
221. ἀπαιτοῦσι
225. συγγενεῖς.

βλέψον πρὸς αὐτοὺς, βλέψον) ἕλκεσθαι βίᾳ.
ἀλλ' ἅντομαί σε, καὶ καταστέφω χεροῖν,
καὶ πρὸς γενείου, μηδαμῶς ἀτιμάσῃς
τοὺς Ἡρακλείους παῖδας εἰς χέρας λαβεῖν.
γενοῦ δὲ τοῖσδε συγγενὴς, γενοῦ φίλος,
πατὴρ, ἀδελφὸς, δεσπότης. ἅπαντα γὰρ
ταῦτ' ἐστὶ κρείσσω, πλὴν ὑπ' Ἀργείοις πεσεῖν.

ΧΟ. Ὤικτειρ' ἀκούσας τῶνδε συμφορὰς, ἄναξ.
τὴν δ' εὐγένειαν τῆς τύχης νικωμένην
νῦν δὴ μάλιστ' εἰσεῖδον. οἵδε γὰρ πατρὸς
ἐσθλοῦ γεγῶτες, δυστυχοῦσ' ἀναξίως.

ΔΗ. Τρισσαί μ' ἀναγκάζουσι συμφορᾶς ὁδοὶ,
Ἰόλαε, τούσδε μὴ παρώσασθαι ξένους.
τὸ μὲν μέγιστον, Ζεὺς, ἐφ' οὗ σὺ βώμιος
θακεῖς, νεοσσῶν τήνδ' ἔχων πανήγυριν.
τὸ συγγενές τε, καὶ τὸ προὐφείλειν καλῶς
πράσσειν παρ' ἡμῶν τούσδε, πατρῴαν χάριν.
τό τ' αἰσχρὸν, οὗπερ δεῖ μάλιστα φροντίσαι.
εἰ γὰρ παρήσω τόνδε συλᾶσθαι βίᾳ
ξένου πρὸς ἀνδρὸς βωμὸν, οὐκ ἐλευθέραν
οἰκεῖν δοκήσω γαῖαν. Ἀργείοις δ' ὀκνῶ
ἱκέτας προδοῦναι. καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας.
ἀλλ' ὤφελες μὲν εὐτυχέστερος μολεῖν.
ὅμως δὲ καὶ νῦν μὴ τρέσῃς ὅπως σέ τις
ξὺν παισὶ βωμοῦ τοῦδ' ἀποσπάσει βίᾳ.
σὺ δ' Ἄργος ἐλθὼν, ταῦτά τ' Εὐρυσθεῖ φράσον,

---

229. λαβών.
232. ταῦτ' ἐστι
233. τάσδε συμφορὰς
235. ἐσεῖδον.
238. τοὺς σοὺς pro τούσδε
239. βωμίους
241. προὐφείλειν,
244. συλλᾶσθαι
245. οὐκ ἐλεύθερον
250. σὺν παισὶ — ἀποσπάσῃ
251. σὐδ' Sic etiam vv. 258. 341. 373.

πρὸς τοῖσδέ τ', εἴ τι τοιόνδ' ἐγκαλεῖ ξένοις,
δίκης κυρῆσαι, τούσδε δ' οὐκ ἄξεις ποτέ.
ΚΟ. *Οὐκ ἦν δίκαιον ἦ τε, καὶ νικῶ λόγῳ;*
ΔΗ. *Καὶ πῶς δίκαιον τὸν ἱκέτην ἄγειν βίᾳ;*
ΚΟ. *Οὔκουν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλὰ σοὶ βλάβος;*
ΔΗ. *Ἔμοιγ', ἐάν σοι τούσδ' ἐφέλκεσθαι μεθῶ.*
ΚΟ. *Σὺ δ' ἐξόριζε, κᾆτ' ἐκεῖθεν ἄξομεν.*
ΔΗ. *Σκαιὸς πέφυκας, τοῦ θεοῦ πλείω φρονῶν.*
ΚΟ. *Δεῦρ', ὡς ἔοικε, τοῖς κακοῖσι φευκτέον.*
ΔΗ. *Ἅπασι κοινὸν ῥῦμα δαιμόνων ἕδρα.*
ΚΟ. *Ταῦτ' οὐ δοκήσει τοῖς Μυκηναίοις ἴσως.*
ΔΗ. *Οὔκουν ἐγὼ τῶν ἐνθάδ' εἰμὶ κύριος;*
ΚΟ. *Βλάπτων γ' ἐκείνους μηδὲν, ἢν σὺ σωφρονῇς.*
ΔΗ. *Βλάπτεσθ', ἐμοῦ γε μὴ μιαίνοντος θεούς.*
ΚΟ. *Οὐ βούλομαί σε πόλεμον Ἀργείοις ἔχειν.*
ΔΗ. *Κἀγὼ τοιοῦτος. τῶνδε δ' οὐ μεθήσομαι.*
ΚΟ. *Ἄξω γε μέντοι τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ λαβών.*
ΔΗ. *Οὐ τἄρ' ἐς Ἄργος ῥᾳδίως ἄπει πάλιν.*
ΚΟ. *Πειρώμενος δὴ τοῦτό γ' αὐτίκ' εἴσομαι.*
ΔΗ. *Κλάων ἄρ' ἅψει τῶνδε, κοὐκ ἐς ἀμβολάς.*
ΧΟ. *Μὴ, πρὸς θεῶν, κήρυκα τολμήσῃς θενεῖν.*
ΔΗ. *Εἰ μή γ' ὁ κήρυξ σωφρονεῖν μαθήσεται.*
ΧΟ. *Ἄπελθε. καὶ σὺ τοῦδε μὴ θίγῃς, ἄναξ.*
ΚΟ. *Στείχω. μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη.*

---

252. *πρὸς τοῖσδ' ἔτ' εἴ τι τοῖσίγ'*
254. *ἤ τι καὶ*
255. *βία;*
256. *οὔκουν — ἀλλὰ σὺ βλάβος.*
259. *πλεῖον φρονῶν.*
263. *οὐκοῦν ἐγὼ τῶνδ' ἐνθάδ' εἰμὶ κύριος.*
264. *βλάπτων ἐκείνους μηδὲν, ἂν σὺ σωφρονῇς.*
265. *θεούς;*
269. *οὐκ ἄρ' — πάλιν;*
271. *κλαίων ἄρ' ἅψῃ*
272. *τολμήσεις θένειν.*
273. *κῆρυξ* Sic etiam vv. 34 & 655.

ἥξω δὲ πολλὴν Ἄρεος Ἀργείου λαβὼν
πάγχαλκον αἰχμὴν δεῦρο. μυρίοι δέ με
μένουσιν ἀσπιστῆρες, Εὐρυσθεύς τ' ἄναξ
αὐτὸς στρατηγῶν. Ἀλκάθου δ' ἐπ' ἐσχάτοις,
καραδοκῶν τἀνθένδε, τέρμασιν μένει.
λαμπρὸς δ', ἀκούσας σὴν ὕβριν, φανήσεται
σοὶ καὶ πολίταις, γῇ τε τῇδε καὶ φυτοῖς.
μάτην γὰρ ἥβην ὧδέ γ' ἂν κεκτήμεθα
πολλὴν ἐν Ἄργει, μή σε τιμωρούμενοι.

ΔΗ. Φθείρου. τὸ σὸν γὰρ Ἄργος οὐ δέδοικ' ἐγώ.
ἐνθένδε δ' οὐκ ἔμελλες, αἰσχύνας ἐμέ,
ἄξειν βίᾳ τούσδ'. οὐ γὰρ Ἀργείων πόλιν
ὑπήκοον τήνδ', ἀλλ' ἐλευθέραν ἔχω.

ΧΟ. Ὥρα προνοεῖν, πρὶν ὅροις πελάσαι
στρατὸν Ἀργείων. μάλα δ' ὀξὺς Ἄρης
ὁ Μυκηναίων.
ἐπὶ τοῖσι δὲ δὴ μᾶλλον ἔτ' ἢ πρίν.
πᾶσι γὰρ οὗτος κήρυξι νόμος,
δὶς τόσα πυργοῦν τῶν γιγνομένων.
πόσα νιν λέξειν βασιλεῦσι δοκεῖς;
ὡς δείν' ἔπαθεν, καὶ παρὰ μικρὸν
ψυχὴν ἦλθεν διακναῖσαι.

ΙΟ. Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας,
ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν. ὃς δὲ νικηθεὶς πόθῳ,
κακοῖς ἐκοινώνησεν, οὐκ ἐπαινέσω,
τέκνοις ὄνειδος οὕνεχ' ἡδονῆς λιπεῖν.

---

280. τέρμασιν μένειν.
283. κεκτώμεθα
287. Ἀργείων πόλει
294. τῶν γιγνομένων
295. δοκεῖς,
297. ἦλθε

τὸ δυστυχὲς γὰρ ηὑγένει' ἀμύνεται
τῆς δυσγενείας μᾶλλον· ἡμεῖς γὰρ κακῶν
εἰς τοὔσχατον πεσόντες, ηὕρομεν φίλους
καὶ ξυγγενεῖς τούσδ', οἳ τοσῆσδ' οἰκουμένης
Ἑλληνίδος γῆς, τῶνδε προὐστησαν μόνοι.
δότ', ὦ τέκν', αὐτοῖς χεῖρα δεξιὰν, δότε,
(ὑμεῖς τε παισὶ) καὶ πέλας προσέλθετε.
ὦ παῖδες, εἰς μὲν πεῖραν ἤλθομεν φίλων·
ἢν δ' οὖν ποθ' ὑμῖν νόστος εἰς πάτραν φανῇ,
καὶ δώματ' οἰκήσητε, καὶ τιμὰς πατρὸς,
σωτῆρας ἀεὶ καὶ φίλους νομίζετε.
καὶ μή ποτ' εἰς γῆν ἐχθρὸν αἴρεσθαι δόρυ,
μεμνημένοι τῶνδ', ἀλλὰ φιλτάτην πόλιν
πασῶν νομίζετ'. ἄξιοι δ' ὑμῖν σέβειν,
οἳ γῆν τοσήνδε, καὶ Πελασγικὸν λεὼν,
ἡμῖν ἀπηλλάξαντο πολεμίους ἔχειν,
πτωχοὺς ἀλήτας εἰσορῶντες· ἀλλ' ὅμως
οὐκ ἐξέδωκαν, οὐδ' ἀπήλασαν χθονός.
ἐγὼ δὲ καὶ ζῶν, καὶ θανὼν, ὅτ' ἂν θάνω,
πολλῷ σ' ἐπαίνῳ Θησέως, ὦ τᾶν, πέλας,
ὑψηλὸν ἀρῶ, καὶ λέγων τάδ', εὐφρανῶ,
ὥς εὖ τ' ἐδέξω καὶ τέκνοισιν ἤρκεσας
τοῖς Ἡρακλείοις, εὐγενὴς δ' ἀν' Ἑλλάδα
σῴζεις πατρῴαν δόξαν. ἐξ ἐσθλῶν δὲ φὺς,
οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γεγὼς πατρὸς,
παύρων μετ' ἄλλων. ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως

303. ἡ ὑγένει'
305. εὕρομεν
307. προὐσ' ησαν Ita semper in similibus.
310. ἔλθομεν
313. αἰεὶ
316. ἄξιον γ' (sic) ὑμῖν
321. ὅταν θάνῃς,
322. ὦ τὰν
323. ὑψηλὸν αἴρω.

εὕροις ἄν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός.
ΧΟ. Ἀεί ποθ' ἥδε γαῖα τοῖς ἀμηχάνοις
ξὺν τῷ δικαίῳ βούλεται προσωφελεῖν.
τοίγαρ πόνους δὴ μυρίους ὑπὲρ φίλων
ἤνεγκε. καὶ νῦν τόνδ' ἀγῶν' ὁρῶ πέλας.
ΔΗ. Σοί τ' εὖ λέλεκται, καὶ τὰ τῶνδ' αὐχῶ, γέρον,
τοιαῦτ' ἔσεσθαι. μνημονεύσεται χάρις.
κἀγὼ μὲν ἀστῶν ξύλλογον ποιήσομαι,
τάξω θ' ὅπως ἂν τὸν Μυκηναίων στρατὸν
πολλῇ δέχωμαι χειρί, (πρῶτα μὲν σκοποὺς
πέμψω πρὸς αὐτὸν, μὴ λάθῃ με προσπεσὼν,
ταχὺς γὰρ Ἄργει πᾶς ἀνὴρ βοηδρόμος)
μάντεις θ' ἀθροίσας, θύσομαι. σὺ δ' εἰς δόμους
ξὺν παισὶ χώρει, Ζηνὸς ἐσχάραν λιπών.
εἰσὶν γὰρ οἵ σου, κἂν ἐγὼ θυραῖος ὦ,
μέριμναν ἕξουσ'. ἀλλ' ἴθ' εἰς δόμους, γέρον.
ΙΟ. Οὐκ ἂν λίποιμι βωμόν. ἑζώμεσθα δὴ
ἱκέται μένοντες ἐνθάδ', εὖ πρᾶξαι πόλιν.
ὅτ' ἂν δ' ἀγῶνος τοῦδ' ἀπαλλαχθῇς καλῶς,
ἴμεν πρὸς οἴκους. θεοῖσι δ' οὐ κακίοσι
χρώμεσθα συμμάχοισιν Ἀργείων, ἄναξ.
τῶν μὲν γὰρ Ἥρα προστατεῖ, Διὸς δάμαρ,
ἡμῶν δ' Ἀθάνα. φημὶ δ' εἰς εὐπραξίαν
καὶ τοῦθ' ὑπάρχειν, θεῶν ἀμεινόνων τυχεῖν.
νικωμένη γὰρ Παλλὰς οὐκ ἀνέξεται.

---

329. ὅςτίς ἐστι
331. σὺν τῷ δικαίῳ
335. μνημονεύσεθ' ἡ χάρις.
336. σύλλογον
337. τάξω δ'
340. ταχὺς γὰρ εἴργει
341. μάντεις τ' ἀθρήσας,
342. σὺν παισὶ
343. θυραῖος ὤ.
345. ἑζόμεσθα δὴ
346. πρᾶξαι
347. ὅταν δ'
351. Ἀθηνᾶ.

ΧΟ. Εἰ σὺ μέγ' αὐχεῖς, ἕτεροι
σοῦ πλέον οὐ μέλονται,
ξεῖν' Ἀργόθεν ἐπελθών·
μεγαληγορίαισι δέ γ' ἐμὰς
φρένας οὐ φοβήσεις.
μήπω ταῖς μεγάλαισιν οὕτω
καὶ καλλιχόροις Ἀθάναις
εἴη. σὺ δ' ἄφρων, ὅ τ' Ἄργει
Σθενέλου τύραννος. =
Ὃς πόλιν ἐλθὼν ἑτέραν
οὐδὲν ἐλάσσον' Ἄργους,
θεῶν ἵκταρας ἀλάτας,
καὶ ἐμᾶς χθονὸς ἀντεχομένους,
ξένος ὢν βιαίως
ἕλκεις, οὐ βασιλεῦσιν εἴξας,
οὐκ ἄλλο δίκαιον εἰπών·
ποῦ ταῦτα καλῶς ἂν εἴη
παρά γ' εὖ φρονοῦσιν; =
Εἰρήνα μὲν ἔμοιγ' ἀρέσκει·
σὺ δ', ὦ κακόφρων ἄναξ,
λέγω, εἰ πόλιν ἥξεις,
οὐχ οὕτως ἃ δοκεῖς κυρήσεις.
οὐ σοὶ μόνῳ ἔγχος, οὐδ' ἰ-
τέα κατάχαλκός ἐστιν.
ἀλλ' οὐ πολέμων ἐραστὰ,
μή μοι δορὶ συνταράξῃς
τὰν εὖ χαρίτων ἔχουσαν
πόλιν, ἀλλ' ἀνάσχου. =

---

361. ὅτ' Ἄργει.
365. ἱκτῆρας
371. πάρα γ' — εὐφρονοῦσιν.
379. συναράξῃς
380. τὰν εὐχαρίστων

ΙΟ. Ὦ παῖ, τί μοι ξύννοιαν ὄμμασιν φέρων
ἥκεις; νέον τι πολεμίων λέγεις πέρι;
μέλλουσιν, ἢ πάρεισιν, ἢ τί πυνθάνει;
οὐ γάρ τι μὴ ψεύσῃ σε κήρυκος λόγος·
ὁ γὰρ στρατηγὸς, εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν,
εἶσιν, σάφ' οἶδα, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν
εἰς τὰς Ἀθήνας. ἀλλὰ τῶν φρονημάτων
ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.
ΔΗ. Ἥκει στράτευμ' Ἀργεῖον, Εὐρυσθεύς τ' ἄναξ.
ἐγώ νιν αὐτὸς εἶδον· ἄνδρα γὰρ χρεὼν,
ὅστις στρατηγεῖν φησ' ἐπίστασθαι καλῶς,
οὐκ ἀγγέλοισι τοὺς ἐναντίους ὁρᾶν.
πεδία μὲν οὖν γῆς εἰς τάδ' οὐκ ἐφῆκέ πω
στρατὸν, λεπαίαν δ' ὀφρύην καθήμενος,
σκοπεῖ (δόκησιν δὴ τάδ' ἂν λέγοιμί σοι)
ποίᾳ προσάξει στρατόπεδόν τ' ἄνευ δορὸς,
ἐν ἀσφαλεῖ τε τῆσδ' ἱδρύσεται χθονός.
καὶ τἀμὰ μέντοι πάντ' ἄραρ' ἤδη καλῶς.
πόλις τ' ἐν ὅπλοις, σφάγιά θ' ἡτοιμασμένα
ἕστηκεν, οἷς χρὴ ταῦτα τέμνεσθαι θεῶν.
θυηπολεῖται δ' ἄστυ μάντεων ὕπο,
τροπαῖά τ' ἐχθρῶν, καὶ πόλει σωτήρια.
χρησμῶν δ' ἀοιδοὺς πάντας εἰς ἓν ἁλίσας,
ἤλεγξα, καὶ βέβηλα, καὶ κεκρυμμένα,
λόγια παλαιὰ, τῇδε γῇ σωτήρια.

---

382. σύννοιαν ὄμμασι
383. ἥκεις,
384. πυνθάνῃ;
385. ψεύσῃ γε κήρυκος λόγους.
387. ἔστιν σάφ' οἶδα.
391. ἄνδρα δὲ χρεὼν
394. εἰς τόδ'
395. Λιπάραν δ' ὀφρύην
396. τόδ' ἂν λέγοιμί σοι.
397. ποίᾳ προσάξει στρατόπεδον ταννῦν δορὸς,
398. τῇδ' ἱδρύσετε
399. ἄρηρ'
403. τρόπαιά τ' —— σωτηρία.

καὶ τῶν μὲν ἄλλων διάφορ' ἐστὶ θεσφάτων
πόλλ'. ἓν δὲ πάντων γνῶμα ταὐτὸν ἐμπρέπει·
σφάξαι κελεύουσίν με παρθένον κόρῃ
Δήμητρος, ἥτις ἐστὶ πατρὸς εὐγενοῦς.
ἐγὼ δ' ἔχω μὲν, ὡς ὁρᾷς, προθυμίαν
τοσήνδ' ἐς ὑμᾶς. παῖδα δ' οὔτ' ἐμὴν κτενῶ,
οὔτ' ἄλλον ἀστῶν τῶν ἐμῶν ἀναγκάσω
ἄκονθ'. ἑκὼν δὲ τίς κακῶς οὕτω φρονεῖ,
ὅστις τὰ φίλτατ' ἐκ χεροῖν δώσει τέκνα;
καὶ νῦν πικρὰς ἂν ξυστάσεις ἂν εἰσίδοις,
τῶν μὲν λεγόντων ὡς δίκαιον ἦν ξένοις
ἱκέταις ἀρήγειν, τῶν δὲ μωρίαν ἐμοῦ
κατηγορούντων. ἢν δὲ μὴ δράσω τάδε,
οἰκεῖος ἤδη πόλεμος ἐξαρτύεται.
ταῦτ' οὖν ὅρα σὺ, καὶ ξυνεξεύρισχ' ὅπως
αὐτοί τε σωθήσεσθε καὶ πέδον τόδε,
κἀγὼ πολίταις μὴ διαβληθήσομαι.
οὐ γὰρ τυραννίδ' ὥστε βαρβάρων ἔχω,
ἀλλ' ἢν δίκαια δρῶ, δίκαια πείσομαι.

ΧΟ. Ἀλλ' ἦ πρόθυμον οὖσαν οὐκ ἐᾷ θεὸς
ξένοις ἀρήγειν τήνδε χρῄζουσαν πόλιν;

ΙΟ. Ὦ τέκν', ἔοιγμεν ναυτίλοισιν, οἵτινες
χειμῶνος ἐκφυγόντες ἄγριον μένος,
εἰς χεῖρα γῇ ξυνῆψαν, εἶτα χερσόθεν
πνοαῖσιν ἠλάθησαν ἐς πόντον πάλιν.
οὕτω δὲ χἠμεῖς τῆσδ' ἀπωθούμεσθα γῆς,

---

408. ταὐτὸν
409. παρθένον κόρην
410. Δήμητρίγ', ἥτις ἐστι
412. κτανῶ,
414. ἑκὼν δέ τις
415. τέκνα.
416. καὶ νῦν πικρὸν ὂν, συστάσεις
417. δίκαιον ἦ
418. μωρίαν ἐμὴν
421. συνεξεύρισχ',
427. πόλιν.
430. συνῆψαν.
431. πνοιαῖσιν.
432. χ' ἡμεῖς τῆσδ' ἀπωθούμεθα

ἤδη πρὸς ἀκταῖς ὄντες, ὡς σεσωσμένοι.
οἴμοι, τί δῆτ' ἔτερψας ὦ τάλαινά με
ἐλπὶς τότ', οὐ μέλλουσα διατελεῖν χάριν;
ξυγγνωστὰ γάρ τοι καὶ τὰ τοῦδ', εἰ μὴ θέλει
κτείνειν πολιτῶν παῖδας. αἰνέσαι δ' ἔχω
καὶ τἀνθάδ'. εἰ θεοῖσι δὴ δοκεῖ τάδε
πράσσειν ἔμ', οὔτοι σοί γ' ἀπόλλυται χάρις.
ὦ παῖδες, ὑμῖν δ' οὐκ ἔχω τί χρήσομαι.
ποῖ τρεψόμεσθα; τίς γὰρ ἄστεπτος θεῶν;
ποῖον δὲ γαίας ἕρκος οὐκ ἀφίγμεθα;
ὀλούμεθ', ὦ τέκν'. ἐκδοθησόμεσθα δή.
κἀμοῦ μὲν οὐδὲν, εἴ με χρὴ θανεῖν, μέλει,
πλὴν εἴ τι τέρψω τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς θανών.
ὑμᾶς δὲ κλάω καὶ κατοικτείρω, τέκνα,
καὶ τὴν γεραιὰν μητέρ' Ἀλκμήνην πατρός.
ὦ δυστάλαινα τοῦ μακροῦ βίου σέθεν,
τλήμων δὲ κἀγὼ, πολλὰ μοχθήσας μάτην.
χρῆν, χρῆν ἄρ' ἡμᾶς, ἀνδρὸς εἰς ἐχθροῦ χέρας
πεσόντας, αἰσχρῶς καὶ κακῶς λιπεῖν βίον.
ἀλλ' οἶσθ' ὅ μοι ξύμπραξον; (οὐχ ἅπασα γὰρ
πέφευγεν ἐλπὶς τῶνδέ μοι σωτηρίας)
ἔμ' ἔκδος Ἀργείοισιν ἀντὶ τῶνδ', ἄναξ,
καὶ μήτε κινδύνευε, σωθήτω τέ μοι
τέκν'. οὐ φιλεῖν δεῖ τὴν ἐμὴν ψυχήν. ἴτω.
μάλιστα δ' Εὐρυσθεύς με βούλοιτ' ἂν λαβὼν,
τὸν Ἡράκλειον ξύμμαχον, καθυβρίσαι.

---

436. συγγνωστὰ——θέλοι
437. αἰνέσας δ' ἔχω
439. F. οὔτοι σή γ'
442. ἕρκος
446. κλαίω,
452. σύμπραξον; οὐχ ἅπασι γὰρ
458. σύμμαχον,

σκαιὸς γὰρ ἀνήρ. τοῖς σοφοῖς δ᾽ αὐτὸν, σοφῷ
ἔχθραν ξυνάπτειν, μὴ ἀμαθεῖ φρονήματι.
πολλῆς γὰρ αἰδοῦς κἀτυχὴς τις ἂν τύχοι.

ΧΟ. Ὦ πρέσβυ, μή νυν τήνδ᾽ ἐπαιτιῶ πόλιν.
τάχ᾽ ἂν γὰρ ἡμῖν κέρδος, ἀλλ᾽ ὅμως κακὸν
γένοιτ᾽ ὄνειδος, ὡς ξένους προυδώκαμεν.

ΔΗ. Γενναῖα μὲν τάδ᾽ εἶπας, ἀλλ᾽ ἀμήχανα.
οὐ σοῦ χατίζων, δεῦρ᾽ ἄναξ στρατηλατεῖ,
(τί γὰρ γέροντος ἀνδρὸς Εὐρυσθεῖ πλέον
θανόντος;) ἀλλὰ τούσδε βούλεται κτανεῖν.
δεινὸν γὰρ ἐχθροῖς βλαστάνοντες εὐγενεῖς,
νεανίαι τε, καὶ πατρὸς μεμνημένοι
λύμης. ἃ κεῖνον πάντα προσκοπεῖν χρεών.
ἀλλ᾽ εἴ τιν᾽ ἄλλην οἶσθα καιριωτέραν
βουλὴν, ἑτοίμαζ᾽, ὡς ἔγωγ᾽ ἀμήχανος
χρησμῶν ἀκούσας εἰμὶ, καὶ φόβου πλέως.

ΜΑ. Ξένοι, θράσος μοι μηδὲν ἐξόδοις ἐμαῖς
προσθῆτε. (πρῶτον γὰρ τόδ᾽ ἐξαιτήσομαι)
γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
κάλλιστον, εἴσω θ᾽ ἥσυχον μένειν δόμων.
τῶν σῶν δ᾽ ἀκούσασ᾽, Ἰόλεως, στεναγμάτων
ἐξῆλθον, οὐ ταχθεῖσα πρεσβεύειν γένους,
ἀλλ᾽ εἰμὶ γάρ πως πρόσφορος, μέλει δέ μοι
μάλιστ᾽ ἀδελφῶν τῶνδε, κἀμαυτῆς πέρι
θέλω πυθέσθαι, μὴ ᾽πὶ τοῖς πάλαι κακοῖς
προσκείμενόν τι πῆμα σὴν δάκνει φρένα.

ΙΟ. Ὦ παῖ, μάλιστά σ᾽ οὐ νεωστὶ δὴ τέκνων

---

459. ἀνήρ.
460. συνάπτειν, μὴ ᾽μαθεῖ
461. πολλῆς γὰρ αἰδοῦς, καὶ τύχης, τίς ἂν τύχῃ;
462. μὴ νῦν
471. λύμης.
475. F. θράσος μὲν μηδὲν
476. πρόσθητε.
478. εἴσω δ᾽

τῶν Ἡρακλείων ἐνδίκως αἰνεῖν ἔχω.
ἡμῖν δὲ δόξας εὖ προχωρῆσαι δόμος,
πάλιν μεθέστηκ' αὖθις εἰς ἀμήχανα.
χρησμῶν γὰρ ᾠδούς φησι σημαίνειν ὅδε,
οὐ ταῦρον, οὐδὲ μόσχον, ἀλλὰ παρθένον
σφάξαι κελεύειν, πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς,
εἰ χρῆν μὲν ἡμᾶς, χρῆν δὲ τήνδ' εἶναι πόλιν.
ταῦτ' οὖν ἀμηχανοῦμεν. οὔτε γὰρ τέκνα
σφάξειν ὅδ' αὑτοῦ φησιν, οὔτ' ἄλλου τινός.
κἀμοὶ λέγει μὲν οὐ σαφῶς, λέγει δέ πως,
εἰ μή τι τούτων ἐξαμηχανήσομεν,
ἡμᾶς μὲν ἄλλην γαῖαν εὑρίσκειν τινά,
αὐτὸς δὲ σῶσαι τήνδε βούλεσθαι χθόνα.

ΜΑ. Ἐν τῷδε † κεχόμεσθα σωθῆναι λόγῳ;

ΙΟ. Ἐν τῷδε, τἄλλα γ' εὐτυχῶς πεπραγότες.

ΜΑ. Μή νυν τρέσῃς ἔτ' ἐχθρὸν Ἀργείων δόρυ.
ἐγὼ γὰρ αὐτὴ πρὶν κελευσθῆναι, γέρον,
θνῄσκειν ἑτοίμη, καὶ παρίστασθαι σφαγῇ.
τί φήσομεν γάρ, εἰ πόλις μὲν ἀξιοῖ
κίνδυνον ἡμῶν οὕνεκ' αἴρεσθαι μέγαν,
αὐτοὶ δὲ προστιθέντες ἄλλοισιν πόνους,
παρὸν σεσῶσθαι, φευξόμεσθα μὴ θανεῖν;
οὐ δῆτ', ἐπεί τοι καὶ γέλωτος ἄξια,
στένειν μὲν ἱκέτας δαιμόνων καθημένους,
πατρὸς δ' ἐκείνου φύντας, οὗ πεφύκαμεν,

---

488. εἰς ἀμήχανον.
491. σφάξαι κελεύειν πατρὸς, ἥτις εὐγενής,
494. σφάζειν
495. κἀμοὶ δὲ λέγει
499. F. κἀχόμεσθα
Ib. λόγῳ.
500. τἄλλα δ'
501. σὺ νῦν — Ἀργεῖον
503. ἑτοίμα,
505. οὕνεκ' αἱρεῖσθαι
510. φύντες,

κακοὺς ὁρᾶσθαι. ποῦ τάδ' ἐν χρηστοῖς πρέπει;
κάλλιον, οἶμαι, τῆσδ', ἃ μὴ τύχοι ποτὲ,
πόλεως ἁλούσης, χεῖρας εἰς ἐχθρῶν πεσεῖν,
κἄπειτα δεινὰ πατρὸς οὖσαν εὐγενοῦς,
παθοῦσαν, Ἅιδην μηδὲν ἧσσον εἰσιδεῖν.
ἀλλ' ἐκπεσοῦσα τῆσδ' ἀλητεύσω χθονός;
κοὐκ αἰσχυνοῦμαι δῆτ', ἐὰν δή τις λέγῃ,
Τί δεῦρ' ἀφίκεσθ' ἱκεσίοισι σὺν κλάδοις,
αὐτοὶ φιλοψυχοῦντες; ἔξιτε χθονός.
κακοὺς γὰρ ἡμεῖς οὐ προσωφελήσομεν. —
ἀλλ' οὐδὲ μέντοι, τῶνδε μὲν τεθνηκότων,
αὐτὴ δὲ σωθεῖσ', ἐλπίδ' εὖ πράξειν ἔχω.
(πολλοὶ γὰρ ἤδη τῇδε προὔδοσαν φίλους)
τίς γὰρ κόρην ἔρημον, ἢ δάμαρτ' ἔχειν,
ἢ παιδοποιεῖν ἐξ ἐμοῦ βουλήσεται;
οὐκ οὖν θανεῖν ἄμεινον ἢ τούτων τυχεῖν
ἀναξίαν; ἄλλῃ δὲ καὶ πρέπει τινὶ
μᾶλλον τάδ', ἥτις μὴ 'πίσημος, ὡς ἐγώ.
ἡγεῖσθ' ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε,
καὶ στεμματοῦτε, †καὶ κατάρχεσθ', εἰ δοκεῖ.
νικᾶτε δ' ἐχθρούς· ἥδε γὰρ ψυχὴ πάρα
ἑκοῦσα, κοὐκ ἄκουσα· κἀξαγγέλλομαι
θνήσκειν ἀδελφῶν τῶνδε, κἀμαυτῆς ὕπερ.
εὕρημα γάρ τοι μὴ φιλοψυχοῦσ' ἐγὼ
κάλλιστον ηὕρηκ', εὐκλεῶς λιπεῖν βίον.

ΧΟ. Φεῦ, φεῦ, τί λέξω, παρθένου μέγαν λόγον

---

514. κἄπειτα δέ τινα
516. ἀλητεύω χθονός.
518. σὺν κλάδοις;
519. φιλοψυχοῦντες.
526. οὔκουν
527. ἀναξίαν.
534. γάρτοι τὸ μὴ
535. εὕρηκ',

φιλῶν, ἀδελφῶν ἢ πάρος θέλει θανεῖν;
τούτων τίς ἂν λέξειε γενναίους λόγους
μᾶλλον, τίς ἂν δράσειεν, ἀνθρώπων ἔτι;
ΙΟ. Ὦ τέκνον, οὐκ ἔστ' ἄλλοθεν τὸ σὸν κάρα
ἀλλ' ἐξ ἐκείνου, σπέρμα τῆς θείας φρενός,
πέφυκας Ἡράκλειος. οὐδ' αἰσχύνομαι
τοῖς σοῖς λόγοισι, τῇ τύχῃ δ' ἀλγύνομαι.
ἀλλ' ᾗ γένοιτ' ἂν ἐνδικώτερον, φράσω.
πάσας ἀδελφὰς τῆσδε δεῦρο χρὴ καλεῖν,
κᾆθ' ἡ λαχοῦσα θνησκέτω γένους ὕπερ.
σὲ δ' οὐ δίκαιον κατθανεῖν ἄνευ πάλου.
ΜΑ. Οὐκ ἂν θάνοιμι τῇ τύχῃ λαχοῦσ' ἐγώ.
χάρις γὰρ οὐ πρόσεστι. μὴ λέξῃς, γέρον.
ἀλλ' εἰ μὲν ἐνδέχεσθε, καὶ βούλεσθέ μοι
χρῆσθαι προθύμῳ, τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ
δίδωμ' ἑκοῦσα τοῖσδ', ἀναγκασθεῖσα δ' οὔ.
ΙΟ. Φεῦ.
ὅδ' αὖ λόγος σοι τοῦ πρὶν εὐγενέστερος.
κἀκεῖνος ἦν ἄριστος· ἀλλ' ὑπερφέρεις
τόλμῃ τε τόλμαν, καὶ λόγῳ χρηστῷ λόγον.
οὐ μὴν κελεύω γ', οὐδ' ἀπεννέπω, τέκνον,
θνήσκειν σ'· ἀδελφοὺς δ' ὠφελεῖς θανοῦσα σούς.
ΜΑ. Σοφῶς κελεύεις. μὴ τρέσῃς μιάσματος
τοὐμοῦ μετασχεῖν, ἀλλ' ἐλευθέρως θάνω.
ἕπου δέ, πρέσβυ. σῇ γὰρ ἐνθανεῖν χερὶ
θέλω. πέπλοις δὲ σῶμ' ἐμὸν κρύψον παρών.

539. μᾶλλον;
540. οὐκ ἔτ' ἄλλοθεν
542. Ηρακλῆος.
544. ἐνδικωτέρως,
551. προθύμως,
553. ὅδ' αὖ
557. θνήσκειν γ' ἀδελφοὺς ὠφελεῖς

ἐπεὶ σφαγῆς γε πρὸς τὸ δεινὸν εἶμ' ἐγὼ,
εἴπερ πέφυκα πατρὸς, οὗπερ εὔχομαι.
ΙΟ. Οὐκ ἂν δυναίμην σῷ παρεστάναι μόρῳ.
ΜΑ. Σὺ δ' ἀλλὰ τοῦδε χρῇζε, μή μ' ἐν ἀρσένων,
ἀλλ' ἐν γυναικῶν χερσὶν ἐκπνεῦσαι βίον.
ΔΗ. Ἔσται τάδ', ὦ τάλαινα παρθένων, (ἐπεὶ
κἀμοὶ τάδ' αἰσχρὸν, μή σε κοσμῆσαι καλῶς)
πολλῶν ἕκατι, τῆς τε σῆς εὐψυχίας,
καὶ τοῦ δικαίου. τλημονεστάτην δέ σε
πασῶν γυναικῶν εἶδον ὀφθαλμοῖς ἐγώ.
ἀλλ' εἴ τι βούλει τούσδε τὸν γέροντά τε,
χώρει, προσειποῦσ' ὕστατον πρόσφθεγμα δή.
ΜΑ. Ὦ χαῖρε, πρέσβυ, χαῖρε, καὶ δίδασκέ μοι
τοιούσδε τούσδε παῖδας εἰς τὸ πᾶν σοφοὺς,
ὥσπερ σὺ, μηδὲν μᾶλλον. ἀρκέσουσι γάρ.
πειρῶ δὲ σῶσαι, μὴ θανεῖν πρόθυμος ὤν.
σοὶ παῖδές ἐσμεν. σαῖν χεροῖν τεθράμμεθα.
ὁρᾷς δὲ κἀμὲ, τὴν ἐμὴν ὥραν γάμου
διδοῦσαν ἀντὶ τῶνδε κατθανουμένην.
ὑμεῖς τ' ἀδελφῶν ἡ παροῦσ' ὁμιλία,
εὐδαιμονοῖτε, καὶ γένοιθ' ὑμῖν, ὅσων
ἡμὴ πάροιθε καρδία σφαγήσεται.
καὶ τὸν γέροντα, τήν τ' ἔσω γραῖαν δόμων,
τιμᾶτε πατρὸς μητέρ' Ἀλκμήνην ἐμοῦ,
ξένους τε τούσδε. κἂν ἀπαλλαγὴ πόνων,
καὶ νόστος ὑμῖν εὑρεθῇ ποτ' ἐκ θεῶν,
μέμνησθε τὴν σώτειραν ὡς θάψαι χρεών.

---

567. Iolai personam praefigit Aldus.
573. πρόσφθεγμά μοι
576. ἀρέσκουσι γάρ.
578. σοὶ παῖδές ἐσμέν.
583. ἡ 'μὴ πάροιθεν
585. τιμᾶτε

κάλλιστά τοι δίκαιον. οὐ γὰρ ἐνδεὴς
ὑμῖν παρέστην, ἀλλὰ προὔθανον γένους.
τάδ' ἀντὶ παίδων ἐστί μοι κειμήλια,
καὶ παρθενείας, εἴ τι δὴ κατὰ χθονός.
εἴη γε μέντοι μηδέν. εἰ γὰρ ἕξομεν
κἀκεῖ μερίμνας οἱ θανούμενοι βροτῶν,
οὐκ οἶδ' ὅποι τις τρέψεται. τὸ γὰρ θανεῖν
κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται.

ΙΟ. Ἀλλ' ὦ μέγιστον ἐκπρέπουσ' εὐψυχίᾳ,
πασῶν γυναικῶν ἴσθι τιμιωτάτη,
καὶ ζῶσ' ὑφ' ἡμῶν καὶ θανοῦσ' ἔσει πολύ.
καὶ χαῖρε. δυσφημεῖν γὰρ ἄζομαι θεάν,
ἧ σὸν κατῆρκται σῶμα, Δήμητρος κόρη.
ὦ παῖδες, οἰχόμεσθα. λύεται μέλη
λύπῃ. λάβεσθε, κεἰς ἕδραν μ' ἐρείσατε,
αὐτοῦ πέπλοισι τοῖσδε κρύψαντες, τέκνα,
ὡς οὔτε τούτοις ἥδομαι πεπραγμένοις,
χρησμοῦ τε μὴ κρανθέντος, οὐ βιώσιμον,
μείζων γὰρ ἄτη. ξυμφορὰ δὲ καὶ τάδε.

ΧΟ. Οὔτινά φημι θεῶν ἄτερ ὄλβιον,
οὐ βαρύποτμον ἄνδρα γενέσθαι,
οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι δόμον
εὐτυχίᾳ. παρὰ δ' ἄλλον ἄλλα
μοῖρα διώκει.
τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν, βραχὺν ᾤκισε,
τὸν δ' ἀλάταν, εὐδαίμονα τεύχει.

---

597. εὐψυχίας,
599. ἔσῃ
600. ἅζομαι
601. Δήμητρος κόρην.
602. δύεται μέλη.
607. συμφορὰ
611. παρὰ δ' ἄλλον γ' ἄλλα
613. ᾤκισεν.
614. τὸν δ' ἀλήταν,

μόρσιμα δ' οὔτε φυγεῖν θέμις,
οὐ σοφίᾳ τις ἀπώσεται,
ἀλλὰ μάταν ὁ πρόθυμος ἀεὶ πόνον ἕξει.
Ἀλλὰ σὺ μὴ προπίτνων τὰ θεῶν φέρε,
μὴ δ' ὑπεράλγει φροντίδα λύπα.
εὐδόκιμον γὰρ ἔχει θανάτου μέρος
ἁ μελέα πρό τ' ἀδελφῶν καὶ γᾶς.
οὐδ' ἀκλεής νιν
δόξα πρὸς ἀνθρώπων ὑποδέξεται.
ἁ δ' ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων.
ἄξια μὲν πατρὸς, ἄξια δ'
εὐγενίας τάδε γίγνεται.
εἰ δὲ σέβεις θανάτους ἀγαθῶν, μετέχω σοι.

ΘΕ. Ὦ τέκνα, χαίρετ'. Ἰόλεως δὲ ποῦ γέρων,
μήτηρ τε πατρὸς τῆσδ' ἕδρας ἀποστατεῖ;
ΙΟ. Πάρεσμεν, οἵα δή γ' ἐμοῦ παρουσία.
ΘΕ. Τί χρῆμα κεῖσαι, καὶ κατηφὲς ὄμμ' ἔχεις;
ΙΟ. Φροντίς τις ἦλθ' οἰκεῖος, ᾗ ξυνειχόμην.
ΘΕ. Ἔπαιρέ νυν σεαυτόν. ὄρθωσον κάρα.
ΙΟ. Γέροντές ἐσμεν, κοὐδαμῶς ἐῤῥώμεθα.
ΘΕ. Ἥκω γε μέντοι χάρμα σοὶ φέρων μέγα.
ΙΟ. Τίς δ' εἶ σύ; ποῦ σοι ξυντυχὼν ἀμνημονῶ;
ΘΕ. Ὕλλου πενέστης. οὔ με γιγνώσκεις ὁρῶν;
ΙΟ. Ὦ φίλταθ', ἥκεις ἆρα νῷν σωτὴρ βλάβης;

---

615. οὔτι φυγεῖν
616. οὐ σοφίᾳ τις
617. ἕξει γ'.
618. μὴ προσπιτνῶν τὰ θεῶν ὕπερ,
620. μηδ' Sic etiam v. 984.
622. πρὸς ἀδελφῶν,
627. ἀδελφῶν τάδε γίνεται.
628. εἰ δὲ σέβεις σύ γε θανάτους,
630. γέρον;
631. μητὴρ δὲ——ἀποστατεῖ.
634. ἦλθεν——συνεσχόμην.
635. ἔπαιρε νῦν
638. συντυχὼν
639. γινώσκεις
640. σωτὴρ νῷν βλάβης;

ΘΕ. Μάλιστα. καὶ πρός γ' εὐτυχεῖς τὰ νῦν τάδε.
ΙΟ. Ὦ μῆτερ ἐσθλοῦ παιδὸς, Ἀλκμήνην λέγω,
ἔξελθ', ἄκουσον τοῦδε φιλτάτους λόγους.
πάλαι γὰρ ὠδίνουσα τῶν ἀφιγμένων,
ψυχὴν ἐτήκου, νόστος εἰ γενήσεται.
ΑΛ. Τί χρῆμ' ἀϋτῆς πᾶν τόδ' ἐπλήσθη στέγος;
Ἰόλαε, μῶν τίς σ' αὖ βιάζεται παρὼν
κῆρυξ ἀπ' Ἄργους; ἀσθενὴς μὲν ἥ γ' ἐμὴ
ῥώμη. τοσόνδε δ' εἰδέναι σε χρὴν, ξένε.
οὐκ ἔστ' ἄγειν σε τούσδ', ἐμοῦ ζώσης ποτέ.
ἢ τἄρ' ἐκείνου μὴ νομιζοίμην ἐγὼ
μήτηρ ἔτ'. εἰ δὲ τῶνδε προσθίξει χερὶ,
δυοῖν γερόντοιν οὐ καλῶς ἀγωνιεῖ.
ΙΟ. Θάρσει, γεραιὰ, μὴ τρέσῃς. οὐκ Ἀργόθεν
κῆρυξ ἀφῖκται, πολεμίους λόγους ἔχων.
ΑΛ. Τί γὰρ βοὴν ἔστησας, ἄγγελον φόβου;
ΙΟ. Σὲ πρόσθε ναοῦ τοῦδ' ὅπως βαίης πέλας.
ΑΛ. Οὐκ ἴσμεν ἡμεῖς ταῦτα. τίς γάρ ἐσθ' ὅδε;
ΙΟ. Ἥκοντα παῖδα παιδὸς ἀγγέλλει σέθεν.
ΑΛ. Ὦ χαῖρε καὶ σὺ τοῖσδε τοῖς ἀγγέλμασιν.
ἀτὰρ τί χώρᾳ τῇδε προσβαλὼν πόδα,
† ποῦ νῦν ἄπεστι; τίς νιν εἶργε συμφορὰ
ξὺν σοὶ φανέντα δεῦρ' ἐμὴν τέρψαι φρένα;
ΘΕ. Στρατὸν καθίζει, τάσσεταί θ' ὃν ἦλθ' ἔχων.
ΑΛ. Τοῦδ' οὐκ ἔθ' ἡμῖν τοῦ λόγου μέτεστι δή.

641. τανῦν τάδε.
643. ἄκουσον τούσδε
646. τί χρῆμ' ἀϋτεῖς; πᾶν τόδ' ἐπλήσθη στέγος.
647. μῶν τις σ'
649. τὸ σὸν δ' εἰδέναι σ' ἐχρῆν
651. ἦτ' ἄρ' ἐκείνου
652. προσθίξεις
653. ἀγωνιῇ.
654. μητρέσῃς.
656. ἔστησας
661. πόδα;
662. F. παῖς νῦν ἄπεστι;
663. σὺν σοὶ——τέρψας
665. μέτεστι δή;

ΙΟ. Μέτεστιν. ἡμῖν δ' ἔργον ἱστορεῖν τάδε.
ΘΕ. Τί δῆτα βούλει τῶν πεπραγμένων μαθεῖν;
ΙΟ. Πόσον τι πλῆθος ξυμμάχων πάρεστ' ἔχων;
ΘΕ. Πολλούς. ἀριθμὸν δ' ἄλλον οὐκ ἔχω φράσαι.
ΙΟ. Ἴσασιν, οἶμαι, ταῦτ' Ἀθηναίων πρόμοι.
ΘΕ. Ἴσασι. καὶ δὴ λαιὸν ἕστηκεν κέρας.
ΙΟ. Ἤδη γὰρ ὡς εἰς ἔργον ὥπλισται στρατός;
ΘΕ. Καὶ δὴ παρῆκται σφάγια τάξεων ἑκάς.
ΙΟ. Πόσον τι δ' ἔστ' ἄπωθεν Ἀργεῖον δόρυ;
ΘΕ. Ὥστ' ἐξορᾶσθαι τὸν στρατηγὸν ἐμφανῶς.
ΙΟ. Τί δρῶντα; μῶν τάσσοντα πολεμίων στίχας;
ΘΕ. Ἠἰκάζομεν ταῦτ'. οὐ γὰρ ἐξηκούομεν.
ἀλλ' εἶμ'. ἐρήμους δεσπότας τοὐμὸν μέρος
οὐκ ἂν θέλοιμι πολεμίοισι συμβαλεῖν.
ΙΟ. Κἄγωγε σὺν σοί. ταὐτὰ γὰρ φροντίζομεν,
φίλοις παρόντες, ὡς ἔοιγμεν, ὠφελεῖν.
ΘΕ. Ἥκιστα πρὸς σοῦ μῶρον ἦν εἰπεῖν ἔπος.
ΙΟ. Καὶ μὴ μετασχεῖν γ' ἀλκίμου μάχης φίλοις.
ΘΕ. Οὐκ ἔστ' ἐν ὄψει τραῦμα, μὴ δρώσης χερός.
ΙΟ. Τί δ'; οὐ θένοιμι κἂν ἐγὼ δι' ἀσπίδος;
ΘΕ. Θένοις ἄν, ἀλλὰ πρόσθεν αὐτὸς ἂν πέσοις.
ΙΟ. Οὐδεὶς ἔμ' ἐχθρῶν προσβλέπων ἀνέξεται.
ΘΕ. Οὐκ ἔστιν, ὦ τᾶν, ἥ ποτ' ἦν ῥώμη σέθεν.
ΙΟ. Ἀλλ' οὖν μαχοῦμαί γ' ἀριθμὸν οὐκ ἐλάσσοσι.

---

668. συμμάχων πάρεστ' ἔχων.
669. F. ἀριθμὸν δ' αὐτὸν
672. ἐς ἔργον ὥπλισται στρατός.
673. τὰ σφάγια τάξεων ἑκάς.
674. πόσον, τίδ' ἐστ'
677. εἰκάζομεν ταῦτ'.
678. Iolai personam praefigit Aldus.
679. Famuli personam praefigit Aldus.
680. ταῦτα γὰρ
683. φίλοις;
685. τί δ' οὐ σθένοιμι
686. σθένοις ἄν.
689. ἀλλ' οὖν μαχοῦμ' ἀριθμὸν

ΘΕ. Σμικρὸν τὸ σὸν σήκωμα προστιθῆς φίλοις.
ΙΟ. Μή τοι μ' ἔρυκε δρᾶν παρεσκευασμένον.
ΘΕ. Δρᾶν μὲν σύ γ' οὐχ οἷός τε, βούλεσθαι δ' ἴσως.
ΙΟ. Ὡς μὴ μενοῦντα, τἄλλά σοι λέγειν πάρα.
ΘΕ. Πῶς οὖν ὁπλίτης, τευχέων ἄτερ, φανεῖ;
ΙΟ. Ἔστ' ἐν δόμοισιν ἔνδον αἰχμάλωθ' ὅπλα
τοῖσδ', οἷσι χρησόμεσθα, κἀποδώσομεν
ζῶντες. θανόντας δ' οὐκ ἀπαιτήσει θεός,
ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω, κἀπὸ πασσάλων ἑλὼν,
ἔνεγκ' ὁπλίτην κόσμον ὡς τάχιστά μοι.
αἰσχρὸν γὰρ οἰκούρημα γίγνεται τόδε,
τοὺς μὲν μάχεσθαι, τοὺς δὲ δειλίᾳ μένειν.
ΧΟ. Λῆμα μὲν οὔπω στόρνυσι χρόνος
τὸ σὸν, ἀλλ' ἡβᾷ, σῶμα δὲ φροῦδον.
τί πονεῖς ἄλλως, ἃ σὲ μὲν βλάψει,
σμικρὰ δ' ὀνήσει πόλιν ἡμετέραν;
χρῆν γνωσιμαχεῖν σὴν ἡλικίαν,
τὰ δ' ἀμήχαν' ἐᾶν. οὐκ ἔστιν ὅπως
ἥβην κτήσει πάλιν αὖθις.
ΑΛ. Τί χρῆμα μέλλεις, σῶν φρενῶν οὐκ ἔνδον ὢν,
λείπειν μ' ἔρημον ξὺν τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς;
ΙΟ. Ἀνδρῶν γὰρ ἀλκή· σοὶ δὲ χρὴ τούτων μέλειν.
ΑΛ. Τί δ'; ἢν θάνῃς σὺ, πῶς ἐγὼ σωθήσομαι;
ΙΟ. Παιδὸς μελήσει παισὶ τοῖς λελειμμένοις.
ΑΛ. Ἢν δ' οὖν, ὃ μὴ γένοιτο, χρήσωνται τύχῃ;

---

690. σκήνωμα προστίθεις.
691. μή τι μ' ἔρυκε
694. ὁπλίταις——φανῇ;
700. γίνεται
704. ἄλλως;
705. ὑμετέραν.
706. χρὴ γνωσιμαχεῖν τὴν ἡλικίαν,
708. κτήσῃ
710. λιπεῖν μ' ἔρημον σὺν
711. μέλλειν.
712. τίδ' ἢν θάνῃς σὺ,
713. πᾶσι τοῖς λελειμμένοις.

ΙΟ. Οἶδ' οὐ προδώσουσίν σε (μὴ τρέσῃς) ξένοι.
ΑΛ. Τοσόνδε γάρ τοι θάρσος, οὐδὲν ἄλλ', ἔχω.
ΙΟ. Καὶ Ζηνὶ τῶν σῶν, οἶδ' ἐγὼ, μέλει πόνων.
ΑΛ. Φεῦ.
Ζεὺς ἐξ ἐμοῦ μὲν οὐκ ἀκούσεται κακῶς·
εἰ δ' ἔστιν ὅσιος, αὐτὸς οἶδεν, εἰς ἐμέ.
ΘΕ. Ὅπλων μὲν ἤδη τήνδ' ὁρᾷς παντευχίαν,
φθάνοις δ' ἂν οὐκ ἂν τοῖσδε συγκρύπτων δέμας.
ὡς ἐγγὺς ἀγὼν, καὶ μάλιστ' Ἄρης στυγεῖ
μέλλοντας. εἰ δὲ τευχέων φοβεῖ βάρος,
νῦν μὲν πορεύου γυμνὸς, ἐν δὲ τάξεσι
κόσμῳ πυκάζου τῷδ'. ἐγὼ δ' οἴσω τέως.
ΙΟ. Καλῶς ἔλεξας. ἀλλ' ἐμοὶ πρόχειρ' ἔχων
τεύχη, κόμιζε. χειρὶ δ' ἔνθες ὀξύην,
λαιόν τ' ἔπαιρε πῆχυν, εὐθύνων πόδα.
ΘΕ. Ἦ παιδαγωγεῖν γὰρ τὸν ὁπλίτην χρεών;
ΙΟ. Ὄρνιθος οὕνεκ' ἀσφαλῶς πορευτέον.
ΘΕ. Εἴθ' ἦσθα δυνατὸς δρᾷν, ὅσον πρόθυμος εἶ.
ΙΟ. Ἔπειγε. λειφθεὶς, δεινὰ πείσομαι, μάχης.
ΘΕ. Σύ τοι βραδύνεις, κοὐκ ἐγὼ, δοκῶν τι δρᾷν.
ΙΟ. Οὐκ οὖν ὁρᾷς μου κῶλον ὡς ἐπείγεται;
ΘΕ. Ὁρῶ δοκοῦντα μᾶλλον ἢ σπεύδοντά σε.
ΙΟ. Οὐ ταῦτα λέξεις, ἡνίκ' ἂν λεύσσῃς μ' ἐκεῖ.
ΘΕ. Τί δρῶντα; βουλοίμην δ' ἂν εὐτυχοῦντά γε.
ΙΟ. Δι' ἀσπίδος θείνοντα πολεμίων τινά.
ΘΕ. Εἰ δή ποθ' ἥξομέν γε. τοῦτο γὰρ φόβος.

---

722. ἀγών.
723. μέλλοντος.—φοβῇ.
724. τάξεσιν,
727. ἔνθεν ὀξύην,
732. ληφθεὶς,
733. κοὐκ ἐγὼ δοκῶ τι δρᾷν.—
734. οὔκουν
736. σὺ ταῦτα λέξεις,
738. θένοντα
739. ἤδη πόθ' ἥξομέν γε.

ΙΟ. Φεῦ·
εἴθ', ὦ βραχίων, οἷον ἠβήσαντά σε
μεμνήμεθ' ἡμεῖς, ἡνίκα ξὺν Ἡρακλεῖ
Σπάρτην ἐπόρθεις, ξύμμαχος γένοιό μοι
τοιοῦτος, οἷος ἂν τροπὴν Εὐρυσθέως
θείην. ἐπεί τοι καὶ κακὸς μένειν δόρυ.
ἔστιν δ' ἐν ὄλβῳ καὶ τόδ' οὐκ ὀρθῶς ἔχον,
εὐψυχίας δόκησις. οἰόμεσθα γὰρ
τὸν εὐτυχοῦντα, πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς.

ΧΟ. Γᾶ, καὶ παννύχιος σελάνα,
καὶ λαμπρόταται θεοῦ
φαεσιμβρότου αὐγαί,
ἀγγελίαν μοι ἐνέγκατ',
ἰαχήσατε δ' οὐρανῷ,
καὶ παρὰ θρόνον ἀρχέταν,
γλαυκᾶς τ' ἐν Ἀθάνᾳ.
μέλλω τᾶς πατριώτιδος γᾶς,
μέλλω περὶ τῶν δόμων,
ἱκέτας ὑποδεχθείς,
κίνδυνον πολιῷ τεμεῖν σιδάρῳ.
Δεινὸν μὲν πόλιν ὡς Μυκήνας
εὐδαίμονα, καὶ δορὸς
πολυαίνετον ἀλκᾷ,
μῆνιν ἐμᾷ χθονὶ κεύθειν.
κακὸν δ', ὦ πόλις, εἰ ξένους
ἱκτορας παραδώσομεν,
† καὶ λεύσιμον ἄλγος.

---

742. σύμμαχος.
745. ἔστι δ'.
750. φαεσίμβροτοι.
761. πολυαινέτου.
762. ἐμᾷ χθονὶ.
764. ἱκτῆρας.
765. καὶ λεύσιμον Ἄργος.

Ζεύς μοι ξύμμαχος· οὐ φοβοῦμαι.
Ζεύς μοι χάριν ἐνδίκως
ἔχει· οὔ ποτε θνατῶν
† ἥσσονές ποτ' ἄν, εἴτ' ἐμοῦ φανοῦνται. ==
Ἀλλ', ὦ πότνια, (τὸ γὰρ οὖδας
γᾶς σὸν, καὶ πόλις, ἇς σὺ μάτηρ,
δέσποινά τε καὶ φύλαξ)
πόρευσον ἄλλᾳ τὸν οὐ δικαίως
τᾷδ' ἐπάγοντα δορύσσοντα
στρατὸν Ἀργόθεν. οὐ γὰρ ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ
δίκαιός εἰμ' ἐκπεσεῖν μελάθρων. ==
Ἀλλ' ἐπὶ σοὶ πολύθυτος ἀεὶ
τιμὰ κραίνεται, (οὐδὲ λέληθε
μηνῶν φθινὰς ἁμέρα)
νέων τ' ἀοιδαὶ, χορῶν τε μολπαί. * * *
ἀνεμόεντι δέ γ' ἐπ' ὄχθῳ,
ὀλολύγματα παννυχίοις ὑπὸ παρ-
θένων ἰαχεῖ ποδῶν κρότοισι. ==

ΘΕ. Δέσποινα, μύθους σοί τε συντομωτάτους
κλύειν, ἐμοί τε τούσδε καλλίστους φέρω,
νικῶμεν ἐχθροὺς, καὶ τροπαῖ' ἱδρύεται,
παντευχίαν ἔχοντα πολεμίων σέθεν.

ΑΛ. Ὦ φίλταθ', ἥδε σ' ἡμέρα διήλασεν
ἠλευθερῶσθαι τοῖσδε τοῖς ἀγγέλμασι.
μιᾶς δέ μ' οὔπω ξυμφορᾶς ἐλευθεροῖς.
φόβος γάρ εἴ μοι ζῶσιν, οὓς ἐγὼ θέλω.

---

770. σὸν γὰρ οὖδας
771. μάτηρ,
773. πόρευσον, ἀλλᾷ
774. τὰ δ' ἐπάγοντα
777. ἀλλ' ἐπεὶ σοὶ πολύθυτος αἰεὶ
780. ναῶν τ' ἀοιδαὶ,—
783. κρότοισιν.
785. ἐμοί τε τῶδε
786. τρόπαι'
788. ἤδέ σ'
790. συμφορᾶς

ΘΕ. Ζῶσιν, μέγιστον γ' εὐκλεεῖς κατὰ στρατόν.
ΑΛ. † Ὁ μὲν γέρων οὐκ ἔστιν Ἰόλεως ὅδε;
ΘΕ. Μάλιστα, πράξας γ' ἐκ θεῶν κάλλιστα δή.
ΑΛ. Τί δ' ἔστι; μῶν τι κεδνὸν ἠγωνίζετο;
ΘΕ. Νέος μεθέστηκ' ἐκ γέροντος αὖθις αὖ.
ΑΛ. Θαυμάστ' ἔλεξας· ἀλλά σ' εὐτυχῆ φίλων
μάχης ἀγῶνα πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω.
ΘΕ. Εἷς μου λόγος σοὶ πάντα σημανεῖ τάδε.
ἐπεὶ γὰρ ἀλλήλοισιν ὁπλίτην στρατὸν
κατὰ στόμ' ἐκτείνοντες ἀντετάξαμεν,
ἐκβὰς τεθρίππων Ὕλλος ἁρμάτων πόδα,
ἔστη μέσοισιν ἐν μεταιχμίοις δορός,
κἄπειτ' ἔλεξεν, Ὦ στρατήγ', ὃς Ἀργόθεν
ἥκεις, τί τήνδε γαῖαν οὐκ εἰάσαμεν
* * * * * * * * * * *
καὶ τὰς Μυκήνας οὐδὲν ἐργάσει κακὸν,
ἀνδρὸς στερήσας. ἀλλ' ἐμοὶ μόνος μόνῳ
μάχην ξυνάψας, ἢ κτανὼν, ἄγου λαβὼν
τοὺς Ἡρακλείους παῖδας, ἢ θανὼν, ἐμοὶ
τιμὰς πατρῴους καὶ δόμους ἔχειν ἄφες.—
στρατὸς δ' ἐπῄνεσ', εἴς τ' ἀπαλλαγὰς πόνων
καλῶς λελέχθαι μῦθον, εἴς τ' εὐψυχίαν.
ὁ δ' οὔτε τοὺς κλύοντας αἰδεσθεὶς λόγων,
οὔτ' αὐτὸς αὑτοῦ δειλίαν, στρατηγὸς ὤν,
ἐλθεῖν ἐτόλμησ' ἐγγὺς ἀλκίμου δορός,

---

793. F. ὁ μὲν γέρων οὖν ἔστιν Ἰόλεως ἔτι;
794. πράξας δ'
795. τίδ' ἐστί;
799. σημαίνει
801. ἐκτείνοντες
803. ἔστη
805. ἥκεις ἐπὶ τήνδε γαῖαν, οὐκ εἰάσα μὲν
Ib. Lacunam post hunc versum non indicat Aldus.
806. ἐργάσῃ
808. μάχῃ συνάψας,
813. ὅδ' —— λόγῳ,

ἀλλ' ἦν κάκιστος. εἶτα τοιοῦτος γεγὼς
τοὺς Ἡρακλείους ἦλθε δουλώσων γόνους.
Ὕλλος μὲν οὖν ἀπῴχετ' εἰς τάξιν πάλιν.
μάντεις δ' ἐπειδὴ μονομάχου δι' ἀσπίδος
διαλλαγὰς ἔγνωσαν οὐ τελουμένας,
ἔσφαζον, οὐκ ἔμελλον, ἀλλ' ἀφίεσαν
λαιμῶν βροτείων εὐθὺς οὔριον φόνον.
οἱ δ' ἅρματ' εἰσέβαινον, οἱ δ' ὑπ' ἀσπίδων
πλευροῖς ἔκρυπτον πλεύρ'. Ἀθηναίων δ' ἄναξ
στρατῷ παρήγγειλ', οἷα χρὴ τὸν εὐγενῆ·
Ὦ ξυμπολῖται, τῇ τε βοσκούσῃ χθονὶ
καὶ τῇ τεκούσῃ νῦν τιν' ἀρκέσαι χρεών.
ὁ δ' αὖ τό τ' Ἄργος μὴ καταισχῦναι θέλειν,
καὶ τὰς Μυκήνας, ξυμμάχους ἐλίσσετο.
ἐπεὶ δ' ἐσήμην' ὄρθιον Τυρσηνικῇ
σάλπιγγι, καὶ ξυνῆψαν ἀλλήλοις μάχην,
πόσον τιν' αὐχεῖς πάταγον ἀσπίδων βρέμειν,
πόσον † τιναγμὸν, οἰμωγήν θ' ὁμοῦ;
τὰ πρῶτα μέν νυν πίτυλος Ἀργείου δορὸς
ἐρρήξαθ' ἡμᾶς, εἶτ' ἐχώρησαν πάλιν.
τὸ δεύτερον δὲ, ποὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ,
ἀνὴρ δ' ἐπ' ἀνδρὶ στὰς, ἐκαρτέρει μάχη.
πολλοὶ δ' ἔπιπτον. ἦν δὲ τοῦ κελεύσματος·
Ὦ τὰς Ἀθήνας, ὦ τὸν Ἀργείων γύην
σπείροντες, οὐκ ἀρήξετ' αἰσχύνην πόλει; —
μόλις δὲ, πάντα δρῶντες, οὐκ ἄτερ πόνων,

---

823. οἵδ' bis
824. πλευραῖς ἔκρυπτον
828. ὅδ' αὐτὸ τἄργος μὴ καται-σχύναι θέλων,
829. συμμάχους
830. ἐσήμην'
831. συνῆψαν
833. πόσον τινὰ τιναγμὸν,
834. τὰ πρῶτα μὲν νῦν
837. ἐκαρτέρει μάχῃ.

ἐτρεψάμεσθ' Ἀργεῖον εἰς φυγὴν δόρυ.
κἀνταῦθ' ὁ πρέσβυς Ὕλλον ἐξορμώμενον
ἰδών, ὀρέξας ἱκέτευσε δεξιὰν
Ἰόλαος, ἐμβῆσαί νιν ἵππειον δίφρον.
λαβὼν δὲ χερσὶν ἡνίας, Εὐρυσθέως
πώλοις ἐπεῖχε. τἀπὸ τοῦδ' ἤδη κλύων
λέγοιμ' ἂν ἄλλων, δεῦρο δ' αὐτὸς εἰσιδών.
Παλληνίδος γὰρ σεμνὸν ἐκπερῶν πάγον
δίας Ἀθάνας, ἅρμ' ἰδὼν Εὐρυσθέως,
ἠράσαθ' Ἥβῃ Ζηνί θ', ἡμέραν μίαν
νέος γενέσθαι, κἀποτίσασθαι δίκην
ἐχθρούς. κλύειν δὴ θαύματος πάρεστί σοι.
δισσὼ γὰρ ἀστέρ' ἱππικοῖς ὑπὸ ζυγοῖς
σταθέντε, ἔκρυψαν ἅρμα λυγαίῳ νέφει.
σὸν δὴ λέγουσι παῖδά θ' οἱ σοφώτεροι,
Ἥβην θ'· ὁ δ' ὄρφνης ἐκ δυσαιθρίου νέων
βραχιόνων ἔδειξεν ἡβητὴν τύπον.
αἱρεῖ δ' ὁ κλεινὸς Ἰόλεως Εὐρυσθέως
τέτρωρον ἅρμα πρὸς πέτραις Σκειρωνίσι,
δεσμοῖς τε δήσας χεῖρας, ἀκροθίνιον
κάλλιστον ἥκει τὸν στρατηλάτην ἄγων,
τὸν ὄλβιον πάροιθε. τῇ δὲ νῦν τύχῃ
βροτοῖς ἅπασι λαμπρὰ κηρύσσει μαθεῖν,
τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν, πρὶν ἂν
θανόντ' ἴδῃ τις, ὡς ἐφήμεροι τύχαι.

ΧΟ. Ὦ Ζεῦ τροπαῖε, νῦν ἐμοὶ δεινοῦ φόβου

---

843. Ἀργείων εἰς φυγὴν δόρυς
845. F. ἵππιον
848. λέγοι μὲν ἄλλος,
854. F. ἐπὶ ζυγοῖς
856. παῖδά γ'
857. ἐκδὺς αἰθρίου,
859. ὁ κλεινὸς πόλεως
860. σκειρωνίων.
863. πάροιθεν.

ἐλεύθερον πάρεστιν ἦμαρ εἰσιδεῖν.
ΑΛ. Ὦ Ζεῦ, χρόνῳ μὲν τἄμ' ἐπεσκέψω κακά,
χάριν δ' ὅμως σοι τῶν πεπραγμένων ἔχω.
καὶ παῖδα τὸν ἐμὸν πρόσθεν οὐ δοκοῦσ' ἐγὼ
θεοῖς ὁμιλεῖν, νῦν ἐπίσταμαι σαφῶς.
ὦ τέκνα, νῦν δή, νῦν ἐλεύθεροι πόνων,
ἐλεύθεροι δὲ τοῦ κακῶς ὀλουμένου
Εὐρυσθέως ἔσεσθε, καὶ πόλιν πατρὸς
ὄψεσθε, κλήρους δ' ἐμβατεύσετε χθονός,
καὶ θεοῖς πατρῴοις θύσεθ'. ὧν ἀπειργμένοι
ξένοι πλανήτην εἴχετ' ἄθλιον βίον.
ἀτὰρ τί κεύθων Ἰόλεως σοφόν ποτε
Εὐρυσθέως ἐφείσαθ', ὥστε μὴ κτανεῖν;
λέξον. παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ οὐ σοφὸν τόδε,
ἐχθροὺς λαβόντα, μὴ ἀποτίσασθαι δίκην.
ΘΕ. Τὸ σὸν προτιμῶν, ὥς νιν ὀφθαλμοῖς ἴδοις
† κρατοῦντα, καὶ σῇ δεσποτούμενον χερί.
οὐ μὴν ἑκόντα γ' αὐτόν, ἀλλὰ πρὸς βίαν
ἔζευξ' ἀνάγκῃ. καὶ γὰρ οὐκ ἐβούλετο
ζῶν εἰς σὸν ἐλθεῖν ὄμμα, καὶ δοῦναι δίκην.
ἀλλ' ὦ γεραιά, χαῖρε, καὶ μέμνησ' ὁμοῦ,
ὃ πρῶτον εἶπας, ἡνίκ' ἠρχόμην λόγου,
ἐλευθερώσειν μ'. ἐν δὲ τοῖς τοιοῖσδε χρὴ
ἀψευδὲς εἶναι τοῖσι γενναίοις στόμα. ═
ΧΟ. Ἐμοὶ χορὸς μὲν ἡδύς, εἰ
λίγεια λωτοῦ χάρις ἐνὶ δαιτί,
εἴη τ' εὔχαρις Ἀφροδίτα.

---

876. ἐμβατεύσεσθε.
879. ἀτὰρ τὶ
880. κτανεῖν,
886. ἔζευξ' ἀνάγκη.
888. μέμνησό μου.
890. ἐλευθέρωσόν με.
893. ἐνὶ δαὶ,
894. εἴη δ'

τερπνὸν δέ τι καὶ φίλων ἄρ'
εὐτυχίαν ἰδέσθαι
τῶν πάρος οὐ δοκούντων.
πολλὰ γὰρ τίκτει
μοῖρα τελεσσιδώτειρ',
αἰών τε Κρόνου παῖς. =
Ἔχεις ὁδόν τιν', ὦ πόλις,
δίκαιον, (οὔ χρή ποτε τόδ' ἀφελέσθαι)
τιμᾶν θεούς· ὁ δὲ μὴ φάσκων,
ἐγγὺς μανιᾶν ἐλαύνει,
δεικνυμένων ἐλέγχων
τῶνδ'. ἐπίσημα γάρ τοι
θεὸς παραγγέλλει,
τῶν ἀδίκων παραιρῶν
φρονήματος αἰεί. =
Ἔστιν ἐν οὐρανῷ βεβακὼς
τεὸς γόνος, ὦ γεραιά,
(φεύγω λόγον, ὡς τὸν Ἅιδα
δόμον κατέβα, πυρὸς
δεινᾷ φλογὶ σῶμα δαισθεὶς)
Ἥβας τ' ἐρατὸν χροΐζει
λέχος χρυσέαν κατ' αὐλάν.
ὦ Ὑμέναιε, δισσοὺς
παῖδας Διὸς ἀξιώσας. =
Συμφέρεται τὰ πολλὰ πολλοῖς.
καὶ γὰρ πατρὶ τῶνδ' Ἀθάναν

901. ὁδόν τινα
904. μανιῶν
909. αἰεί.
911. θεὸς γόνος.
912. φεύγει — Ἀΐδα.
914. δαϊσθείς;
918. ἠξίωσας.
919. συμφέρεται

λέγουσ᾽ ἐπίκουρόν εἶναι.
καὶ τούσδε θεᾶς πόλις
καὶ λαὸς ἔσωσ᾽ ἐκείνας.
ἔσχεν δ᾽ ὕβρις ἀνδρὸς, ᾧ θυ-
μὸς ἦν πρὸ δίκας βίαιος.
μή ποτ᾽ ἐμοὶ φρόνημα,
ψυχά τ᾽ ἀκόρεστος εἴη.

ΑΓ. Δέσποιν᾽, (ὁρᾷς μὲν, ἀλλ᾽ ὅμως εἰρήσεται)
Εὐρυσθέα σοι τόνδ᾽ ἄγοντες ἥκομεν,
ἄελπτον ὄψιν; τῷδέ τ᾽ οὐχ ἧσσον τυχεῖν.
οὐ γάρ ποτ᾽ ηὔχει χεῖρας ἵξεσθαι σέθεν,
ὅτ᾽ ἐκ Μυκηνῶν πολυπόνοις ξὺν ἀσπίσιν
ἔστειχε, μείζω τῆς τύχης φρονῶν πολὺ,
πέρσων Ἀθήνας. ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν
δαίμων ἔθηκε, καὶ μετέστησεν τύχην.
Ὕλλος μὲν οὖν, ὅ τ᾽ ἐσθλὸς Ἰόλεως, βρέτας
Διὸς τροπαίου καλλίνικον ἵστασαν.
ἐμοὶ δὲ πρὸς σὲ τόνδ᾽ ἐπιστέλλουσ᾽ ἄγειν,
τέρψαι θέλοντες σὴν φρέν᾽. ἐκ γὰρ εὐτυχοῦς
ἥδιστον ἐχθρὸν ἄνδρα δυστυχοῦνθ᾽ ὁρᾶν.

ΑΛ. Ὦ μῖσος, ἥκεις; εἷλέ σ᾽ ἡ δίκη χρόνῳ;
πρῶτον μὲν οὖν μοι δεῦρ᾽ ἐπίστρεψον κάρα,
καὶ τλῆθι τοὺς σοὺς προσβλέπειν ἐναντίον
ἐχθρούς. κρατεῖ γὰρ νῦν γε, κοὐ κρατεῖς ἔτι.
ἐκεῖνος εἶ σὺ (βούλομαι γὰρ εἰδέναι)
ὃς πολλὰ μὲν τὸν ὄνθ᾽ ὅπου 'στὶ νῦν ἐμὸν

---

924. ἔσχε δ᾽ ὕβρεις
925. βιαίως,
930. τῶνδέ τ᾽
932. πολυπόνων σὺν ἀσπίσιν
935. μετέστησε τύχας.
937. ἔστασαν.
943. ἐναντίους
944. κρατῇ γὰρ.
945. ἐκεῖνος εἶ σύ;

παῖδ' ἠξίωσας, ὦ πανοῦργ', ἐφυβρίσαι;
τί γὰρ σὺ κεῖνον οὐκ ἔτλης καθυβρίσαι;
ὃς καὶ παρ' Ἅιδην ζῶντά νιν κατήγαγες,
ὕδρας λέοντάς τ' ἐξαπολλύναι λέγων
ἔπεμπες. ἄλλα δ' οἷ' ἐμηχανῶ κακὰ,
σιγῶ. μακρὸς γὰρ μῦθος ἂν γένοιτό μοι.
κοὐκ ἤρκεσέν σοι ταῦτα τολμῆσαι μόνον,
ἀλλ' ἐξ ἁπάσης κἀμὲ καὶ τέκν' Ἑλλάδος
ἤλαυνες, ἱκέτας δαιμόνων καθημένους,
τοὺς μὲν γέροντας, τοὺς δὲ νηπίους ἔτι.
ἀλλ' ηὗρες ἄνδρας, καὶ πόλισμ' ἐλεύθερον,
οἵ σ' οὐκ ἔδεισαν. δεῖ σε κατθανεῖν κακῶς,
καὶ κερδανεῖς ἅπαντα. χρῆν γὰρ οὐχ ἅπαξ
θνήσκειν σε, πολλὰ πήματ' ἐξειργασμένον.

ΑΓ. Οὐκ ἔστιν ὅσιον τόνδε σοι κατακτανεῖν.
ΑΛ. Ἄλλως ἄρ' αὐτὸν αἰχμάλωτον εἵλομεν.
εἴργει δὲ δὴ τίς τόνδε μὴ θανεῖν νόμος;
ΑΓ. Τοῖς τῆσδε χώρας προστάταισιν οὐ δοκεῖ.
ΑΛ. Τί δὴ τόδ'; ἐχθροὺς τοισίδ' οὐ καλὸν κτανεῖν;
ΑΓ. Οὐχ ὅντιν' ἄν γε ζῶνθ' ἕλωσιν ἐν μάχῃ.
ΑΛ. Καὶ ταῦτα δόξανθ' Ὕλλος ἐξηνέσχετο;
ΑΓ. Χρῆν δ' αὐτὸν, οἶμαι, τῇδ' ἀπιστῆσαι χθονί.
ΑΛ. Χρῆν τόνδε μὴ ζῆν, μὴ δ' ὁρᾶν φάος τόδε.
ΑΓ. Τότ' ἠδικήθη πρῶτον οὐ θανὼν ὅδε.

---

947. ἐφυβρίσαι·
948. ἐφυβρίσαι,
951. ἔπεμπες;
957. ἀλλ' εὗρες
959. χρὴ γὰρ
961. Chori personam praefigit Aldus. Sic etiam vv. 964. 966. 968. 970. 972. 974.
Ib. οὐκ ἔστ' ἀνόσιον,
962. Nuntii personam praefigit Aldus. Sic etiam vv. 965. 967. 969. 971.
Ib. εἵλομεν;
965. τί δὴ τόδ', ἐχθροὺς τοῖσι δ'
967. δόξαν θ'
969. μήδ' ὁρᾶν φάος ἔτι.

ΑΛ. Οὐκ οὖν ἔτ' ἐστὶν ἐν καλῷ δοῦναι δίκην;
ΑΓ. Οὐκ ἔστι τοῦτον ὅστις ἂν κατακτάνοι.
ΑΛ. Ἔγωγε. καίτοι φημὶ κἄμ' εἶναί τινα.
ΑΓ. Πολλήν ἄρ' ἕξεις μέμψιν, εἰ δράσεις τόδε.
ΑΛ. Φιλῶ πόλιν τήνδ', (οὐδὲν ἀντιλεκτέον)
τοῦτον δ', ἐπείπερ χεῖρας ἦλθεν εἰς ἐμὰς,
οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξαιρήσεται.
πρὸς ταῦτα τὴν θρασεῖαν, ὅστις ἂν θέλῃ,
καὶ τὴν φρονοῦσαν μεῖζον ἢ γυναῖκα χρὴ,
λέξει. τὸ δ' ἔργον τοῦτ' ἐμοὶ πεπράξεται.
ΧΟ. Δεινόν τι, καὶ ξυγγνωστὸν, ὦ γύναι, σ' ἔχειν
νεῖκος πρὸς ἄνδρα τόνδε γιγνώσκω καλῶς.
ΕΥ. Γύναι, σάφ' ἴσθι μή με θωπεύσοντά σε,
μηδ' ἄλλο μηδὲν τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι
λέξονθ', ὅθεν χρὴ δειλίαν ὀφλεῖν τινα.
ἐγὼ δὲ νεῖκος οὐχ ἑκὼν τόδ' ἠράμην,
οὐ δῆτα, σοὶ μὲν αὐτανέψιος γεγὼς,
τῷ σῷ δὲ παιδὶ συγγενὴς Ἡρακλέει.
ἀλλ' εἴτ' ἔχρῃζον, εἴτε μὴ, (θεὸς γὰρ ἦν)
Ἥρα με κάμνειν τήνδ' ἔθηκε τὴν νόσον.
ἐπεὶ δ' ἐκείνῳ δυσμένειαν ἠράμην,
κἄγνων ἀγῶνα τόνδ' ἀγωνιούμενος,
πολλῶν σοφιστὴς πημάτων ἐγιγνόμην,
καὶ πόλλ' ἔτικτον νυκτὶ συνθακῶν ἀεὶ,
ὅπως διώσας καὶ κατακτείνας ἐμοὺς
ἐχθροὺς, τὸ λοιπὸν μὴ ξυνοικοίην φόβῳ,

971. οὐκοῦν ἔτ' ἐστιν — δίκην.
973. ἔγωγε καὶ τίφημι κἂν μεῖναί τινα;
978. ὅστις ἂν θέλοι,
981. συγγνωστὸν,
982. γινώσκω
983. θωπεύσαντά σε,
985. ὄφλειν τινά.
987. ἤδη γε σοὶ μὲν
988. Ἡρακλεῖ.
993. ἐγινόμην,
994. συνθακῶν
996. τολοιπὸν μὴ συνοικοίην

εἰδὼς μὲν οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλ' ἐτητύμως
ἄνδρ' ὄντα τὸν σὸν παῖδα. καὶ γὰρ ἐχθρὸς ὢν,
ἀκούσεται τά γ' ἐσθλὰ, χρηστὸς ὢν ἀνήρ.
κείνου δ' ἀπαλλαχθέντος, οὐκ ἐχρῆν μ' ἄρα
μισούμενον πρὸς τῶνδε, καὶ ξυνειδότα
ἔχθραν πατρῴαν, πάντα κινῆσαι πέτρον,
κτείνοντα, κἀκβάλλοντα, καὶ τεχνώμενον;
τοιαῦτα δρῶντι, τἄμ' ἐγίγνετ' ἀσφαλῆ.
οὐκ οὖν σύ γ' ἂν λαβοῦσα τὰς ἐμὰς τύχας,
ἐχθροῦ λέοντος δυσμενῆ βλαστήματα
ἤλαυνες ἂν κακοῖσιν, ἀλλὰ σωφρόνως
εἴασας οἰκεῖν Ἄργος. οὔ τιν' ἂν πίθοις.
νῦν οὖν ἐπειδή μ' οὐ διώλεσαν τότε
πρόθυμον ὄντα, τοῖσιν Ἑλλήνων νόμοις
οὐχ ἁγνός εἰμι τῷ κτανόντι κατθανεῖν,
πόλις τ' ἀφῆκε σωφρονοῦσα, τὸν θεὸν
μεῖζον τίουσα τῆς ἐμῆς ἔχθρας πολύ.
προσεῖπας, ἀντήκουσας. ἐντεῦθεν δὲ χρὴ
τὸν προστρόπαιον, τόν τε γενναῖον καλεῖν.
οὕτω γε μέν τοι τἄμ' ἔχει· θανεῖν μὲν οὐ
χρήζω, λιπὼν δ' ἂν οὐδὲν ἀχθοίμην βίον.

ΧΟ. Παραινέσαι σοι σμικρὸν, Ἀλκμήνη, θέλω,
τὸν ἄνδρ' ἀφεῖναι τόνδ', ἐπεὶ πόλει δοκεῖ.

ΑΛ. Τί δ' ἢν θάνῃ τε, καὶ πόλει πιθώμεθα;

ΧΟ. Τὰ λῷστ' ἂν εἴη. πῶς τάδ' οὖν γενήσεται;

ΑΛ. Ἐγὼ διδάξω ῥᾳδίως. κτανοῦσα γὰρ
τόνδ', εἶτα νεκρὸν τοῖς μετελθοῦσιν φίλων

---

999. ἀκούσεταί γ' ἐσθλά,
1003. τεχνώμενον.
1004. τἀμὰ γίγνετ'
1005. οὐκοῦν σύ γ' ἀναλαβοῦσα
1006. δυσγενῆ
1011. κατθανών.
1014. πρὸς ἄγ' εἶπας,
1017. ἀχθοίμην
1018. μικρὸν
1020. τίδ' ἂν θάνητε, καὶ πόλει πειθώμεθα;

δώσω. τὸ γὰρ σῶμ᾽ οὐκ ἀπιστήσω χθονί.
οὗτος δὲ δώσει τὴν δίκην θανὼν ἐμοί.
ΕΥ. Κτεῖν᾽, οὐ παραιτοῦμαί σε. τήνδε δὲ πτόλιν,
ἐπεί μ᾽ ἀφῆκε, καὶ κατῃδέσθη κτανεῖν,
χρησμῷ παλαιῷ Λοξίου δωρήσομαι,
ὃς ὠφελήσει μεῖζον ἢ δοκεῖν, χρόνῳ.
θανόντα γάρ με θάψετ᾽, οὗ τὸ μόρσιμον,
Δίας πάροιθε παρθένου Παλληνίδος.
καὶ σοὶ μὲν εὔνους, καὶ πόλει σωτήριος
μέτοικος ἀεὶ κείσομαι κατὰ χθονὸς,
τοῖς τῶνδε δ᾽ ἐκγόνοισι πολεμιώτατος,
ὅτ᾽ ἂν μόλωσι δεῦρο σὺν πολλῇ χερὶ,
χάριν προδόντες τήνδε. τοιούτων ξένων
προὔστητε. πῶς οὖν ταῦτ᾽ ἐγὼ πεπυσμένος
δεῦρ᾽ ἦλθον, ἀλλ᾽ οὐ χρησμὸν ᾐδούμην θεοῦ;
Ἥραν νομίζων θεσφάτων μείζω πολὺ,
κοὐκ ἂν προδοῦναί μ᾽. ἀλλὰ μήτε μοι χοὰς,
μήθ᾽ αἷμ᾽ ἐάσῃς εἰς ἐμὸν στάξαι τάφον.
κακὸν γὰρ αὐτοῖς νόστον ἀντὶ τῶνδ᾽ ἐγὼ
δώσω. διπλοῦν δὲ κέρδος ἕξετ᾽ ἐξ ἐμοῦ.
ὑμᾶς τ᾽ ὀνήσω, τούσδε τε βλάψω θανών.
ΑΛ. Τί δῆτα μέλλετ᾽, (εἰ πόλει σωτηρίαν
κατεργάσασθαι τοῖσί τ᾽ ἐξ ὑμῶν χρεὼν)
κτείνειν τὸν ἄνδρα τόνδ᾽, ἀκούοντες τάδε;
δείκνυσι γὰρ κέλευθον ἀσφαλεστάτην.
ἐχθρὸς μὲν ἀνὴρ, ὠφελεῖ δὲ κατθανών.

1026. τήνδε δὴ πόλιν
1029. μείζον᾽ ἢ δοκεῖν,
1031. δίκας πάροιθε
1035. ὅταν
1038. ἠρόμην θεοῦ.
1039. νομίζω
1040. μήτέ μοι
1041. στάξαι τύπον.
1044. τούσδέ τε
1046. ἐξ ἡμῶν
1047. τάδε.
1049. ἀνὴρ,

κομίζετ' αὐτὸν, δμῶες. εἶτα χρὴ † κυσὶν
δοῦναι κτανόντας. μὴ γὰρ ἐλπίσῃς, ὅπως
αὖθις πατρῴας ζῶν ἔμ' ἐκβαλεῖς χθονός. =

ΧΟ. Ταῦτα δοκεῖ μοι. στείχετ', ὀπαδοί.
τὰ γὰρ ἐξ ἡμῶν,
καθαρῶς ἔσται βασιλεῦσι. =

1050. F. εἶτα χρὴ πυρὶ 1055. βασιλεῦσιν.

ANNOTATIONES

IN EURIPIDIS HERACLIDAS.

[Coniicio actam Heraclidas tragoediam Ol. XC, 3. quum rupto foedere Argivi pacem cum Laconibus facerent, Atheniensibus autem bellum inferrent, efficientibus optimatibus (Thucyd. V, 76 sq.), qui ipsi in Heraclidis Euripidis iniuriam faciunt: anno tamen proximo, restituto Argis populari imperio, cum Atheniensibus in gratiam redeunt (Thucyd. V, 82. coll. Dodwell. Annal. Thucyd. p. 687.) unde calculus noster fit etiam firmior. Boeckh. de Tragicis Graecis p. 190. *G. D.*]

1. *Τοῦτό μοι δεδογμένον* (*δεδεγμένον* Trincavellus) Stobaeus X. p. 126. Gesn. ubi leguntur quatuor primi huius fabulae versus. Quinti initium in sua ed. addidit Grotius.

2. Distinctio quam post *δίκαιος* habet etiam Aldus, significat verba *τοῖς πέλας* non cum *δίκαιος* sed cum *πέφυκε* conjungenda esse. Vertit Brodaeus, *Ad cognatos affinesque suos juvandos natus est.* Melius Gesnerus ad Stobaeum, *Quod vir justus natus sit in proximi commodum.* Ubi vocabulum *proximi* eodem sensu accipiendum est, quo dicitur in Latina librorum utriusque foederis versione, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* De quo consulendus omnino Schleusnerus v. *Πλησίον.* Iolai igitur secta fuit, ut Catonis, *Non sibi, sed toti genitum se credere mundo*, praecipue vero patriae et amicis. Ita Iphigenia apud nostrum Iph. A. 1385. *Καὶ γάρ οὐχ οὕτω τι λίαν ἐμὲ φιλοψυχεῖν χρεών. Πᾶσι γάρ μ' Ἕλλησι κοινὴν ἔτεκες, οὐκ ἐμοὶ μόνῃ.* Ita scribendum esse priorem versum satis constat ex El. 1105.

3. *Εἰς τὸ κέρδος ἀνειμένον.* *Propensum in lucrum* plerique interpretes. Malim, *lucro deditum.* Milites Aegyptios *τοὺς ἐς τὸν πόλεμον ἀνειμένους* appellat Herodotus II. 167. Paullo ante c. 165. verba *ἀνέονται* (malim *ἀνέαται*) *ἐς τὸ μάχιμον* eodem sensu usurpantur. Apud eundem VII.

103. qui libertate fruuntur ἀνειμένοι ἐς τὸ ἐλεύθερον (in aliis libris ἐλευθέριον) dicuntur. Adde verba ἀνιέναι ἑαυτὸν ἐς παιγνίην, *dare se ludo*, II. 173. Quae loca affero propter praepositionem εἰς verbo ἀνιέναι subjectam. Cujus constructionis alterum exemplum apud Atticos poëtas haud reperi.

4. Φίλοις τ' ἄχρηστος Stobaeus. Omnino retinenda vulgata scriptura. Solent enim plerumque tragici in hujusmodi sententiis publica et privata officia distinguere. Ita noster Antiopa fr. 11. Ὁ δ' ἥσυχος, φίλοισί τ' ἀσφαλὴς φίλος, Πόλει τ' ἄριστος. Ibid. fr. 29. Ἀργὸς μὲν οἴκοις (f. ἀστοῖς) καὶ πόλει γενήσεται, Φίλοισι δ' οὐδείς. [Adde Antiop. fr. 10. Κόσμος δὲ σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ. Τὸ δ' ἐκλαλοῦν τοῦθ', ἡδονῆς μὲν ἅπτεται, Κακὸν δ' ὅμιλημ', ἀσθενὴς δὲ καὶ πόλει. Dubito de scriptura primi versus. Tertius nostro versui simillimus est. *Ex Addendis.*] Nostro loco verba καὶ ξυναλλάσσειν βαρὺς de privatae vitae officiis accipienda sunt. Συναλλάσσειν enim *commercium cum aliquo habere* significat. Recte Portus, *et in vitae commercio gravis*.

Ibid. Συναλλάξαι Stobaeus. Quae varietas vulgata scriptura nihilo deterior est. Ἀναγκάζειν pro ἀναγκάσαι in fine senarii habet Aldus in Hippol. 922.

5. Aesch. Prom. 336, ἔργῳ κοὐ λόγῳ τεκμαίρομαι. [Herodotus V. 24. Τοῦτο δὲ οὐ λόγοισι ἀλλ' ἔργοισι οἶδα μαθών. *Ex Addendis.*]

6. Αἰδοῖ. *Prae pudore* omnes interpretes. Meliorem interpretationem suppeditabit ipse poëta Suppl. 909. Ἐκ τῶνδε μὴ θαύμαζε τῶν εἰρημένων, Θησεῦ, πρὸ πύργων τούσδε τολμῆσαι θανεῖν. Τὸ γὰρ τραφῆναι μὴ κακῶς, αἰδῶ φέρει. Αἰσχύνεται δὲ τἀγάθ' ἀσκήσας ἀνὴρ Κακὸς κεκλῆσθαι πᾶς τις.

7. Ἥσυχοι ναίειν P. E. Ἥσυχον μένειν apud nostrum legitur infra v. 478. ἥσυχοι θάσσουσι Hec. 35. μένειν ἥσυχον ibid. 901. οὐ μενοῦμεν ἥσυχοι Iph. T. 1434. μένουσα ἥσυχος Tro. 985. (ubi legendum οὓς ἂν μένουσ' ἂν) ἥσυχος θάσσων Bacch. 622. ἥσυχοι καθώμεθα Hel. 1090. ἥσυχον εὕδειν apud incertum Rhes. 128. ἥσυχος θακεῖ apud Soph. Aj. 325. Hinc nostro loco ἥσυχον pro ἡσύχως reposui. Adverbia et adjectiva saepe commutari monuit Porsonus ad Hec. 979. ubi κρύφιος pro κρυφίως edidit. Vide etiam nostrae fabulae vv. 181. 544. 551. 925. Ἡσύχως pro ἥσυχος in Med. 550. habent membranae Parisienses, in Suppl. 305. edd. omnes. Sed erit fortasse qui nostro loco ἡσύχῳ ναίειν malit, utpote scripturam vulgatae propiorem. Nec male, modo recte se habeat dativus in Alc. 890.

ἐξὸν ἀτέκνοις Ἀγάμοις τ' εἶναι διὰ παντός. Sed apud Atticos longe usitatior est accusativus, quem in Alcestide agnoscit Graecus interpres. Ceterum liceat mihi, dum de voce *ἥσυχος* agitur, locum ex Euripidis Bacchis, quem in indice omisit Beckius, paullo emendatiorem quam vulgo legitur exhibere. V. 635. *πρὸς θεὸν γὰρ, ὢν ἀνὴρ, Εἰς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμ'. ἥσυχος δ' ἐκ βάκχας ἄγων Δωμάτων ἥκω πρὸς ὑμᾶς, Πενθέως οὐ φροντίσας.* Metrum est trochaicum. *Ἐτόλμησ'* recte dedit Barnesius, consentiente altero codicum a Musgravio collatorum, quorum alter *ἐτόλμησεν* habet, quod eodem redit. Praeterea *αὐτὸς* pro *ἥσυχος* dedit Barnesius, *ὠκὺ* malebat Musgravius. Legendum, *ἥσυχος δ' ἐκ βασιλικῶν Δωμάτων ἥκω πρὸς ὑμᾶς.* Verba sunt Bacchi ex Penthei regia exeuntis. Eadem verba, *βασιλικῶν ἐκ δωμάτων*, leguntur in El. 806. [Noster Hec. 901. *Μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας ἥσυχον.* *Manere necesse est, navigationem exspectantes tranquillam.* Vereor ut *πλοῦν ἥσυχον* quisquam unquam dixerit. Distingue, *Μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας, ἥσυχον.* *Μένειν ἥσυχον* noster Iph. T. 1484. Tro. 985. Heracl. 478. Praecedit *στρατῷ*, ad quod refertur utrumque *ὁρῶντας* et *ἥσυχον*. Vide omnino ad v. 801. Ceterum non repugnabo, siquis *ἡσύχους* legere malit apud Aesch. Suppl. 732. *Ἀλλ' ἡσύχως χρὴ καὶ σεσωφρονισμένως Πρὸς πρᾶγμ' ὁρώσας τῶνδε μὴ ἀμελεῖν θεῶν.* Confer Xenoph. Paed. V. 3, 55. *Αὐτὸς δὲ παρελαύνων τὸν ἵππον εἰς τὸ πρόσθεν, ἥσυχος κατεθεᾶτο τὰς τάξεις.* *Stephanus suspicatur*, inquit Zeunius, *ab auctore esse ἡσύχως. Sed—quem fugit, saepe adjectiva habere vim adverbiorum?* Idem Anab. VI. 5, 11. *Ἡσύχως προῆγον.* *Ἥσυχοι* cod. Etonensis. Lego *ἡσυχῇ προῆγον*, collato Aristoph. Nub. 324. *Ex Addendis.*]

8. *Πλεῖστον* P. E. Noster Alc. 967. *Πλεῖστον ἁψάμενος λόγων.*

Ibid. *Ἡρακλέει* hic et infra v. 988. dedi ex monitu Porsoni ad Med. 675.

10. *Τὰ κείνου* divisim primus edidit Barnesius.

11. *Αὐτὸς δεόμενος σωτηρίας.* Ridet haec Aristophanes Eccl. 412. *Ὁρᾶτε μέν με δεόμενον σωτηρίας Τετραστατήρου καὐτόν· ἀλλ' ὅμως ἐρῶ, Ὡς τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας σώσετε.* Idem Eq. 214. *Τάραττε, καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα.* Schol. *Παρῳδίας τρόπον. παρῴδησε γὰρ τὸν ἴαμβον ἐξ Ἡρακλειδῶν Εὐριπίδου.* Nihil in nostra fabula reperio, quod in comici senario *παρῳδημένον* videatur. Nescio cujus Pamphili Heraclidas memorat Aristophanes Plut. 385. Picturane an tragoedia fuerint Pamphili Heraclidae in-

certum est. Grammaticorum conjecturas recenset Scholiastes.

[12. Ἀπαλλάχθῃ ex Hervagiana prima edd. pleraeque. *Ex Addendis.*]

14. Ἀλλ' ἐξέδραν μιν Barnesius ex emendatione Scaligeri. Ἀλλ' ἐξέδραμεν Musgravius ex emendatione Reiskii. Tria sunt verba ἀποδιδράσκω, διαδιδράσκω, ἐκδιδράσκω, quorum futura sunt ἀποδράσομαι, διαδράσομαι, ἐκδράσομαι, aoristi ἀπέδραν, διέδραν, ἐξέδραν. Praeter nostrum locum, et Soph. Aj. 167. ubi legitur ἀπέδραν pro ἀπέδρασαν, nusquam, quod sciam, haec verba apud tragicos occurrunt. Ἐξεδίδρασκε, *effugiebat*, *effugere conabatur*, habet Aristoph. Vesp. 126. ἐκδιδράσκουσιν Thucydides I. 126. ἐκδιδρήσκει Ionice Herodotus VI. 24. 90. IX. 88. ἐκδρᾶσα Aristoph. Eccl. 55. ἐκδράντες Herod. IV. 148. [Ἐκδιδράσκουσιν Thucydides I. 126. VI. 7. *Ex Addendis.*]

Ibid. Πόλις μὲν οἴχεται. *Patriam amisimus.* Brodaeus. Pulcherrime hunc versum reddit Stiblinus, *Sed effugi, dejectis moenibus.*

16. Pro ἐξορίζοντες suspicatur Barnesius [et nulla Barnesii mentione facta Toupius ad Longinum p. 323. ed. min.] legendum esse ἐξορισθέντες. Sed nihil opus. Ἐξορίζειν enim valet ἐξορίζειν ἑαυτόν. Sic ῥίψαι Cycl. 165. ἐκπάλλε El. 435. κρύπτοντα Phoen. 1124. Musgravius. Noster Med. 433. διδύμους ὁρίσασα πόντου πέτρας. Nostro loco participium praeteriti temporis ἐξορισθέντες sententiae repugnat. [Aesch. Suppl. 553. διχῇ δ' ἀντίπορον Γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει. *Ex Addendis.*]

18. Ἐς ἡμᾶς edd. recentiores ex emendatione Brodaei.

19. Ὅποι γῆς P. E. Πῇ γῆς et ὅπῃ γῆς ex Atticorum scriptis prorsus ejicienda esse censeo. Apud Aesch. Prom. 566. ubi vulgo legitur ὅπῃ γῆς, ὅποι γῆς praebet cod. Mediceus. Nostro loco ὅποι *accipiendum quasi esset ἐκεῖσε ὅπου*, ut verbis utar Porsoni ad Hec. 1062. qui exempla allegat Iph. T. 113. 119. et Soph. Phil. 482. ubi repone εἰς πρύμνην.

21. Προτείνων Musgravius ex emendatione Canteri. Sic καθεῖμαι pro καθεῖναι Aldus Iph. T. 52. γάμος pro γάνος Bacch. 261. et alia nonnulla ejusdem generis vitia. Προτείνων autem, monente Musgravio, *minaciter ostentans* significat. Nos, *holding out.* Ordo est, προτείνων φίλων, ἡμετέρων scilicet, Ἄργος οὐ σμικρὰν πόλιν. Conjecturam meam προτείνων—φίλοις, hodie supervacaneam esse suspicor. Genitivum enim in simili locutione adhibet Herodotus IX. 4. Ταῦτα δὲ τὸ δεύτερον ἀπέστελλε, προέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας, ἐλπίζων δὲ

σφέας ὑπήσειν τῆς ἀγνωμοσύνης, ὡς δορυαλώτου ἰούσης πάσης τῆς Ἀττικῆς χώρης. Ubi conjicio προέχων eodem fere sensu usurpari, quo apud nostrum προτείνων. Longe aliter tamen Herodoti locum accipiunt ejus interpretes. Ut verum fatear, de utroque loco ampliandum censeo. Sed audiendus Musgravius.

21. 22. Emendabam olim φιλεῖν, quod et nunc verum censeo, non tamen loco persanando sufficere. Legendum, ni fallor, Πόλιν προτείνων Ἄργος, οὐ σμικρὰν φιλεῖν Ἔχθραν τε θέσθαι. *Ostendens civitatem Argivam, potentem et amicitiam et odia exercere.* Favent MSS. E. G. γε θέσθαι pro γενέσθαι exhibentes. Musgravius. Ἔχθραν γε θέσθαι recepi. Sic πόλεμον θέσθαι Or. 13. Eodem sensu dicitur ἔχθραν ξυνάπτειν infra v. 460. συμβαλὼν ἔχθραν Med. 44. Quomodo autem haec verba cum superioribus cohaereant, haud ita facile dixerim. An recte dicitur in tragico sermone, οὐ σμικρὸς ἔχθραν θέσθαι, *potens odia exercere?* Vellem interpretationem suam exemplis confirmasset Musgravius. Vide an verborum ἔχθραν γε θέσθαι sententia sit, ὥστε ἔχθραν ἡμῖν θέσθαι τοὺς ἡμετέρους φίλους, *ita ut ex amicis fiant nobis inimici.*

29. Οὐκ ἔστιν πατὴρ Barnesius, et ante eum Grotius in Excerptis. Facile veniam ab eruditis me impetraturum spero, si parcior fuero in his minutiis indicandis. Meminerit lector, me nihil mihi vindicare, quod diserte pro meo non proponam.

32. Ξύγκληρον—χθόνα. Eodem sensu dicitur ξύνοικον λαὸν infra v. 82. Vide ad v. 81. Scenam fabulae non temere Marathone collocavit poëta, sed in eo veterem civium suorum opinionem secutus est. Vide Sophoclis interpretem, cujus verba ad v. 81. citabo. Duo autem fuerunt Atticae pagi, in quibus maxime vigeret Herculis cultus, Marathon scilicet, et ὁ Διομείων δῆμος, in quo situm erat nobile gymnasium Cynosarges. Herculis fanum Marathonium memorat praeter alios Herodotus VI. 108. utrumque idem VI. 116. Heraclea Marathonia inter celeberrimas Graeciae πανηγύρεις recenset Pindarus Olymp. IX. 134. XIII. 157. Pyth. VIII. 113.

33. Καθεζόμεσθα primus edidit Barnesius. *Sedemus* omnes interpretes. Rectius, *consedimus.* Ἑζόμην enim apud Atticos aoristus est.

34. Προσωφελῆσαι. *Ut ab eis juvemur.* Brodaeus. Dicitur ἱκέται προσωφελῆσαι, monente Musgravio, ut infra v. 345. ἱκέται εὖ πρᾶξαι πόλιν.

37. Τοῖσδ' ἐγγὺς ὄντας. Quae fuerit inter Herculis et Thesei liberos affinitas, infra ostendit Euripides v. 208. Brod.

38. *Τήνδ' ἀφικόμεσθ' ὁδόν.* Ita Ms. Steph. [et edd. recentiores.] Sensus videtur esse, *hanc profectionem*, *hanc migrandi vicem.* Nam si τήνδε ὁδὸν interpretaris διὰ τῆσδε τῆς ὁδοῦ, inepta erit sententia. Musgravius. Ita Soph. Oed. C. 96. *Ἔγνωκα μέν νυν ὥς με τήνδε τὴν ὁδὸν Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν Ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος.* Ut nostro loco ὅρον et ὁδὸν, ita permutantur προσουρίσας et προσουδίσας in Iph. A. 1151. Ζωδίων pro ζωρίων restituendum Scholiastae ad Apollonium Rhod. I. 1265. Vide ad v. 1038.

39. *Δυοῖν γερόντοιν.* Infra etiam v. 653. Iolaus et Alcmena duo senes appellantur. Quod recte monet argumenti scriptor, Iolaum Herculis fratris filium fuisse, ideoque Alcmenae nepotem, vel nescivit poëta, vel non recordatus est, vel prudens dissimulavit. Non enim pulchre inducitur decrepitus senex, cujus avia non modo adhuc vivat, verum etiam in eadem tragoedia in scenam mox prodeat. Verum multa hujusmodi apud Euripidem.

40. *Καλχαίνω* edd. recentiores ex emendatione Brodaei, qui citat Soph. Ant. 20. *Τί δ' ἔστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος.* Cum Aldo consentiunt E. G. Hesychius: *Καλκαίνεται* (ita cod.). φροντίζει, ταράττεται. Idem: *Καλχαίνει.* ταράσσει, πορφύρει, στένει, φροντίζει, ἄχθεται, κυκᾷ, ἐκ βυθοῦ ταράσσεται. Photius: *Καλχαίνει.* ἐκ βάθους ταράσσεται.

42. Legendum [cum Reiskio] ὑπηγκαλισμένα. Sic ὑπαγκάλιος παῖς apud Suidam. Musgravius. Ὑπαγκάλισμα legitur apud Soph. Trach. 540. Eurip. Tro. 752. Hel. 247. Ion. 1337. Postremus locus ita scribendus est, *Ὁρᾷς τόδ' ἄγγος χερὸς ὑπαγκάλισμ' ἐμῆς.* Cum autem ὑπαγκαλίζων habeat noster Cycl. 496. nostro loco non male legeretur ὑπηγκαλισμένον vel ὑπηγκαλισμένας passivo sensu. Sed nihil temere mutandum.

44. *Κἀπιβωμιοστατεῖν.* *Et collocare supplices ad aram.* Portus. Imo, *stare.* Monstrum vocis appellat Musgravius, qui recte monet πελάζειν intransitive accipiendum esse. Noster Phoen. 513. *πρὸς δὲ τοῖσδ' αἰσχύνομαι, Ἐλθόντα σὺν ὅπλοις τόνδε, καὶ πορθοῦντα γῆν, Τυχεῖν ἃ χρῄζει.* Ceterum nullo sensu saepius usurpantur *αἰδεῖσθαι* et *αἰσχύνεσθαι*, quam de feminis virorum oculos fugientibus, ut nostro loco. Quo magis miror Marklandum et Musgravium *αἰτεῖσθαι* reponere in Iph. A. 992. Quem locum emendatiorem quam vulgo legitur hic apponam. Verba sunt Clytaemnestrae ad Achillem de Iphigenia. *Βούλει νιν ἱκέτιν σὸν περιπτύξαι γόνυ; Ἀπαρθένευτα μὲν τάδ'. εἰ δὲ σοὶ δοκεῖ, Ἔξεισιν, αἰδοῦς ὄμμ' ἔχουσ' ἐλεύθερον. Εἰ δ' ἡ παροῦσα ταὐτὰ τεύξομαι σέθεν, Μενέτω κατ' οἴκους. σεμνὰ*

γὰρ σεμνύνεται. Ὁμοῦ θ', ὅσον γε δυνατὸν, αἰδεῖσθαι χρεών.

45. Οἷσι πρεσβεύει γένος. *Aetate provectiores.* BRODAEUS. *Quibus sexus est praestantior.* PORTUS. *Quibus provectior est aetas.* BARNESIUS. Γένος nunquam aetatem significat. Verte, *Hyllus et fratres illi quorum genus principatum obtinet.* Hac scilicet designatione filii legitimi ex uxore legitima procreati nothis opponuntur. HEATHIUS. Nihil clarius quam hic intelligi adultos Herculis filios, saltem illos qui per aetatem negotia obire poterant: ut contra ii qui in Iolai tutela erant, ubique ut pueri commemorantur. Vide vv. 93. 174. 240. Legendum igitur γόνος, quod diversum sensum praebet. *Quorum natales priores sunt.* MUSGRAVIUS. Miror Musgravium non vidisse γόνος apud tragicos semper *prolem* significare. Etsi locum in promtu non habeo, ubi γένος *aetatem* significet, non dubito quin Brodaei interpretationem repudiata Porti versione recte revocarit Barnesius. Heathii interpretatio prorsus absurda est.

46. Ζητοῦσ', ὅπη γῆς tacite Barnesius. Ὅπου γῆς e G. recepit Musgravius. Mihi vero magis placuit ὅποι γῆς, subaudito scilicet ἐλθόντες. Ita noster Hec. 419. Οἴμοι, τί δράσω; ποῖ τελευτήσω βίον; Med. 1271. Οἴμοι, τί δράσω; ποῖ φύγω μητρὸς χέρας; Bacch. 184. Ποῖ δεῖ χορεύειν; ποῖ καθιστάναι πόδα; Herc. 74. Ὦ μῆτερ, αὐδᾷ, ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς; Cum nostro loco conferendus omnino Aristoph. Av. 44. Πλανώμεθα, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα, Ὅποι καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν. Ubi contra omnes fere libros ὅπου edidit Brunckius. Idem apud Soph. Oed. C. 23. ὅπου καθέσταμεν exhibet in textu, sed vulgatam scripturam ὅποι defendit in annotationibus, ubi allegare poterat ejusdem fabulae v. 1734.

49. Κήρυκα — Εὐρυσθέως. Cujus nomen in ipsa fabula nusquam legitur. Copreum eum appellat praeter alios Homerus Il. O. 638. ὁ δ' οἷον ἔτεφυε Μυκηναῖον Περιφήτην, Κοπρῆος φίλον υἱὸν, ὃς Εὐρυσθῆος ἀέθλων Ἀγγελίης οἴχνεσκε βίῃ Ἡρακλείῃ. Ubi vide Schol. minora a Brodaeo citata.

52. Χ' ὡ πέμψας σ' ἀνήρ tacite et praeter necessitatem Barnesius. Animadvertat lector, haec verba διὰ μέσου esse, ut verba ὅ τ' Ἄργει Σθενέλου τύραννος infra v. 361.

53. Ὡς πολλά μοι Reiskius. Ὅς πολλὰ δή P. E.

56. Legendum cum Tyrwhitto, deleta etiam interrogationis nota, κακῶς φρονῶν. MUSGRAVIUS. Ita κακῶς φρονοῦντες Med. 250. Interrogative, necne, accipiantur particulae ἤ που, parum aut nihil refert. Anglice verte, *I suppose.* Vide nostrum Hec. 775. Or. 435. 842. Phoen.

381. 1079. Alc. 197. Suppl. 153. 762. Iph. A. 670. Iph. T. 930. Bacch. 937. Hel. 581. 606. 797. 1481. Herc. 1173. El. 235. 630. Soph. Aj. 176. 882. 622. 850. 1008. 1229.

57. Ὅς πάροιθ' αἱρήσεται. *Qui fractas res tuas Eurysthei potentiae anteponat.* Brodaeus.

59. *Τί μοχθεῖς ταῦτ'; ἀνίστασθαί σε χρή.* Haec verba, ni fallor, διὰ μέσου pronuntiat Copreus, Iolao interea trepidante, et fortasse ad remotiorem arae partem fugiente. Vix opus est ut quemquam moneam, parentheseos notas ( ) nunquam in Aldina, raro in recentissimis editionibus adhiberi. Delevit eas Barnesius ad vv. 912. 914. quem solum hujus fabulae locum parentheseos notis inclusum exhibet ed. Genevensis, quam sua manu correctam typographo exprimendam dedit Barnesius. Ego vero has notas adhibui, ubicunque sententiam clariorem et faciliorem reddere videbantur. Exempli gratia, verba ὑμεῖς τε παισὶ v. 809. lunulis inclusa exhibui, ut sine meo monitu cerneret lector verbum προσέλθετε ad τέκνα referendum esse. Sed nunquam utiliores sunt hae notae, quam cum duo τε sibi respondentia, vel μὲν et δὲ, longiori intervallo separantur, interpositis aliis particulis, vel etiam, quod saepe fieri solet, integra sententia. Vide nostrae fabulae vv. 338. 912.

60. *Λεύσιμος δίκη. Lapidatio.* Vide Or. 442. 613. [Bacch. 356.] Musgravius. Levi mendo laborare videtur locus ex Oreste, quem ad hunc versum allegat Barnesius. V. 944. *Μόλις δ' ἔπεισε μὴ πετρουμένους θανεῖν Τλήμων Ὀρέστης.* Quae scriptura, ni fallor, significat reum difficulter judicibus persuasisse, ut ne ipsi lapidati morerentur. Lege, *πετρούμενος.*

64. Vim particularum οὔτοι—γε in hoc versu melius Anglice quam Latine explicare possum. *Surely you will not take us away by force.*

65. Mallem ἤσθα pro οἶσθα, aut ἴσθι et τάδ' ἄν. Reiskius. Priorem Reiskii conjecturam confirmant E. G. Permutantur ἤσθα et οἶσθα etiam in Iph. A. 325. 344. Iph. T. 592. Passim autem legitur ἦσθ' ἄρα pro ἦσθα. Noster Or. 1667. *Οὐ ψευδόμαντις ἦσθ' ἄρ', ἀλλ' ἐτήτυμος.* Iph. T. 1309. *Ἀλλ' ἔλεγον αἵδε (χἄμ' ἀπήλαυνον δόμων) Ὡς ἐκτὸς εἴης. σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα.* Sic enim legendum opinor.

67. *Ἄπαιρ'.* Hoc dicens, Iolaum violenter ab ara avellit et humi prosternit Copreus.

68. *Κομίζων* P. E. Sensus est, *κομίζων* [αὐτοὺς] *Εὐρυσθεῖ, οὗπέρ εἰσι* [δοῦλοι]. Ita fere noster El. 855. *ἔρχεται δέ σοι*

Κάρα 'πίδαξιν, οὐχὶ Γοργόνος, φέρων, 'Αλλ' ὃν στυγεῖς Αἰγισθον. Interpretare, ἀλλ' Αἰγίσθου, ὃν στυγεῖς. Quoties autem permutentur κομίζειν et νομίζειν, nihil attinet dicere. In versu ex Aeschyli Choëphoris, quem ad v. 110. citat Brodaeus, νομίζων male scripsit Brodaeus, cum recte apud tragicum legatur κομίζων.

69. Ὦ τὰς 'Αθήνας edd. recentiores. Vide Aristoph. Eq. 159.

70. Hesychius: 'Αγοραίου Διός. βωμὸς 'Αθήνῃσι. Verum, nisi alius fuit Marathone Jupiter 'Αγόραιος, necesse est ut sui oblitus sit poëta, qui scenam ibi constituit v. 81. Musgravius. Si ἀγορὰ Marathone fuit, veri simile est Jovis 'Αγοραίου aram ibi fuisse. Ad 'Ελέου aram Athenis supplices consedisse Herculis liberos auctor est Apollodorus, quem vide ad v. 860. [Herodotus V. 46. Οἱ γάρ μιν Σελινούσιοι ἐπαναστάντες ἀπέκτειναν καταφυγόντα ἐπὶ Διὸς ἀγοραίου βωμόν. Ex Addendis.]

71. Στέφη μιαίνεται. Vide ad v. 126.

[73—111. Vid. Seidler. de verss. dochmm. p. 331—335. Reisig. Coni. in Aristophan. I. p. 70. 71. G. D.]

75. Vera hujus loci scriptura unice Hesychio debetur, cujus glossa ita se habet: 'Αμαλόν. ἁπαλόν, ἀσθενῆ. Εὐριπίδης 'Ηρακλείδαις δηλοῖ. Quae verba primus, ni fallor, ad nostrum locum retulit Wesselingius Probabil. cap. 5. p. 38. ab Heathio indicatus. Retulerunt etiam Reiskius aliique. Τὸν γέροντα μέλεον conjecit Scaliger.

76. Χύμενον. Participium veteris aoristi, qui aliquoties apud Homerum legitur. Male ἐχύμην, ἐλύμην, ἐβλήμην, ἐλέγμην, et similia, ex praeterito plusquam perfecto per ἀφαίρεσιν nata esse statuunt grammatici. Tantum inter χύμενος et κεχυμένος interest, quantum inter θέμενος et τεθειμένος. Usurpat hoc participium etiam Aesch. Choëph. 399. Eum. 263. et fortasse noster Herc. 1052. ubi vulgo κεχυμένος.

77. Πίτνεις P. E. Πιτνῶ verbum circumflexum esse statuerunt grammatici, cujus aoristus esset ἔπιτνον. Hinc passim apud Euripidem reperias πιτνῶ, πιτνεῖς, πιτνεῖ, πιτνοῦσι, πιτνεῖν, πιτνῶν, πιτνῶν, πιτνοῦσα, πιτνοῦντες, πιτνόντες, et similia; nunquam πίτνω, πίτνεις, πίτνει, πίτνουσι, πίτνειν, πίτνων, πίτνουσα, πίτνοντες. Diversae sunt ejusdem verbi formae πίτνω et πίτνω, ut μένω et μίμνω. Veram scripturam ab Heathio propositam, celato Heathii nomine adoptavit Brunckius apud Soph. Oed. C. 1754. Ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι. Quod paullo ante in eadem fabula v. 1732. legitur, ἔπιτνε, praeteritum imperfectum est. Apud nostrum Supplic. 691. πιτνόντων participium esse praesentis temporis

ostendunt alia duo participia in eadem sententia, ἱκνουβισθέντων et λειπόντων. [Conf. Elmslei. ad Medeam p. 86. G. D.]

[Videntur haec movisse nonnullos, ut plane assentirentur. Nobis non satisfaciunt. Primo grammaticos vellemus citasset, qui de hoc verbo praeciperent. Magnum de eo verbo apud plerosque silentium est; nec mirum, quum non modo poeticum sit, sed ne ipsorum quidem poetarum alii, quam lyrici et tragici eo utantur. Habet Hesychius πιτνεῖ, Moschopulus περὶ σχεδῶν p. 86. πιτνῶ. Eustathius autem p. 1173, 52. memorat ἴχω, ἴσχω· ὀρέγω, ὀριγνῶ· μένω, μίμνω· γένω, γίγνω· πέτω, πίτνω καὶ πίπτω· ῥίπτω, ῥίπτω. Favorinus in v. πίπτω: πιτνῶ, τὸ πίπτω· Εὐριπίδης, αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πιτνεῖ. Scholiastes MS. Aeschyli ad Sept. c. Th. 765. ἐκ τοῦ πίπτω γίνεται ἄχρηστον ὄνομα πιπτὸν, ἀφαιρέσει δὲ τοῦ δευτέρου π, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν, ἤτοι προσπίπτον καὶ διαῤῥηγνύμενον. Qui nisi vehementer corruptus est, πιτνὸν pro adiectivo habuerit necesse est. Sed ex his omnibus nihil lucri. Deinde quae dicit vir doctissimus, pro auctoritate magis dicta sunt, quam argumentis fulta. Esto, quemadmodum μίμνω ad μένω, sic πίτνω se habere ad πέτω. Hoc enim, non πίπτω, commemorandum erat. Quid inde sequitur? Nihil aliud, quam non repugnare analogiam. Itaque certe hoc afferendum erat, quum plurima ad hanc analogiam formata sint verba, paucissima exstare, quae formam contractam habeant, ut ἱκνῶ, ἱκνοῦμαι. Ita saltem dubitationem de isto πιτνῶ auxisset. Porro quod affert, προσπίτνομεν ab Heathio et Brunckio apud Sophoclem repositum, id nihil probat. Controversum est enim, an debuerit reponi. Plane vero pro arbitrio dicit, in eadem Sophoclis fabula v. 1752. ἔπιτνε imperfectum esse. Nam requiritur ibi aoristus. Eodem aoristo usus est Pindarus, cui nuper eum in novissima editione Heyniana restituimus, Ol. II. 42. ubi miramur, Boeckhium imperfectum ἐπίτνει posuisse, quod alienum ab eo loco est. Quod porro ait Elmsleius in Supplicibus Euripidis v. 691. πιτνόντων praesentis participium esse, ex eo cognosci, quod alia duo in ea sententia sint participia praesentis, hoc argumentum nec per se ullam vim habet, quia non quod caetera verba tempus habeant, sed singula quod habere debeant, spectandum est: quis enim contendat, πίπτων καὶ κείμενος, ac non πεσὼν καὶ κείμενος dicendum esse? multo minus autem in isto loco illa praesentis participia quidquam probant. Verba haec sunt:

τί πρῶτον εἴπω; πότερα τὴν εἰς οὐρανὸν
κόνιν προσαντέλλουσαν ὡς πολλὴ παρῆν,
ἢ τοὺς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένους
ἱμᾶσιν, αἵματός τε φοινίου ῥοάς,
τῶν μὲν πιτνόντων, τῶν δὲ, θραυσθέντων δίφρων,
εἰς κρᾶτα πρὸς γῆν ἐκκυβιστώντων βίᾳ,
πρὸς ἁρμάτων τ' ἀγαῖσι λειπόντων βίον.

Intelligunt πιτνόντων de aurigis. At ita vix differunt, qui ἐκκυβιστῶντες βίᾳ dicuntur. Hi vero non videntur illi esse posse, quorum currus frangebantur: nam eversis potius curribus proni in caput volvuntur aurigae, quam confractis. Omninoque illud πιτνόντων de aurigis dictum nimis nudum est et languidum. Ex his intelligitur, ita esse interpungendum, τῶν μὲν, πιτνόντων, τῶν δὲ, θραυσθέντων δίφρων. Sic omnia recte apteque dicta sunt: *quum alii eversis curribus, alii confractis, illi proni in caput ruerent, hi curruum ruina laniarentur.* Itaque hic locus aperte aoristum, non praesens tuetur. Apparere ex his putamus, alio modo demonstrari debuisse, quod volebat, unice verum esse πίτνω: miramurque profecto tam imbecillis argumentis permotum esse virum praestantissimum, ut formam contractam ubique expellere conaretur. Periniqua vero fortuna accidit, ut plerique omnes loci nihil, quo dirimi res possit, praebeant. Afferamus potiores ex his. Apud Aeschylum in Persis v. 461. ed. Rob. τοξικῆς τ' ἀπὸ θώμιγγος ἰοὶ προσπίτνοντες ὤλλυσαν. Hoc loco uti Elmsleium conveniebat. Necessarium enim hic praesentis participium est, neo recte nos ad Herc. fur. 1371. aoristum tueri conati sumus. At nihil tamen hoc exemplo efficitur. Caeteri enim libri veteres προσπίπτοντες, Robortelli autem editio, quae Triclinii recensionem exhibere videtur, quid aliud, quam ut Triclinii illam esse correctionem credamus, faciet? Itaque nisi aliunde confirmabitur haec forma, potius προσπιτνοῦντες scribendum censebimus. In eadem fabula v. 690. οὔτ' ἐς γᾶν προπίτνοντες ἄρξονται nonnulli ediderunt. Libri veteres προσπίτνοντες, προσπίπτοντες, Vitebergensis προσπιτνῶντες. Est hic quoque praesentis participio opus: sed nihilo certiores nos reddunt libri. Dirimeret litem Sophocles Oed. Col. 1754. ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι, si id libri haberent, et quidem aut multi, aut boni. At omnes προσπίπτομέν σοι, ut in perpetua horum verborum commutatione eodem iure, quo illud posuit Brunckius, etiam προσπιτνοῦμέν σοι, scribere possimus. Etiam Aeschylus rem conficeret Sept. ad Theb. 764. κακῶν δ' ὥσπερ

θάλασσα πῦρ' ἄγει· τὸ μὲν πιτνὸν, ἄλλο δ' ἀείρει τρίχαλον, nisi hic, prouti interpungas et verba interpreteris, et praesentis participio et aoristi locus esset; praesentis, si *ἄγει*, commate apposito, cum participio conjungitur; aoristi, si, ut vulgo, colo distinguitur post *ἄγει*, ut sensus sit, *ἄλλου πιτνόντος ἄλλο ἀείρεται*, simili orationis forma, ut apud Sophoclem Oed. Col. 1454. *ἐπεὶ μὲν ἕτερα, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω.* Libri quidem constanter *πιτνόν*: in scholiis MSS. et hoc, et quod Brunckius dedit *πίτνον* legitur. Plane denique ad liquidum perducta res esset, si certa esset scriptura in Eurip. Heracl. 619. *ἀλλὰ σὺ μὴ προσπίτνει τὰ θεῶν ὕπερ.* Verum hoc edd. recentiores ab H. Stephano videntur accepisse, qui in Adnotatt. ad Soph. et Eurip. p. 168. ita in veteribus codd. scriptum ait. Aldina vero et aliae antiquae edd. *προσπιτνῶν* habent. Elmsleius audaci conjectura edidit, *ἀλλὰ σὺ μὴ προπίτνων τὰ θεῶν φέρε*, *erecto corpore atque animo* interpretatus. Non facile repertum iri putamus, quibus id persuadeat. Nec profecto opus erat, novam atque insolentem verbi significationem comminisci. Scribendum: *ἀλλὰ σὺ μὴ, προπιτνῶ, τὰ θεῶν ὕπο, μηδ' ὑπεράλγει φροντίδα λύπᾳ*: *at tu, oro, ne aut deorum decretis, aut cura tua nimis dole.* Respondent enim sibi *μὴ τὰ θεῶν ὕπο*, et *μηδὲ φροντίδα*. Utrumque indicaverat Iolaus v. 605. sqq. dolere se et propter oraculum, quod virginem immolare jussisset, et quod Macaria se immolandam offerret. Quod si praeter *ἔπιτνον* apud Pindarum et Sophoclem, et *πιτνὸν* apud Aeschylum (nam quod in Persis v. 506. ex conjectura quidam pro *πίπτον* posuerunt *ἔπιτνον*, factum est imperitissime) non exstant exempla alteram utram hujus verbi formam aperte tuentia; solum reliquum erat participium, cujus exempla Elmsleius afferre debebat omnia, ac videre an ubique praesenti locus esset. Atque quum aliquot loci sint, qui non dubie praesens habeant, plures autem, in quibus utrovis tempore uti licebat, tamen sunt etiam, qui flagitare aoristum videantur, ut Pindari Nem. V. 42. (76) Isthm. II. 26. (39) Aeschyli Choeph. 34. Sophoclis El. 453. Euripidis Hec. 274. Alcest. 181. Iphig. T. 48. Herc. fur. 853. Hi igitur loci non praetereundi, sed vindicanda iis praesentis significatio erat, si vincere vellet vir doctissimus. Praeterea vero etiam illud ostendere debebat, unde huic verbo perpetua illa fluctuatio inter *πιτνοῦντα, πιτνῶντα, πιτνόντα, πίτνοντα* venisset, quum nihil simile librariis in *μίμνω* et caeteris hujusmodi verbis acciderit. Quae si omnia reputasset, non dixisset,

opinamur, unice verum esse πίτνω. Sponte enim cadunt istae dubitationes omnes, si πιτνῶν praesentis, πιτνὼν aoristi participium esse statuimus. Et hoc quidem ut credamus, alteram aoristi, alteram praesentis formam propriam esse, ἔπιτνον illud vincit, quod ubi invenitur, apertissime aoristi significationem habet. Ex hoc ipso autem aoristo, qui quidem sane, ut multi aoristi secundi, origine nihil est nisi imperfectum verbi cujuspiam aut obsoleti, aut nunquam usurpati, recte colligitur, praesens esse πιτνῶ, πίτνω autem in verbis αὐθυποστάκτοις numerandum esse. Nec profecto magis hoc verbum πιτνῶ in dubitationem vocare debebimus, quam ἱκνοῦμαι, quod ipsum ad eamdem comparationem formatum, neque aoristum nec futurum habet. Hermann. in *the classical Journal* vol. XXXVIII. p. 284—287. *G. D.*]

81. Notam interrogationis post ὅδ' habent omnes edd. praeter Aldinam et Hervagianam primam. *Hiccine* omnes interpretes. "Οδ' nostro loco δεῦρο significare monui ad Marklandi Suppl. 21. (*Quarterly Review*, VII. p. 446.) Vide nostrae fabulae vv. 49. 119. 929. Plura dabit Blomfieldius ad Aesch. Prom. 977. (940. Stanl.) p. 182. ed. secundae.

Ibid. Atticae pars erat Tetrapolis, ex quatuor oppidis [δήμοις] constans, quorum unum erat Marathon. Strabo VIII. p. 383. [a Brodaeo allegatus:] Ξοῦθος δὲ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας, ᾤκισε τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς, Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον, καὶ Τρικόρυθον. Aristophanes Lys. 285. ad pugnam Marathoniam respiciens: Μή νυν ἔτ' ἐν Τετραπόλει τοὐμὸν τροπαῖον εἴη. Commemorat quoque Diodorus Siculus IV. 57. XII. 45. ut et Scholiastes Sophoclis ad Oed. C. 701. [a Brodaeo citatus:] Λακεδαιμόνιοι τὴν λοιπὴν γῆν δῃοῦντες, τῆς μὲν Τετραπόλεως ἀπέσχοντο διὰ τοὺς Ἡρακλείδας, τῶν δὲ μορίων, διὰ τὰς ἀράς. Musgravius.

[81. Σὺ δ' ἐκ Tyrwhittus in not. MS. in *the class. Journ.* vol. XVI. p. 392. *G. D.*]

82. 83. Ἢ πέραθεν minus recte Barnesius. Superiora verba de regionibus accipienda sunt, ex quibus terrestri itinere in Atticam veniendum erat. Sensus igitur est, *Terra marine huc advenistis?*

84. Κατέσχετ'. *Huc appulistis.* Brodaeus. Vide Cycl. 222. Hel. 1222. Metro convenientius esset κατέχετ', quod reponit Hermannus de Metris p. 245. Sed vereor ut quisquam κατέχετε hac significatione unquam dixerit. Κατέσχετε tragicum dicturum fuisse arbitror, si verbum prae-

sentis temporis postulasset sententia. *Νῆα κατασχέμεναι* Homerus Od. *Λ.* 455. *Κατίσχει τὰς νῆας* Herodotus VIII. 40. Futurum, ni fallor, fuit *κατασχήσω*, non *καθέξω*. [*Κατίσχουσιν* Thucydides VII. 33. *κατασχήσουσιν* IV. 42. *Ex Addendis.*]

Ibid. Euboeam reliquisse eos conjicit, utpote Marathoni vicinam. Musgravius. Herodotus VI. 102. *Ἦν γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐνιππεῦσαι, καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης.* Ceterum *Εὐβοῶδ'* pro *Εὐβοΐδ'* scripsi. [Seidler. ad Eurip. Electr. 440. *Εὐβοΐδ'*. *G. D.*] *Εὐβωῒς* per *Ω* dixisse veteres Atticos plus uno argumento demonstrari potest. Primum, feminina in *ΙΣ* desinentia, nunquam brevem vocalem ante terminationem adsciscunt. Verbi caussa, non *Νηρεῒς*, sed *Νηρηῒς* dicimus. Deinde *Εὐβωῒς* aliquoties metro necessarium est. Soph. Trach. 237. *Ἀκτή τις ἔστ' Εὐβωῒς, ἔνθ' ὁρίζεται.* Ibid. 401. *Εὐβωῒς. ὧν δ' ἔβλαστεν, οὐκ ἔχω λέγειν.* Vulgo quidem utrobique legitur *Εὐβοΐς*. Sed diphthongum cujus subjunctiva vocalis sit I, alteri I nunquam praemittere Atticos, omnibus satis notum est. [Conf. Elmslei. ad Acharn. 883. Lobeck. ad Phrynich. p. 40. *G. D.*] Nostro loco adhibetur crasis, adhibenda quoque in Ion. 60. El. 442. Rhadam. fr. 1. Sic etiam Soph. Trach. 74. et Ion Chius apud Strabonem I. p. 60. Plura hujus vocis exempla apud Atticos poëtas non reperi. *Εὐβοϊκὸς* per *Ο* habet noster Hel. 773. *Τὰ Ναυπλίου τ' Εὐβοϊκὰ πυρπολήματα.* Hoc ab *Εὐβοεὺς* fit. Nam ab *Εὐβοιεὺς* fieret *Εὐβωϊκὸς*, ut a *στοιὰ στωϊκός*. Photius: *Εὐβοιεῖς, οὐκ Εὐβοεῖς.* Opinor veteres utrumque dixisse. [Adde Aeschylum apud Strabonem X. p. 447. *Ex Addendis.*]

85. Incertus Rhes. 701. *Ἣ νησιώτην σποράδα κέκτηται βίον.*

87. 88. *Ὠνόμαζεν λεώς* P. E. Noster Iph. A. 281. *Οὓς Ἐπειοὺς ὠνόμαζε πᾶς λεώς.*

89. *Ἴστε που.* *Nostis fortasse.* Brodaeus. Minus recte interrogative Portus aliique omnes. Vide ad Marklandi Supplic. 116.

91. Ego *τοῦ ποτε* malim. *Cujusnam rei gratia.* Brodaeus, *Cujus viri* recte H. Stephanus. *Τοῦ ποτ' ἂν* edd. recentiores. Ego praepositionem in sequentem versum rejeci.

92. 93. Haec verba tacite in senarium redegit Barnesius, *Χερὶ σᾷ κομίζεις νεοτρεφεῖς κόρους, φράσον.* Quem secutus est Musgravius. De anapaesto *χερὶ σᾷ* vide ad v. 1014. Versus 92. meae ed. constat ex dipodia iambica et syzygia dochmiaca. Sic etiam vv. 82. 103. Aesch. Suppl. 746. *Παροίχομαι, πάτερ, δείματι.*

96. Ab hoc versu antistrophum incipere censet Hermannus

de Metris p. 245. Si haec antistrophica sunt, nihil est in stropha quod versui 99. nihil in antistropho quod versibus 91—95. respondeat. Non male post versum 77. collocaretur versus 72. Sed hae sunt merae conjecturae.

Ibid. Τί χρέος; *Quid rei est?* Nos, *What is the matter?* Quo sensu usitatius est, Τί χρῆμα; Vide ad v. 646. Sequentia verba vertunt interpretes, tamquam si pro ἤ legatur ᾖ. Sed recte se habet ἤ. Sensus est, *Nisi caussam adventus tui potius civitatis magistratibus quam nobis aperiendam censes.* Confer Coprei verba infra v. 117. Πόλεος de meo dedi, ἕνεκε ex emendatione Hermanni.

97. Canterus et Scaliger μελόμενοι legunt. Quum autem Attice μελομένῳ pro μελόμενοι scribi potest, nihil muto. Barnesius. Μελόμενοι recte Musgravius, nulla Barnesiani Atticismi habita ratione.

98. 99. Vide ad v. 222.

103. Χειρὶ edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam.

104. Ἀπολείπειν. *Despicere, contemnere.* Brodaeus. Ἀπολέπειν, *decorticare*, hoc est, ἀποσυλᾶν, *vi denudare suis supplicibus insessoribus.* Reiskius. Biodaei interpretationem cum vulgata scriptura conciliare nequeo. Reiskii conjecturam, qua nullam unquam ῥειςκιωδεστέραν vidi, Hermanno placuisse miror. Heathius vocativum ξένε et pronomen σ' ad Iolaum pertinere censet. Musgravius ἀπολείπειν σφ' ἔδη conjicit. Manifestum est, metro convenientius esse ἀπολιπεῖν quam ἀπολείπειν. Sed cum censeam poëtam neque ἀπολείπειν neque ἀπολιπεῖν scripsisse, vulgatam scripturam non muto. [ἀπολιπεῖν, Seidlero ad Troad. p. 26. praeeunte, dedit Matthiae. *G. D.*]

106. Τῆσδε P. E. Quae mutatio, ni fallor, vim aliquam sententiae addit, quasi dicat Copreus, Ἔκπεμπε γῆς τῆσδε τοὺς αὐτῇ μὴ προσήκοντας. Nullae fere voces toties in vulgatis libris permutantur, quam pronomis ὅδε casus. Exempla haud pauca in hac ipsa fabula reperiet lector. Quibus duo addam nostro loco simillima. Soph. Oed. C. 785. πόλις δέ σοι (malim, πόλις δὲ σὴ) Κακῶν ἄνατος τῆσδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός. Τῶνδ' libri omnes ante Brunckium. Eurip. Hippol. 1153. Ποῖ γῆς ἄνακτα τῆσδε Θησέα μολὼν Εὕροιμ' ἄν. Τόνδε cod. Flor. apud Valckenarium.

108. Ἱκεσίαν, quod Barnesius non intellexisse videtur, ab ἱκέσιος adjectivo est, cujus exemplum vide infra v. 518. Musgravius. Major difficultas in verbis μεθεῖναι πόλει. Omnes interpretes ἄθεον cum πόλει conjungunt, verten-

tes, *Impium* est *civitatem negligere supplicem hospitum supplicationem.* Quasi vero *μεθεῖναι negligere* significet. Scilicet *μεθεῖναι* et *παρεῖναι* confundunt. *Μεθεῖναι πόλει*, ni magnopere fallor, nihil aliud significare potest quam *dedere* aut *tradere civitati*, Argivae scilicet sive Mycenaeae. Sed vehementer suspicor poëtam scripsisse *μεθεῖναι πάλιν* aut *μεθεῖναί τινι*, scriptorem autem codicis e quo nata sunt vulgata exemplaria, literarum compendio deceptum esse. Priori scripturae accedit auctoritas ex Aesch. Suppl. 344. *ΒΑ. Πῶς οὖν πρὸς ὑμᾶς εὐσεβὴς ἐγὼ πέλω; ΧΟ. Αἰτοῦσι μὴ 'κδῷς παισὶν Αἰγύπτου πάλιν. Πόλει* pro *πάλιν* habent edd. omnes praeter nuperam Gaisfordii apud Eurip. Suppl. 460. Sed nostro loco nihilo deterius esset *μεθεῖναί τινι*. Noster Med. 728. *Μενεῖς ἄσυλος, κοὔ σε μὴ μεθῶ τινι.* Ita Lascaris et codd. plerique. *Μεθῶ ποτε* Aldus. Permutantur *ποτὲ* et *πόλει* in Phoen. 249. [*Ἄθεον, ἱκεσίαν μεθεῖναι πόλει | ξένων προστροπάν.* Multa de his verbis dixi, quae hodie indicta velim. Serius animadverti veram scripturam esse *Ἄθεον—πέλει.* Elmsleius ad Medeam 719. p. 188. *G. D.*]

109. Malim, si divinare liceat, *προστρόπων* vel *προστροπάν.* Canterus. *Προστροπὰν* primus edidit Musgravius. Aesch. Choëph. 18. *Πυλάδη, σταθῶμεν ἐκποδὼν, ὡς ἂν σαφῶς Μάθω, γυναικῶν ἥτις ἥδε προστροπή.*

110. 111. Haec leguntur apud Stobaeum LVIII. p. 374. ubi ante Grotium vulgo legebatur, *Καλὸν δ' ἔξω.*

[111. *Εὐβουλίας—τῆς ἀμείνονος.* Exspectasses, *γνώμης τῆς ἀμείνονος*, vel *τῆς ἀμείνονος* sine substantivo. Herodotus VII. 16. *Ἐπειδὴ τέτραψαι ἐπὶ τὴν ἀμείνω.* Quo sensu *πρὸς τὸ κέρδιστον τραπεὶς γνώμης* dixit Soph. Aj. 743. *Ex Addendis.*]

110. Huic simile adagium a Zenobio profertur III. 62. *Ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις. ἐπὶ τῶν ἔξω κινδύνου καθεστώτων.* Aeschylus Choëph. 695. *Ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα.* Idem Prom. 263. *Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς Πράσσοντας.* [Eurip. Hippol. 1293. *Πήματος ἔξω πόδα τοῦδ' ἀνέχεις.*] Brodaeus.

114. *Θεῶν ἀφέλκειν.* Interpretare, *βωμῶν ἀφέλκειν.* Sic infra v. 441. dicitur, *τίς γὰρ ἄστεπτος θεῶν*, pro *τίνος θεοῦ βωμὸς ἄστεπτος.* Nostro loco non male legeretur, mutato duorum vocabulorum ordine, *ἀλλὰ μὴ βίᾳ θεῶν ξένους ἀφέλκειν.* Quicquid enim impie et spreta deorum religione fit, *βίᾳ θεῶν* fieri dicunt tragici. Exempla passim occurrunt.

Ibid. *Γῆν σέβοντ'* (*σέβειν τ'* S.) *ἐλευθέραν* edd. recentiores.

117. In MS. G. deest Coprei persona. Musgravius.

119. Noster Hec. 216. Καὶ μὴν Ὀδυσσεὺς ἔρχεται σπουδῇ ποδός. Hac significatione saepissime usurpantur particulae καὶ μήν. Ita Hec. 665. Καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει δόμων ἄπο. Or. 348. Καὶ μὴν βασιλεὺς ὅδε δὴ στείχει Μενέλαος ἄναξ. Ibid. 456. Καὶ μὴν γέροντι δεῦρ' ἁμιλλᾶται ποδὶ Ὁ Σπαρτιάτης Τυνδάρεως. Ita passim ante adventum novae personae. Observatione dignum est, post particulas καὶ μὴν hac significatione adhibitas nunquam una alterave voce interposita induci γε, quod in diversa significatione plerumque post eas collocatur, ut mox v. 131.

123. Mediam formam ἀθροίζεται alibi non reperi. Compositum ἐξαθροίζεται habet noster Phoen. 1176. De spiritu dixi ad Aristoph. Ach. 26.

125. Βωμὸν καταστέψαντες. Prosae orationis scriptor dixisset, ἱκετηρίας θέντες, *ramis supplicibus in aram depositis*. Andocides de Mysteriis p. 54. ed. Reisk. Κατηγόρησαν δὲ μου καὶ περὶ τῆς ἱκετηρίας, ὡς καταθείην ἐγὼ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. νόμος δὲ ἦν πάτριος, ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυστηρίοις, τεθνάναι. Et paullo post: Ἀναστὰς Καλλίας ὁ Ἱππονίκου τὴν σκευὴν ἔχων, λέγει, ὅτι ἱκετηρία κεῖται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ. Audiendus Brunckius ad Soph. Oed. T. 3. Ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι. *Non coronis erant redimiti, sed manibus ferebant ramos oleae lana obvolutos.* Brunckii interpretationem non ex omni parte veram esse ostendit ejusdem fabulae v. 143. ubi consurgere de sedibus jubentur supplices, ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους, *tollentes supplices ramos*, quos super aram, cui assedebant, deposuerant. Ita accipio Aeschyli locum Suppl. 249. Κλάδοι γε μὲν δὴ, κατὰ νόμους ἀφικτόρων, Κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις. Confer etiam v. 940. Κλάδους τε τούτους αἰψ' ἐν ἀγκάλαις λαβὼν, Βωμοὺς ἐπ' ἄλλους δαιμόνων ἐγχωρίων θές.

130. Ὥστε μ' ἐκβαλεῖν δάκρυ Reiskius [et Lobeck. in libello de apostropho p. 83. *G. D.*]. Vide Hec. 298. Iph. A. 451. 477. Hel. 1563. Ion. 924. Aeoli fr. 21.

131. De feminino Ἕλλην fuse disputavi ad Marklandi Iph. T. 340. [*Quarterly Review*, XIV. *G. D.*] ubi eam nostri loci scripturam proposui, quam in textum nunc recipio. Quod ibi monui, et exemplis nonnullis confirmare conatus sum, Ἕλληνα tam ad στολὴν quam ad ῥυθμὸν pertinere, longe majori exemplorum numero, si opus esset, stabilire possem. Vide nostrae fabulae vv. 159 324. 892. Cum primo loco conferendus noster Med. 1366. Ἀλλ' ὕβρις, οἵ τε σοὶ νεοδμῆτες γάμοι. Ubi scripturam a Brunckio propositam, Ἀλλ' ὕβρις ἡ σὴ, χοἱ νεοδμῆτες γάμοι, minime necessariam recte censet Porsonus. Sequentia in tironum gratiam subjicio. Aesch. Theb. 74. Ἐλευθέραν

δὲ γῆν τε καὶ Κάδμου πόλιν. Eurip. Phoen. 291. Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάρας. Ion. 1275. Ἀλλ᾽ οὔτε βωμὸς, οὔτ᾽ Ἀπόλλωνος δόμος Σώσει σ᾽. Incertus Rhes. 302. Ἑστῶτ᾽ ἐν ἵπποις, Θρῃκίοις τ᾽ ὀχήμασι. Sed nostro loco nihil sententiae deesset, etiamsi Ἕλληνα prorsus abesset, quippe quod e contrario βαρβάρου suppleri posset. Ita noster Iph. A. 23. Γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον. Γλυκὺ μὲν ἀπὸν scilicet. Hec. 60. Ἄγετ᾽ ὀρθοῦσαι τὴν ὁμόδουλον [νῦν], Τρῳάδες, ὑμῖν, πρόσθε δ᾽ ἄνασσαν. Ubi νῦν ejiciunt viri docti. Hippol. 1042. Εἰ γὰρ σὺ μὲν [ἐμὸς] παῖς ἦσθ᾽, ἐγὼ δὲ σὸς πατήρ.

[131. Femininum Ἕλλην agnoscit Atticista Anonymus, cujus lexici specimen edidit Montifalconius Biblioth. Coislin. pp 481—484. [in Bekkeri Anecdotis p. 97. G. D.] Ἕλλην γυνή. Φιλήμων Παιδαρίῳ. Ἑλλὰς ὁ ἀνήρ. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ. Quas glossas, aliasque nonnullas suo loco proferendas, non e Montifalconii libro, sed ex integri operis exemplari apud Car. Burneium virum doctissimum descripsi. Glossa posterior, quam in indicem Sophocleum retulit Brunckius, emendationi meae non adversatur. Multum enim interest inter masculinum Ἑλλὰς et femininum Ἕλλην. Altera magis ad rem esset, si pro Philemone infimae aetatis comico, tragici alicujus, vel etiam comici veteris et probati, testimonium attulisset grammaticus. Sequentia annotationi meae adjiciantur. Noster Or. 406. Πυλάδης, ὁ συνδρῶν αἷμα καὶ μητρὸς φόνον. Tro. 1209. Ὦ τέκνον, οὐχ ἵπποισι νικήσαντά σε, Οὐδ᾽ ἥλικας τόξοισιν, κ. τ. ἑ. Huc etiam referenda sunt loca de quibus dixit Porsonus ad Hec. 28. (ubi adde Soph. El. 752.) 370. necnon ea, quorum maximus est numerus, in quibus praepositio in secundo sententiae membro collocatur. Ita noster Heracl. 755. Μέλλω τᾶς πατριώτιδος γᾶς, Μέλλω περὶ τῶν δόμων. Sed magis observatione digna sunt loca, in quibus supplendum sit vocabulum contrariae significationis. Exemplis in annotatione mea allatis adde Eurip. Or. 740. Οὐκ ἐκεῖνος [ἐκείνην], ἀλλ᾽ ἐκείνη κεῖνον ἐνθάδ᾽ ἤγαγεν. Suppl. 528. Εἰ γάρ τι καὶ πεπόνθατ᾽ Ἀργείων ὕπο, Τεθνᾶσιν. ἠμύνασθε πολεμίους καλῶς [μὲν ὑμῖν], Αἰσχρῶς δ᾽ ἐκείνοις. El. 930. Πᾶσιν δ᾽ ἐν Ἀργείοισιν ἤκουες τάδε, Ὁ τῆς γυναικὸς [ἀνήρ], οὐχὶ τἀνδρὸς ἡ γυνή. Frustra igitur in Hippolyti versu conjicit Marklandus, Εἰ γὰρ σὺ μοῦ παῖς ἦσθ᾽, ἐγὼ δὲ σὸς πατήρ. *Ex Addendis.*]

[132. Τὰ δ᾽ ἄλλα] Praestat fortasse ἔργα, quod reperi in tribus codd. Elmsleius ad Medeam 88. p. 95. G. D.]

[*Ibid.* *Χερὸς*] Hodie malim *χειρὸς*, et *χεῖρας* v. 219. Elmsleius l. l. *G. D.*]

[133. *Φάζειν* ex Hervagiana prima edd. nonnullae. *Ex Addendis.*]

[135. Soph. Phil. 233. *Ἕλληνές ἐσμεν. τοῦτο γὰρ βούλει μαθεῖν.* *Ex Addendis.*]

136. *Καὶ παρ' οὖ, λέγειν θέλω.* Ita primum Canterus. [Imo, Brubachius.] Confirmat tamen MS. E. in margine simul aliam lectionem praebens, nempe, *κἄνπερ οὐ λέγεις, θέλω.* Unde facias non absurde, *κἄνπερ οὐ θέλῃς, λέγω.* Musgravius. Quasi Graecum sit *ἐὰν οὐ θέλῃς.* Haec verba ita exhibet Brodaeus, *καίπερ οὐ (θέλεις μαθεῖν) λέγειν θέλω.* Is igitur in exemplari suo *θέλω* reperit. [Pro vocabulo *Brubachius* repone *Stiblinus*. Brubachiana enim cum Aldina consentit; nisi quod post *καίπερ οὐ* notam interrogationis habet, cujus loco minimam distinctionem habent Hervagiana secunda et tertia. *Ex Addendis.*]

138. *Ὦ ξένε.* Arroganter pro *ὦ ἄναξ.* Musgravius.

139. Hesychius: *Ὁμαρτῇ. ὁμοῦ.* Vide Hec. 839. Hippol. 1195. Utrobique *ὁμαρτῇ* Aldus, rectius quam nostro loco *ὁμαρτῆ.*

141. *Ἐκ γῆς ἐμαυτοῦ* P. E. Vide ad Marklandi Suppl. 469. Hodie vulgatam nostri loci scripturam intactam velim. [*Ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ.* Herodotus III. 156. *Ἀπιγμένου δὲ ἤδη τρίτου ἐς τὴν ἐσφορὴν, ὁ Ἀριστοφιλίδης ἔλυσε τοὺς Πέρσας.* VIII. 34. *Τὸ μὲν πλεῖστον καὶ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ—ἐσέβαλε ἐς Βοιωτοὺς, ἐς τὴν τῶν Ὀρχομενίων.* Ita recte edd. ante Wesselingium. VIII. 73. *Ἓν δὲ ἔθνος τὸ Ἀχαϊκὸν, ἐκ μὲν Πελοποννήσου οὐκ ἐξεχώρησε, ἐκ μέντοι τῆς ἑωυτῶν.* IX. 27. *Ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμεν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι.* *Ex Addendis.*]

Ibid. *Δραπέτας τούτους.* Hoc [cum Reiskio] malui, potius quam Barnesii [tacitam emendationem] *τούσδε δραπέτας.* Musgravius. Utraque emendatio satis bona est, nec facile dixeris utra sit melior. Nam saepissime et per omnes casus permutantur pronomina *ὅδε* et *οὗτος*, saepissime etiam mutatur vocabulorum ordo. Utriusque vitii in eodem versiculo exemplum praebet Stobaeus, quem infra ad v. 298. allegabo. Cum in re dubia plus Musgravio quam Barnesio tribuam, Reiskii emendationem adoptavi, cui nonnihil auctoritatis accedit ex Hippol. 723. *Θανεῖν. ὅπως δ', ἐγὼ τοῦτο βουλεύσομαι.* †Ita edd. omnes ante Barnesium, qui *τοῦτ' ἐγὼ* edidit ex emendatione Canteri, consentientibus codd. Malim *θανεῖν γ'* in initio versus. [*Τούσδε δραπέτας.* Hanc scripturam,

quam Scaligero tribuere debebat Barnesius, hodie in textum admittendam censeo *). *Ex Addendis.*]

142. *Ἐκεῖθεν* pro *ἐκεῖ*. Ita Aesch. Suppl. 395. *Δεῖ τοί σε φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν.*

143. *Δίκαιοι δ' ἐσμέν.* Vide ad vv. 775. 776.

144. *Αὐτοὶ κατ' αὐτῶν* P. E. In his locutionibus fluctuant libri inter scripturam quam nostro loco ejeci, et eam quam reposui. Apud Aesch. Theb. 200. plerique libri habent, *Αὐτοὶ δ' ὑφ' αὐτῶν ἔνδοθεν πορθούμεθα*, nonnulli *Αὐτοὶ δ' ὑπ' αὐτῶν.* In Choëph. 219. omnes, quantum scio, *Αὐτὸς κατ' αὐτοῦ γ' ἄρα* (malim *τἄρα*) *μηχανορραφῶ.* Vide Soph. Oed. T. 138. Oed. C. 853. 930. 1356. Trach. 451. Aj. 1132. El. 285. In his omnibus Aldinam scripturam mutatam velim, quam in Oedipo Tyranno mutavi. Persuasum enim habeo Sophoclem et Euripidem nunquam *αὑτὸν* et similia de prima aut secunda persona usurpasse. Solus fere locus, qui speciem aliquam habeat, in Bacchis occurrit. V. 720. *σὺ δ' ἡμῖν λέγειν Ἔδοξε. θάμνων δ' ἐλλοχίζομεν φόβαις, Κρύψαντες αὐτούς.* Fortasse scribendum, *Κρύψαντες αὑτὰς*, eadem significatione qua *κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων* dixit noster Hec. 570. Nostro loco verba *αὐτοὶ κατ' αὐτῶν* vim habent verborum *καθ' ἡμῶν αὐτῶν.*

145. *Πολλῶν δὲ κάλλιον.* Notae sunt locutiones *πολλοὶ καὶ ἄλλοι, πολλὰ καὶ δεινὰ, πολλὰ καὶ κακὰ*, et similes, in quibus *καὶ* nihil sententiae addit. Noster Suppl. 587. *Πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους.*

146. Magna varietas in scriptura hujus versiculi. *Ἐν τοῖσιν δ' αὐτοῖς τοῖσιν* contra metrum Hervagius ed. prima et sequentes ante Canterum. *Ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοῖσιν* Canterus et sequentes ante Barnesium. *Ἐν τοῖσιδ' αὐτοῖς τοῖσιν* Barnesius et Musgravius. Omnes male. Quod edidi, a Cantero in annotationibus propositum erat. Ita Soph. Ant. 1076. *Ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοῖσδε ληφθῆναι κακοῖς.* [Vocabulum *Canterus* in hac annotatione ed. Canterianam significat. Sic etiam ad v. 244. 316. 678. 679. Alibi ubique annotationes et conjecturas ejus. *Ex Addendis.*]

147. Constructio est, *οὐδεὶς ἐτόλμησε προσθέσθαι* [*αὐτοὺς,*] *ἴδια κακά.* Musgravius. Male. Thucyd. I. 78. *Καὶ μὴ ἀλλοτρίαις γνώμαις καὶ ἐγκλήμασι πεισθέντες, οἰκεῖον πόνον προσθῆσθε.* [*Ἴδια* et *οἰκεῖα* confudit poeta, quae proprie tantum inter sese differunt quantum *κοινὰ* et *ἀλλότρια.* *Ex Addendis.*]

[*) Reposui, jubente Elmsleio in Corrigendis. *G. D.*]

148. Optime Reiskius et Tyrwhittus, ἀλλ' ἤ τιν'. Musgravius. Vide ad v. 426. Ἀλλ' ἤ τιν' P. E.

Ibid. Εἰς σὲ pro ἐν σοί. Musgravius. Imo, Ἀλλ' ἤ μωρίαν τινὰ ἐσκεμμένοι [ἐν σοὶ] δεῦρ' ἦλθον εἰς σέ. Obiter moneo, Atticos nunquam dicere σκέπτομαι, sed semper σκοπῶ aut σκοποῦμαι. Contra nunquam dicunt σκοπήσω aut σκοπήσομαι, sed semper σκέψομαι. Sic etiam ἐσκεψάμην et ἔσκεμμαι [Προύσκεπτο pro προυσκέπτετο restituendum Thucydidi VIII. 66. *Ex Addendis.*]

149. Distinguendum [cum Heathio], Δεῦρ' ἦλθον, ἐς κίνδυνον ἐξ ἀμηχάνων Ῥιπτοῦντες. Ῥιπτοῦντες ἐς κίνδυνον, ut ῥίψαι ἐς ἀλμὴν Cycl. 165. Vide et Hel. 1341. [Ῥίπτει δ' ἐν πένθει Πέτρινα κατὰ δρία πολυνιφέα.] Musgravius. Adde Iph. A. 757. Τὰν Κασάνδραν ἵν' ἀκούω Ῥίπτειν, ξανθοὺς πλοκάμους Χλωροκόμῳ στεφάνῳ δάφνας Κοσμηθεῖσαν. Ita interpungendum. Sed haec loca nihil ad rem sunt. Non enim dicitur ῥίπτειν εἰς κίνδυνον, sed ῥίπτειν (vel ἀναῤῥίπτειν) κίνδυνον. Photius: Κίνδυνον ἀναῤῥίψαι λέγουσι, μεταφέροντες ἀπὸ τῶν κύβων. Nos, *To run a risk.* Noster Inone fr. 6. Νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν Ῥίπτοντες. Incertus Rhes. 154. a Brodaeo citatus: Ἐγὼ πρὸ γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω Ῥίψας, κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν. Herodotus VII. 50. Νῦν δὲ κινδύνους ἀναῤῥιπτέοντες, ἐς τοῦτό σφεα προηγάγοντο. Thucydides IV. 85. Κίνδυνόν τε τοσόνδε ἀνεῤῥίψαμεν. Ibid. 95. Τοσόνδε κίνδυνον ἀναῤῥιπτοῦμεν. Ita passim. Nostro igitur loco pro ἐς κίνδυνον dedi ἢ κίνδυνον. Versus 148—150. ita interpretare, *Sed vel aliqua tua stultitia observata huc ad te venerunt, vel periculum in rebus desperatis facientes, an auxilium sibi laturus esses, necne.* Verba ἐξ ἀμηχάνων leguntur etiam in El. 624.

150. Ῥίπτοντες P. E. Mihi quidem ῥιπτοῦντες non magis tragicum videtur quam πιτνοῦντες. In Herc. 941. edidit Aldus, Ἐκχεῖτε πηγὰς, ῥιπτεῖτ' ἐκ χερῶν κανᾶ.

152. Ἧς ἐπῆλθον P. E. Noster Med. 296. Χωρὶς γὰρ ἄλλης, ἧς ἔχουσιν, ἀργίας. Soph. El. 763. Μέγιστα πάντων, ὧν ὄπωπ' ἐγὼ, κακῶν. [Ἣν hodie aut non omnino, aut aliquanto timidius sollicitarem. Elmsleius ad Medeam 291. p. 132. G. D.]

153. Ἀβούλους ξυμφοράς. Ξυμφορὰς ἀμηχάνους eodem sensu dixit poëta Med. 552. Ἄπορα πράγματα dicunt comici. *Inconsultas calamitates* minus recte Portus.

Ibid. Κατοικτίσειν edd. recentiores ex emendatione Brodaei. Sic etiam Stiblinus in margine, et pro varia lectione E. G. Κατοικτιεῖν P. E.

154. Τόνδε τ' Reiskius.

159. Non male legeretur, *τὰ τοῦδ' οἰκτίσματα*. Iolai scilicet, cui soli convenit sermonum mentio. Sed nihil obstat quo minus plurale *τῶνδ'* ad unum referatur. Sic infra v. 995. verba *ἐμοὺς ἐχθροὺς* de solo Hercule accipienda sunt.

161. *Μὴ γάρ.* *Cave enim putes.* Brodaeus. Scilicet *νομίσῃς* aut aliquid ejusmodi subaudiri arbitrabatur. Vide ad v. sequentem.

162. *Δόξης ἀγῶνα.* *Gloriae certamen.* Portus. *Δόξῃς, putes,* primus reposuit Barnesius.

Ibid. *Ἄτερ χαλυβικοῦ.* *Sine praelio.* Brodaeus. *Σιδήρου* subaudiri monet Musgravius, qui comparat locutionem apud veteres comicos nostrates usitatissimam, *a Toledo*. Addere potuit, apud nostrum El. 819. Doricum cultrum *Δωρίδα* omisso *μάχαιραν* appellari. Nostro loco *χαλυβδικοῦ* primus edidit Barnesius. Hesychius: *Χαλυβδική.* [*χώρα*] *τῆς Σκυθίας, ὅπου σιδήρου μέταλλα.* Stephanus Byz. v. *Χάλυβες: λέγεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ δ Χαλυβδικὸς τὸ κτητικόν. Λυκόφρων* [v. 1109.], *Χαλυβδικῷ κνώδοντι. καὶ ἡ χώρα Χαλυβδικὴ λέγεται.* Ipsa gens promiscue *Χάλυβες* et *Χάλυβοι* a tragicis dicitur. Vide Aesch. Prom. 133. 714. Theb. 734. Eurip. Alc. 983. Cretensibus fr. 2. In Alcestide *Χαλύβεσσι* pro *Χαλύβοισι* tacite dedit Barnesius. In altero Euripidis loco *Χαλύβων πελέκει* pro *Χαλύβῳ πελέκει* Bentleius Epist. ad Millium p. 25. Siquid mutandum est, malim in Promethei v. 714. *Οἰκοῦσι Χάλυβοι, τοὺς φυλάξασθαί σε χρή.* [*Χάλυβος* subaudito *ξίφους* Soph. Trach. 1262. *Ex Addendis.*] [„*Ferrum* non magis *Χαλυβικὸς* dici potuit quam *Σκυθικὸς*, nisi voce *σίδηρος*, vel *ξένος*, aut adjecta, vel e vicinia facile supplenda; neque *ferrum* aut ab aliis, aut ab Aeschylo, *Χάλυβος* fuit dictum: non intellectum, obversabatur Spanhemio (ad Callim. hymn. in Dian. v. 60.) quod legerat in Aeschylo Sept. c. Th. v. 784,

Χάλυβος Σκυθῶν ἄποικος.

quem illic *balbutire* scribit Pauwius, mihi, vir in suo genere maximus et Graece perdoctus, Henr. Stephanus optime videtur emendasse atque ad linguae regulam,

Χάλυψ ὁ Σκυθῶν ἄποικος.

illic Scholiasta scripserat, (non, quod vulgatur, *Χαλυβαϊκὸν*,) *τὸν Χαλυβδικὸν καὶ Σκυθικὸν σίδηρον*. et haec vox ex orationis complexu forte subintelligi posset in Euripidis Heraclid. v. 162,

μὴ γὰρ, ὡς μεθήσομεν
δόξῃς ἀγῶνα τόνδ' ἄτερ Χαλυβδικοῦ.

Δόξῃς cum Barnesio scripsit Musgravius, qui in *Χαλυβδικοῦ* supplendum censet *σιδήρου*, atque in hac ellipsi sibi videbatur, quod nollem, aliquid *Comicae* deprehendisse

dicacitatis; hanc, ut indignam gravitate Tragoediae, scenicique Philosophi, nusquam in Euripideis admitterem nisi in ejus Cyclope. Ad formulam ellipticam μὴ γὰρ supplendam forte quis adscripserat δόξῃς· et in hujus verbi sede nomen olim lectum fuit, quo pertineret Χαλυβδικοῦ· hoc fortasse:

μὴ γάρ, ὡς μεθήσομεν
ἔγχους ἀγῶνα τόνδ' ἄτερ Χαλυβδικοῦ.

posset etiam ὡς scribi et pro οὕτως accipi. Certe *ferrum* simpliciter dici non potuit Χαλυβικὸς vel Χαλυβδικός." VALCKENAR. ad Elegiam Catulli Callimacheam p. 155. 156. *G. D.*].

164. Τιρυνθίας γῆς P. E. ad Marklandi Suppl. 469. [γῆς etiam Tyrwhittus in not. MS. in *the class. Journ.* Vol. XVI. p. 395. *G. D.*] Quae scriptura cum extra dubitationem posita videatur, infelices doctorum virorum conjecturas memorare supersedeo. De permutatione vocalis *A* et diphthongi *OI* instar omnium consulendus Porsonus ad Med. 44. Exemplis ab eo citatis adde Rhes. 363. ubi edd. veteres ψάλμασι pro ψαλμοῖσι habent. Deinde verba πέδια γῆς infra leguntur v. 394. πέδια χθονὸς supra v. 34. Ad agri Tirynthii mentionem illustrandam satis erit monere, Herculem et Eurystheum promiscue Tirynthios et Argivos a tragicis appellari. Vide nostrum Alc. 484. 494. 841. Telepho fr. 1. Hercules Ephippi comici apud Athen. p. 442. E. Οὐκ οἶσθά μ' ὄντα, πρὸς θεῶν, Τιρύνθιον Ἀργεῖον, οἳ μεθύοντες ἀεὶ τὰς μάχας Πάσας μάχονται; Respondet alter, τοιγὰρ σὺν φεύγουσ' ἀεί. Quem locum indicavit Musgravius, qui plura de Tirynthe suppeditabit.

166. Ἢ κακὸν λόγον tacite Barnesius. *Certe* Portus.

167. 168. Γέροντος τύμβον. Haec verba conjuncta leguntur etiam in Med. 1209. Τίς τὸν γέροντα τύμβον ὀρφανὸν σέθεν Τίθησι;

168. Τὸ μηδὲν ὄντος. Noster Dictye fr. 14. Τοὺς τ' ἐκ μέγιστον (vulgo μεγίστης) ὀλβίας τυραννίδος, Τὸ μηδὲν ὄντας, ταῦτά σε σκοπεῖν χρεών. Adde Soph. Aj. 767. 1275. Eurip. Iph. A. 945. (ubi vide an legendum v. 946. Ἐγὼ οὐχὶ Πηλέως, ἀλλ' ἀλάστορος γεγώς) El. 370. incertum Rhes. 819. Restituenda haec locutio nostro Tro. 608. Ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ' ἄνω Τὸ (vulgo τὰ) μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν. Locus longe depravatior occurrit in Ion. 593. Καὶ τοῦτ' ἔχων τοὔνειδος, ἀσθενὴς μὲν ὤν, Μηδὲν καὶ οὐδὲν ὢν κεκλήσομαι. Vide omnino Herodotum, VIII. 106. Ceterum interdum in hac locutione omittitur εἶναι, ut apud nostrum Tro. 411. Ἀτὰρ τὰ σεμνά, καὶ δοκήμασιν

σοφά, Οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἔρα. Ubi supplendum ὄντων.

169. *Εἰς ἄντλον ἐμβήσει πόδα.* Ἄντλος apud vetustissimos scriptores Graecos eam navis partem significare videtur, quae postea κοιλὴ ναῦς sive κοιλία appellata est. Ita praeter Homerum Od. M. 411. O. 478. Alcaeus apud Heraclidem Ponticum p. 413. ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει. Sequitur apud eundem fragmentum ex alio Alcaei carmine desumtum, cujus septem prima verba emendare nequeo: *Τόδ' εὖ γε κῦμα τῶ προτέρω νεομω Στείχει, παρέξει δ' ἄμμι πόνον πολὺν Ἀντλῆν.* Vulgo, πόνων πολλὴν ἄντλην. Ἀντλῆν videtur Aeolicum esse pro ἀντλεῖν. [Vid. Hermanni Elem. doctr. metr. p. 688. *G. D.*] Apud Atticos ἄντλος potius de aqua marina et sordibus quae in imam navem confluunt, quam de ipso loco dicitur. Apud nostrum Tro. 685. exhibentur nautae in tempestate, Ὁ μὲν παρ' οἴαχ', ὁ δ' ἐπὶ λαιφεσὶν βεβώς, Ὁ δ' ἄντλον εἴργων ναός. *Sentinam hauriens* Portus, cujus versionem confirmat Cicero Catone Maj. c. 6. *Similesque sunt, ut si qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant.* Minus recte, meo quidem judicio, *undam insultantem a navi arcens* Hemsterhusius ad Lucianum I. p. 108. Apud Aesch. Theb. 802. ἄντλον δέχεσθαι dicitur, ubi Latini *sentinam trahere* dicerent, nos *to leak* diceremus. Ἄντλον pro πέλαγος καταχρηστικῶς dixit noster Hec. 1025. Nostro loco intellige turbidam et foetidam aquam. Comparat Musgravius Aesch. Choëph. 695. *Ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα.*

170. Ἐρεῖς. *Dices*, civibus tuis scilicet. Suspecta habeo verba ἐλπίδ' εὑρήσειν, minime vero verba τὸ λῷστον, *at best*, pro quibus τὸ λοῖσθον scribendum putat Musgravius.

171. Ἐνδεές. *Deterius.* Noster Phoen. 708. Πολλῷ γὰρ ἥσσον ἐνδεεῖς διαλλαγάς. Andromeda fr. 24. Τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς, Νόμῳ νοσοῦσιν.

173. Cum verbum ἀνηβᾶν semper significet *repubescere*, literis sejunctis emendandum; Μάχοιντ' ἂν ἡβήσαντες. Piersonus Verisim. p. 176. Contrarium mendum sustulit Tyrwhittus apud Aesch. Suppl. 614.

Ibid. Εἴπερ τοῦτό σε [tacite] Barnesii emendatio est. Ed. Ald. εἰ τοῦτό σε, unde facias etiam εἰ δὴ τοῦτό σε. Musgravius. Neutra emendatio ferri potest. Εἰ δὲ τοῦτό σε tacite citat Piersonus. Εἶτι τοῦτό σε Censor Edinburgensis XIX. p. 79. Εἴπερ τοῦτό σοι mavult Reiskius. *Duplex accusativus,* inquit Porsonus ad Hec. 800. *neminem offendet, nisi qui in Atticis poëtis hospes sit.*

174. Scribe χ' ὦ 'ν μέσῳ, nunquam enim ex ὁ ἐν contracto efficies ὦ ὐν. Heathius. Ex ὁ ἐν fit οὐν, ex καὶ οὐν χοὐν, quod nostro loco reposui. Monendus est autem lector, passim in Aldina occurrere ἐν μέσω sine ἰῶτα subscripto. Vide Phoen. 592. Med. 819. Hel. 636. 950. Ion. 1138. 1393.

176. Δὸς μηδέν. *Nihil de tuo des, sed nostra nobis redde.* Inepte Brodaeus, *Eis nullo pacto opituleris.* [δοὺς μηδὲν Matthiae et Dobree ad Arist. Plut. 913. p. 114. *G. D.*]

177. Φιλεῖτε. *Soletis.* Brodaeus. Φιλεῖτε conjunctim primus edidit Stiblinus, secundus Portus.
["Οπερ φιλεῖτε δρᾶν. Xenoph. de Rep. Athen. III, 10. *Δοκοῦσι δὲ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ τοῦτό μοι οὐκ ὀρθῶς βουλεύεσθαι, ὅτι τοὺς χείρους αἱροῦνται ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς στασιαζούσαις. Οἱ δὲ τοῦτο γνώμῃ ποιοῦσιν·* κ. τ. λ. ubi Euripidea comparavit Schneiderus p. 131. *G. D.*]

180. 181. Haec apud Stobaeum leguntur XLVI. p. 306. Rectius fortasse Choro quam Demophonti tribuerentur.

180. *Κρίνοιεν* etiam Stobaeus. *Κρίνειεν* Musgravius ex emendatione Porti. Contrarium vitium, *θέλειεν* scilicet pro *θέλοιεν*, habet Aldus in Hel. 441.

Ibid. *Ἡ δοίῃ λόγον* Stobaeus, sed melior est vulgata. *Λόγος* nostro loco, ut alibi passim, significat *rem de qua deliberatur.*

181. *Ἐκμάθῃ σαφῶς* Musgravius e G. et Stobaeus. Fluctuant libri inter *σαφῆ* et *σαφῶς* etiam apud Soph. Oed. T. 702. apud Eurip. Suppl. 211. et alibi passim. Meo quidem judicio, *σαφῶς* magis glossema sapere videtur quam *σαφῆ*. Exquisitius est adjectivum adverbii loco adhibitum quam ipsum adverbium. *Σαφῆ* igitur retineo.

184. Malim, *ὥσπερ ἄλλοθι.* Sed vulgatam non improbo.

185. Legendum, ni fallor, *οὐδέν ἐστιν ἐν μέσῳ.* *Nihil mihi cum isto negotii est.* Ita etiam Valckenarius ad Hippol. 224. conferens Ion. 1284. *Τί δ' ἔστι Φοίβῳ σοί τε κοινὸν ἐν μέσῳ;* Musgravius. *Ἐν μέσῳ* natum videtur e v. 183.

187. *Δοκῆσαν* idem est quod *δοκοῦν*, et ponitur absolute pro genitivo *δοκήσαντος.* Marklandus ad Suppl. 129.

188. *Ὡς Μυκηναίους.* Poëtae Argos et Mycenas pro eadem civitate accipiunt. Strabo VIII. p. 377. *Μετὰ δὲ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Ἀργεῖοι μετὰ Κλεωναίων καὶ Τεγεατῶν ἐπελθόντες ἄρδην τὰς Μυκήνας ἀνεῖλον, καὶ τὴν χώραν διενείμαντο* [Olympiadis LXXVIII. anno primo, teste Diodoro Siculo XI. 65.]. *διὰ δὲ τὴν ἐγγύτητα, τὰς δύο πόλεις ὡς μίαν οἱ τραγικοὶ συνωνύμως προσαγορεύουσι. Εὐριπίδης δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ δράματι, τότε μὲν Μυκήνας καλῶν, τότε δ' Ἄργος τὴν αὐτὴν πόλιν, καθάπερ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ Ὀρέστῃ.*

Brodaeus. Non est quod miremur Euripidem Argos et Mycenas confudisse, quo puerulo Mycenae funditus sublatae sunt, cum idem fecerit Aeschylus, cujus tres fabulae ad Agamemnonis historiam pertinentes novem tantum annis post eversas Mycenas actae sunt. Is enim non solum Argos pro Mycenis passim nominat, verum etiam ne semel quidem in fabulis hodie superstitibus Mycenarum mentionem facit. [Vid. Hermann. ad Sophoclis Electr. p. 6. *G. D.*] Quae fuerit Mycenarum conditio tempore belli Persici, ex Herodoto satis novimus, qui ex duabus civitatibus simul conjunctis, iisque olim florentissimis, Mycenis et Tirynthe, non plures quam quadringentos milites Plataeis pugnasse narrat, Lib. IX. 28. Ex eodem discimus, ter mille Sicyonios totidemque Megarenses praelio Plataeensi interfuisse. Ceterum longe saepius Argos pro Mycenis nominant tragici, quam Mycenas pro Argis. Ubicunque in nostra fabula Argos memorat poëta, intelligendae sunt Mycenae. Mycenis enim regnavit Eurystheus. Contra in Supplicum v. 1130. male nominantur Mycenae. Argivus enim fuit Adrastus, Argivae mulieres chorum istius tragoediae complent. Utriusque fabulae argumentum breviter et eleganter narrat Herodotus IX. 27. accurate servato duarum civitatum discrimine: *Ἡρακλείδας, τῶν φασι οὗτοι [οἱ Τεγεᾶται] ἀποκτεῖναι τὸν ἡγεμόνα [Ὕλλον] ἐν Ἰσθμῷ, τούτους πρότερον ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων, ἐς τοὺς ἀπικοίατο φεύγοντες δουλοσύνην πρὸς ΜΥΚΗΝΑΙΩΝ, μοῦνοι ὑποδεξάμενοι, τὴν Εὐρυσθῆος ὕβριν κατείλομεν, σὺν κείνοισι μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον. τοῦτο δὲ, ΑΡΓΕΙΟΥΣ τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἐλάσαντας, τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα, καὶ ἀτάφους κειμένους, στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμεν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρας ἐν Ἐλευσῖνι.*

189. Tyrwhitto placet ὅδ' ὄντας. Musgravius.

Ibid. *Ἀπήλασαν* recte G. Ὅδε enim in initio versus non est Eurystheus sed Copreus.

190. Ἢ (ἢ Barnesius) τὸν *Ἑλλήνων* edd. recentiores.

191. *Ὅστις ἂν τἄργος φύγῃ* P. E. Vide v. 978. [Vid. Reisig. comment. de *ἂν* part. p. 110. *G. D.*] *Ὅστις* omittunt omnes edd. ante Barnesium praeter Aldinam.

192. *Οὔκουν*. MSS. Steph. *οὐ γάρ*. MS. E. *οὐκ ἄρ'*. Musgravius. Stephani annotationem male accepit Musgravius. Non enim *οὐ γὰρ Ἀθήνας γ'*, sed *οὐ γὰρ Ἀργείων* in libris suis reperisse videtur Stephanus. Musgravium fefellit vox *οὔκουν* in initio annotationis ad versum indi-

candum posita. Notas enim numerales ad Euripidem primus adhibuit Portus. *Οὐ γὰρ Ἀργείων* edd. recentiores.

193. *Τοὺς Ἡρακλέους* edd. nonnullae, quarum prima est Brubachiana. [Imo, Hervagiana tertia. Noster Herc. 156. *Τοὺς Ἡρακλείους παῖδας οὐ θνήσκειν χρεών.* Hic etiam *Ἡρακλέους* ex Hervagiana tertia in edd. sequentes propagatum est. *Ex Addendis.*]

194. Trachinis mentionem satis illustrant Pausaniae et Apollodori loca, quae ad vv. 475. 860. allaturus sum. Achaiam autem hic intellige Thessalicam, aliter *Φθιῶτιν* appellatam, in qua Trachinem collocat Sophocles apud Strabonem IX. p. 433. *Οὕτω καὶ Σοφοκλῆς τὴν Τραχινίαν* (f. *Τραχῖνα*) *Φθιῶτιν εἴρηκεν.* Fortasse in fabula *Φθιώτισιν*, unde desumtum est fragmentum Brunckianum incertum CI. Sed plerique Trachinem extra Achaiae fines in agro Maliaco sitam fuisse narrant. Vide omnino Herodotum VII. 198. seqq. Male *Ἀχαιϊκὸν* per diphthongum Barnesius. De qua scriptura vide ad v. 84. [Aesch. Pers. 488. *Κἀντεῦθεν ἡμᾶς γῆς Ἀχαΐδος πέδον, Καὶ Θεσσαλῶν πόλισμ' ὑπεσπανισμένους Βορᾶς ἐδέξαντ'.* Agitur de Xerxis in Asiam reditu post pugnam Salaminiam. Graeciae regiones ab eo peragratas hoc ordine recenset poëta: Boeotiam, Phocidem, Doridem, agrum Maliacum, Achaiam, Thessaliam, Magnesiam, Macedoniam. *Ex Addendis.*]

198. Malebat Barnesius [in margine] *κραίνουσι.* Sed nihil opus. Vide ad Rhes. 657. [655. Barnes.] MUSGRAVIUS. Proculdubio scribendum *κρανοῦσι.* Aesch. Suppl. 615. *Πανδημία γὰρ χερσὶ δεξιωνύμοις Ἔφριξεν αἰθὴρ, τόνδε κραινόντων λόγον.* Saepe permutantur *κραίνω* et *κρίνω* Infra v. 778. *κρίνεται* pro *κραίνεται* habet E. *Κρίνειν* pro *κραίνειν* habent omnes edd. in Androm. 988. *Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς Μέριμναν ἕξει, κοὐκ ἐμὸν κραίνειν τάδε.* Sic enim legendum esse constat ex Suppl. 139. *Τί δ' εἶπ' Ἀπόλλων, παρθένοις κραίνων γάμον;* [Noster Phoen. 1656. *Ἔκριν' ὁ δαίμων, παρθέν', οὐχ ἃ σοὶ δοκεῖ.* Vulgatam scripturam confirmat virginis responsum, *Κἀκεῖνο κέκριται, μὴ 'φυβρίζεσθαι νεκρούς.* Hic tamen locus a nostro diversus est. Pro verbis *ἔκριν' ὁ δαίμων*, eodem sensu metroque scribi posset, *Ἔδοξε τῷ θεῷ.* Ita Alc. 532. *Σὺ τῇδε κρίνεις, Ἡράκλεις, κείνη δ' ἐγώ.* Quem versum recte comparat Marklandus cum Suppl. 466. *Σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δ' ἐναντία. Ex Addendis.*]

201. Emendat Tyrwhittus [cum Reiskio] *πάρος*, conferens

Ion. 485. Ἐμοὶ μὲν πλούτου τε πάρος Βασιλικῶν θαλάμων τ', εἶεν Τροφαὶ κήδειοι κεδνῶν τέκνων. Neque obstat quod sic malum bono comparetur. Idem enim et infra videas v. 1012. Musgravius. Adde quod αἰσχύνη in bonam partem accipi potest, pro dedecoris vitandi studio. Quo sensu dicitur αἰδὼς supra v. 6. Thucydides I. 84. Αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία. [Πάρος. Soph. Oed. C. 418. Κᾆθ' οἱ κάκιστοι τῶνδ' ἀκούσαντες, πάρος Τοὐμοῦ πόθου προὔθεντο τὴν τυραννίδα; *Ex Addendis.*]

203. Πόλιν μὲν ἀρκεῖ. *Quod ad civitatem attinet, satis dictum est.*

204. 205. Particulam γε solenni vitio a librariis additam bis delevi. Eandem sententiam habet noster Or. 1162. Βάρος τι κἀν τῷδ' ἐστὶν, αἰνεῖσθαι λίαν. Iph. A. 979. Αἰνούμενοι γὰρ ἀγαθοὶ, τρόπον τινὰ Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἢν αἰνῶσ' ἄγαν.

209. Malim, πατὴρ δὲ τῆσδε, omissa praepositione, quam in hujusmodi locutionibus etiam metro repugnante plerumque addiderunt librarii. Vide Soph. Oed. T. 1062. Neque obstat, quod nostro loco, si deleretur praepositio, ambiguum esset utrum τῆσδε cum πατὴρ an cum γεννᾶται conjungendum esset. Ita enim loqui amant tragici. Noster Suppl. 133. Τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν. [Noster Med. 1309. Παῖδες τεθνᾶσι χειρὶ μητρῴᾳ σέθεν. *Quod praefert Musgravius,* inquit Porsonus, *Παῖδες σέθεν τεθνᾶσι μητρῴᾳ χερὶ, non est varia lectio, sed ordo verborum e Scholiaste explicatus. Ex Addendis.*]

210. Ἄνυμι S. Quae non est varia lectio, sed merus librarii error. *Redeo* aut *repeto* omnes interpretes. Imo, *repetam.* Εἶμι enim semper futurum est. Moeris p. 16. Ἄπειμι Ἀττικῶς. ἀπελεύσεται Ἑλληνικῶς. Ubi vide Piersonum scriptoresque ab eo laudatos. Futurum ἐλεύσομαι, quod usurpant Aesch. Prom. 853. Suppl. 531. Soph. Oed. C. 1206. Trach. 595. comicis et prosae orationis scriptoribus fere inusitatum est. Corruptus videtur locus Lysiae κατὰ τῶν Σιτοπωλῶν p. 719. ed. Reisk. Ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οἴομαι αὐτοὺς ἐπὶ μὲν τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ἐλεύσεσθαι. Nec multo magis usitata sunt ἠρχόμην *), ἔρχου, ἔρχωμαι, ἐρχοίμην, ἔρχεσθαι, ἐρχόμενος, pro quibus plerumque dixerunt Attici ᾖα, ἴθι, ἴω, ἴοιμι, ἰέναι, ἰών. Ἐπερχόμενον habet Aesch. Prom. 98. ἐρχόμενα

[*) „ἠρχόμην rarissimum apud Atticos". Valckenar. Schol. in N. T. Vol. I. p. 452. *G. D.*]

Soph. Trach. 861. ἐπερχομένῳ Aristoph. Nub. 311. ἐπήρχοντο Thucydides IV. 120. προσήρχοντο ibid. 121. ὑπερχόμενος Plato Critone p. 53. E. Xenophon de rep. Athen. 2, 14. ἐξέρχοιτο Xenophon Paed. IV. 1, 1. ἐπεξερχόμενοι Antipho p. 623. ed. Reisk. ὑπέρχεσθαι Andocides in Alcib. p. 122. Demosthenes in Aristocratem p. 623. Altera totidem exempla apud Atticos scriptores hodie superstites reperiri posse vix crediderim. Legitur quidem apud Aristoph. Thesm. 504. Ὁ δ' ἀνὴρ περιήρχετ' ὠκυτόκει ὠνούμενος. Sed suspicor poëtam scripsisse περιῇεν, vel potius περιῇῤῥεν. Ita Pherecrates apud Photium v. Περιέῤῥων: Ζητῶ περιέῤῥων αὐτὸν ἐξ ἑωθινοῦ. ["Ερχεσθαι Aesch. Agam. 926. *Ex Addendis.*]

212. Πέλοπος θυγατρός. Quam Lysidicen appellat Plutarchus Theseo p. 4. A. a Brodaeo ad v. 37. allegatus, Anaxo Apollodorus II. 4, 5. monente Musgravio. Vide Heynium ad Apollodorum p. 129. ed. 1803.

Ibid. Αἰτανεψίω ex Stiblini versione et Brodaei annotationibus primus edidit Portus.

213. Γεγὼς pro γεγῶτε.

214. "Ηκεις pro προσήκεις, monente Porsono ad Phoen. 372.

[216. Suspicor Euripidem scripsisse, Τίσαι λέγω σοι τοῖσδε, et infra vv. 250. 342. Ξὺν τοῖσδε. Vide vv. 24. 37. 53. 64. 67. 138. 141. 153. 154. 159. 172. 195. 206. 210. 213. 214. 217. 221. 230. Noster Phoen. 970. Ἐγὼ γὰρ οὔποτ' εἰς τόδ' εἶμι συμφορᾶς, Ὥστε σφαγέντα παῖδα προσθεῖναι πόλει. *Τόνδε pro παῖδα J. et Paraphrastes, non male,* inquit Porsonus. *Ex Addendis.*]

217. Castiga ὑπασπίζειν, et Θησῇ, non Θησεῖ. Brodaeus. Quem recte reprehendit Barnesius, quod non viderit ordinem horum verborum esse, φημὶ γάρ ποτε σύμπλους Θησεῖ γενέσθαι, τῶνδ' ὑπασπίζων πατρί. De hac fabula insignem nostri locum ex Herc. 408. hic apponam. Τὸν ἱππευτάν τ' Ἀμαζόνων στρατὸν Μαιῶτιν ἀμφὶ πολυπόταμον Ἔβα, δι' Εὔξεινον οἶδμα, λίμναν, (Τίν' οὐκ ἀφ' Ἑλλανίας Ἄγορον ἁλίσας φίλων;) Κόρας Ἀρείας πέπλων (vox corrupta) Χρυσεόστολον φάρος, Ζωστῆρος ὀλεθρίους ἄγρας. Τὰ κλεινὰ δ' Ἑλλὰς ἔλαβε βαρβάρου κόρας λάφυρα, καὶ σώζει' ἐν Μυκήναις. Vide etiam Apollodorum II. 5. 9. ejusque interpretem Heynium. Quare autem hanc expeditionem inter Herculis erga Theseum merita memoret Iolaus, docebit Hyginus Fab. 30. cujus verba ita dubitanter corrigo: *Hippolyten Amazonum reginam, Martis et Otrerae filiam, interfecit: cui mortuae aureum balteum detraxit, filiam Antiopam captivam Theseo donavit.*

219. Ἐρεμνῶν. Ita ego audacter repono pro ἐρυμνῶν. Barne-

sivus. Ἐρεμνὸς, *tenebricosus*, *niger*, alibi apud Euripidem non legitur. Bis apud Sophoclem, Ant. 700. Aj. 376.

222. Versus 222. et 223. a sciolo profecti sunt, qui putabat aliquid ad sententiam desiderari post versum 221. Sed delendi omnino sunt; nec damnum inde patietur Euripides, apud quem supra vv. 99. 100. iidem versus cum levi discrimine rectissime leguntur. Piersonus Verisim. p. 177. Utrobique verba θεῶν τῶν σῶν cum ἀποσπασθέντες conjungunt omnes interpretes, vertentes, *a diis tuis avulsi*. Nec male. Quamquam aliter accipi possunt hi versus, verbis scilicet θεῶν τῶν σῶν ad πρὸς βίαν relatis, eo sensu quo supra v. 79. dicitur, σοὺς ἀτιμάζων θεούς. Vide omnino ad v. 114.

224. Σύ. Castiga, σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρόν. Brodaeus. Σοὶ edd. omnes. Magis observatione dignus est anapaestus in quinta sede. Versum ita refingit Erfurdtius ad Soph. Oed. T. 1492. Σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρὶς, ἔν τε τῇ πόλει. Malim, Σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν, ἔν τε σῇ πόλει κακόν. Quamquam ne hoc quidem magnopere placet. Vulgatam scripturam, quamvis mendosam, non mutavi. [In minore Sophocleae fabulae editione p. 191. Erfurdtius corrigit: σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρὶς ἐν πόλει κακόν, Ἱκέτας ἀλήτας, συγγενεῖς, (οἴ μοι κακῶν· Βλέψον πρὸς αὐτοὺς, βλέψον,) ἕλκεσθαι βίᾳ. *Nam tibi privatim turpis fuerit haec publica iniuria* —. *G. D.*]

226. Βλέψον πρὸς αὐτοὺς, βλέψον. Eadem verba in Alc. 391.

227. Καταστέφω χεροῖν. Optime haec verba illustrat noster Androm. 895. στεμμάτων δ' οὐχ ἥσσονας Σοῖς προστίθημι γόνασιν ὠλένας ἐμάς. Iph. A. 1216. Ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν Τὸ σῶμα τοὐμόν. Nostro loco male post καταστέφω interpungit Musgravius, χεροῖν pro πρὸς χεροῖν accepto.

228. Καὶ πρὸς γενείου. Quasi superiore versu praecedat, Ἀλλ' ἄντομαί σε πρὸς γονάτων.

229. Εἰς χέρας λαβεῖν P. E. Noster Herc. 608. οὐκ ἀτιμάσω Θεοὺς προσειπεῖν πρῶτα τοὺς κατὰ στέγας. Vertit Portus, *Non dedignabor primum deos domesticos salutare*. Hinc nostri loci scripturam mutavi. Sensus est, *Ne dedigneris Herculis liberorum patrocinium suscipere*.

232. Noster Temenidis fr. 7. Οὐκ ἔστι κρεῖσσον ἄλλο, πλὴν κρατεῖν δορί.

233. Τῶνδε συμφορᾶς P. E. Vide v. 153. et ad v. 106. Noster Med. 1233. Ὦ τλῆμον, ὥς σου ξυμφορᾶς οἰκτείρομεν, Κόρη Κρέοντος.

234—236. Haec leguntur apud Stobaeum CVII. p. 566.

237. Ὁδοί. *Argumenta ac rationes.* Vide Soph. Oed. T. 67. [311.] Eurip. Hec. 744. Phoen. 918. Brodaeus. Συμφορᾶς nostro loco τῆσδε τῆς συντυχίας significare videtur.

238. Τούσδε pro τοὺς σοὺς P. E. Vide v. 252. Vulgo ante Barnesium legebatur in Rhes. 277. Στείχει φίλος σοι, σύμμαχός τε τῇ σῇ γῇ. Quod ille ex ingenio reposuerat, σύμμαχός τε τῇδε γῇ, postea in omnibus codd. reperit Musgravius. In Suppl. 1183. recte, ni fallor, Musgravius, ὠφελεῖν τὰ σὰ, pro ὠφελεῖν τάδε. Permutantur enim τὰ σὰ et τάδε etiam in Phoen. 1282.

239. Βώμιος S. edd. recentiores. Similis varietas infra v. 385.

241. 242. His versibus continetur secunda συμφορᾶς ὁδὸς, sanguinis scilicet conjunctio, et beneficia ab Hercule in Theseum collata. Male autem, mea sententia, haec conjungit Demopho, quae diserte separavit Iolaus supra v. 215. Rectius fecisset poëta, si quatuor συμφορᾶς ὁδοὺς Demophonti tribuisset.

241. Verbum προυφείλω usurpant noster Iph. T. 523. Aristoph. Vesp. 8. (ubi legendum προυφείλεις) Lys. 648. Eandem significationem habere videtur cum simplici verbo ὀφείλω.

244. 247. His quatuor versibus explicatur tertia συμφορᾶς ὁδὸς, scilicet τὸ αἰσχρόν. Duplicem autem turpitudinem hic memorat Demopho: unam, ut deorum altaria impune ab homine peregrino violentur: alteram, ut Herculis liberis opem implorantibus perfugii locus denegetur, ubi adversus hostium injurias in tuto sint. Illud quidem libera civitate indignum censet Demopho, hoc autem vix ipsa morte tolerabilius. Nulla igitur erat caussa quare hunc locum ita partim refingeret Musgravius: οὐκ ἐλεύθερον Οἰκεῖν δοκήσω γαῖαν, Ἀργείοις δ' ὄκνῳ Ἱκέτας προδοῦναι. Omnino retinendum ὀκνῶ. Verba ὀκνῶν προδοῦναι supra leguntur v. 28. προδοῦναι γὰρ ὀκνοῦσα in Alc. 178. Ubique ὀκνῶ pro αἰσχύνομαι accipiendum est.

244. Συλᾶσθαι habet Aldus etiam in Iph. A. 1275. σκύλλοις Tro. 578. et alia fortasse ejusmodi. Nostro loco συλᾶσθαι primus edidit Portus. Συλᾶσθαι mendose Canterus. [Συλᾶσθαι mendose Canteriana ex Hervagiana tertia, in qua legitur συλλᾶσθαι. *Ex Addendis.*]

245. Οὐκ ἐλευθέραν P. E. Satis scio innumera esse adjectiva feminini generis, quae nunc propriam terminationem exhibeant, nunc formam masculinam induant. Cujusmodi sunt in hac fabula ἀλίῳ v. 83. βιαίῳ vv. 103. 107. πατρῴους v. 810. δίκαιον v. 902. Pro quibus dicere potuit poëta, ἀλίᾳ, βιαίᾳ, πατρῴας, δικαίαν. Sed de horum nu-

mero non videtur esse ἐλεύθερος *). *Ἐλεύθερον* nostro loco ex incuria scribae natum est, ut ξένους θ' ὁμοῦ γυναῖκας Suppl. 94. et alia permulta. *Ἐλευθέρα* femininum cum γῆ, γαῖα aut πόλις conjunctum supra legitur vv. 62. 114. infra v. 288. [Adde κυρίους v. 144. Ἡράκλειος v. 542. *Ex Addendis.*]

247. Καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας. *Et hoc periculo non caret.* Brodaeus. *Idque prope laqueum* mortemque jam constitutos. Portus. Verte fere cum Musgravio, *Et hoc*, scilicet τὸ Ἀργείοις ἱκέτας προδοῦναι, *parum admodum a suspendio distat.* Aristoph. Ach. 125. a Brodaeo citatus: τοῦτο δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; Noster Alc. 228. Αἶ, αἶ, ἄξια καὶ σφαγᾶς τάδε, Καὶ πλεῖον ἢ βρόχῳ δέρην Οὐρανίῳ πελάσαι. Nostro loco nescio an melius esset, καὶ τόδ' ἀγχόνης πέλας.

250. Ἀποσπάσει P. E. Μὴ δείσῃς ὡς (vel ὅπως), μὴ ἐλπίσῃς ὡς, ὡς, et similia, futurum postulant. Ita noster infra v. 1052. Sic etiam Soph. El. 1309. Μήτηρ δ' ἐν οἴκοις, ἣν σὺ μὴ δείσῃς πόθ' ὡς Γέλωτι φαιδρὸν τοὐμὸν ὄψεται κάρα. Ibid. 1426. μηκέτ' ἐκφοβοῦ Μητρῷον ὥς σε λῆμ' ἀτιμάσει ποτέ. Xenophon Paed. VI. 2, 30. Στρωμάτων δὲ ἐνδεηθέντες μὴ δείσητε ὡς οὐχ ἡδέως καθευδήσετε. [Soph. El. 963. Καὶ τῶνδε μέντοι μηκέτ' ἐλπίσῃς ὅπως Τεύξει ποτ'. Adde nostrae fabulae v. 161. *Ex Addendis.*]

252. Vera hujus versus scriptura Musgravio debetur.

254. Malim [cum Heathio] ἤ τε. Musgravius.

256. Ἀλλὰ σοὶ βλάβος edd. recentiores ex emendatione Brodaei. Sensus est, ἐμοὶ αἰσχρὸν τόδ' ἐστὶν, ἀλλ' οὐ σοὶ βλάβος. Adhibita interrogatione, quam primus adhibui, particula negativa locum mutare debet. Nam οὐκ οὖν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν sine interrogatione. Sic etiam idem significant ἀλλὰ σοὶ βλάβος cum interrogatione, et ἀλλ' οὐ σοὶ βλάβος sine interrogatione. Minus necessaria est igitur scriptura a Musgravio proposita, Οὐκοῦν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλ' οὐ σοὶ, βλάβος. Discrimen quod inter οὐκοῦν et οὔκουν statuunt grammatici, verissimum est, si Plutarchi aut Luciani scripta pro verae Graecitatis norma accipiantur. Apud veteres Atticos utraque particula semper propriam suam significationem servat. Ego ubique οὐκ οὖν scribo, adhibita, prout opus est, vel omissa interrogatione.

257. Ἔμοιγ'. Supplendum, βλάβος ἐστί. Deinde μεθῶ *sinam* aut *patiar* vertunt omnes interpretes. *Μεθιέναι dimittere, tradere, dedere* significat. Sensus est, ἐάν σοι μεθῶ τούσδε, ἵνα ἐφέλκῃ αὐτούς. *Ut tecum Argos abducas eos.*

[*) Lycurg. c. Leocrat. p. 165. γυναῖκας ἐλευθέρους. *G. D.*]

59. *Πλείω φρονῶν* E. G.

263. *Τῶν ἐνθάδ'* Reiskius, et Porsonus Advers. p. 268. Simile mendum tacite correxit Brunckius apud Soph. Oed. C. 78. ubi vulgo legebatur, *Τοῖσδ' ἐνθάδ' αὐτοῦ, μὴ κατ' ἄστυ, δημόταις.*

264. *Βλάπτων γ'* P. E. Particulam abesse vix patitur sententia. Vide ad Marklandi Iph. T. 806.

265. Notam interrogationis delevi. *Βλάπτεσθ'* enim imperativus est, secus atque ab omnibus interpretibus acceptum est. Vertit Portus, *Laedimini* ergo, *quod ego non polluam deos?* Imo, *Laediminor, modo ego non polluam deos.*

269. *Οὐ τἄρ' ἐς Ἄργος* P. E. Notam interrogationis primus sustulit Portus. *Οὐ τἄρα*, id est, *οὔτοι ἄρα*, majorem habet vim quam *οὐκ ἄρα*. *Οὐ τἄρα* in initio senarii legitur apud Soph. Trach. 322. Phil. 1253. Eurip. Suppl. 496. Ion. 337. Telepho fr. 19. *Οὐ τἄρ' Ὀδυσσεύς ἐστιν αἱμύλος μόνος. Χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν.* In sequentibus *οὐ τἄρα* pro *οὐκ ἄρα* legendum arbitror. Soph. Oed. C. 408. *Οὐ τἄρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσίν ποτε.* Phil. 106. *Οὐ τἄρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θρασύ.* Ubi *θρασὺ* pro *ἀσφαλὲς* usurpari monet Scholiastes. Ibid. 114. *Οὐ τἄρ' ὁ πέρσων γ', ὡς ἐφάσκετ', εἴμ' ἐγώ.* Ita sine interrogatione legendum.

271. *Κοὐκ ἐς ἀμβολάς. Idque statim.* Eadem locutio est Hel. 1313. *οὐκ ἐς ἀμβολὰς Εὐεργετήσω σ'.* Confer etiam v. 910. Musgravius. Similia audit praeco apud Aesch. Supplic. 982. *Κλάοις ἄν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' εἰς μακράν.* Si vera sunt quae de *ἐς* dixi in praefatione ad Soph. Oed. T. p. 9. nostro loco scribendum *εἰς ἀμβολάς.* Sed hodie suspicor tragicos in quinta senarii sede iambum spondeo praetulisse, saltem ubi diversam ejusdem vocis scripturam adhibendo brevem syllabam pro longa exhibere possent. De qua re alias plura dicam.

272. *Τολμήσῃς θενεῖν* P. E. Quare *τολμήσῃς* reposuerim, nemo in Graecis literis mediocriter versatus requiret. *Θενεῖν* scripsi ex monitu doctissimi Blomfieldii ad Aesch. Theb. 378. qui primus omnium vidit *ἔθενον* aoristum esse verbi *θείνω*. Sententiam ejus confirmat incertus Rhes. 687. *φίλιον ἄνδρα μὴ θένῃς.* Ubi soloecum esset *θένῃς* a praesenti *θένω* natum. Quod ipse olim monui, *ἔσχεθον* aoristum esse, eodem argumento demonstrare possum. Noster Alcmaeone fr. 12. 13. *Γυναῖκες, ὁρμήθητε, μηδ' ἀθυμία Σχέθῃ τις ὑμᾶς. ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὁρᾶν Ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην.* Ita legendum esse nullus dubito. Si verbum esset *σχέθω*, *σχέθῃ* in *σχεθέτω* mutandum esset.

276. *Ἄρεως* e Brubachiana edd. nonnullae. [*Ἄρεως* ex Hervagiana tertia edd. nonnullae. *Ex Addendis.*]

279. 280. *Ἀλκάθου—τέρμασιν.* Intellige, *Megarensium finibus*, sic dictis ab Alcathoo Pelopis filio, qui Megaris paullo ante regnavit. MUSGRAVIUS. Citat Brodaeus Megarensem poëtam Theognidem v. 771, ed. Blackwall. 751. Brunck. *Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην, Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος.* Ad quem locum inscriptionem veterem Megaris repertam allegat Brunckius, ubi Megarenses *Ἀλκαθόου ναετῆρες* appellantur. Multa de Alcathoo habet Pausanias libro primo in Megarorum descriptione. Personam ejus in Euripidis Protesilao fuisse discimus ex Photio et Suida v. *Πενθερά.*

280. *Τέρμασιν μένει* dare voluisse videtur Hervagius ed. prima. Sed, ut saepe accidit, eam literam quam delere voluit, retinuit, eam quam retinere voluit, delevit. Dedit igitur *τέρμασι μένειν* in prima ed. *τέρμασι μένει* rectius, nec tamen omnino recte, in secunda. *Τέρμασιν* ex Aldina revocavit Barnesius. *Μένει* scribendum monet Brodaeus et scriptum habet G.

281. *Λαμπρός. Vehemens, rapidus, potens.* Aristoph. Eq. 430. *Ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη, καὶ μέγας καθιείς.* Ibid. 760. *Πρὸς ταῦθ᾽ ὅπως ἕξει πολὺς καὶ λαμπρὸς εἰς τὸν ἄνδρα.* MUSGRAVIUS.

282. *Καὶ φυτοῖς. Arboribus,* quas praecisurus erat, regionem depopulans. BRODAEUS. *Δενδροτομεῖν* vocant Thucydides Lib. I. Diodorus Siculus XIII. 108. MUSGRAVIUS. Res spectatoribus tempore belli Peloponnesii satis superque nota.

283. [Vulgata scriptura *κεκτώμεθα*, modo iota subscribatur, videtur defendi posse. HERMANN. de Ellipsi et Pleonasmo p. 231. Dedit *κεκτῴμεθα* Matthiae. *G. D.*] *Κεκτῄμεθα* Brunckius ad Soph. Phil. 119. Qui versus in edd. recentioribus recte legitur, *Σοφός τ᾽ ἂν αὑτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ᾽ ἅμα.* Restituenda haec optativi forma nostro Iph. A. 404. *Αἶ, αἶ, φίλους ἂν οὐχὶ κεκτῄμην τάλας.* Vulgo, *φίλους ἄρ᾽ οὐχὶ κεκτήμην.* Ita Aristoph. Plut. 991. *Ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν, μεμνῇτό μου.* [Ubi vide Dobraeum p. 123. *G. D.*] *Μεμνῇτο* etiam nonnulli libri apud Xenoph. Paed. I. 6, 3. ubi edd. veteres mendose *μιμνῷτο* pro *μεμνῷτο*. Ceterum cum nostro loco conferendus Herodotus VII. 161. *Μάτην γὰρ ἂν ὧδε πάραλον Ἑλλήνων στρατὸν πλεῖστον εἴημεν ἐκτημένοι, εἰ Συρηκοσίοισι ἐόντες Ἀθηναῖοι συγχωρήσαιμεν τῆς ἡγεμονίης.* [Plato Legg. V. p. 731. C. *Τῶν γὰρ μεγίστων κακῶν οὐδεὶς οὐδαμοῦ οὐδὲν ἑκὼν*

κέκτητο ἄν ποτε. Legendum κεκτῇτο potius quam ἐκέκτητο. *Ex Addendis.*]

285. Φθείρου. Μετὰ φθορᾶς ἀπαλλάττου. Id est, *In malam rem, abi in malam crucem.* Aristoph. Plut. 598. 610. [Ach. 460.] Brodaeus. Rectius, *Get you gone.* Vide omnino nostrum Androm. 709. 716.

Ibid. Τὸ σὸν—Ἄργος. *Argos illos quos tantopere praedicas.* Noster Hippol. 113. Τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.

287. Ἀργείων πόλιν P. E. Ordo est, οὐ γὰρ ἔχω τήνδε πόλιν ὑπήκοον Ἀργείων. Veteres libentius dixerunt ὑπήκοός σου quam ὑπήκοός σοι. Aesch. Pers. 234. Πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπήκοος. Herodotus VII. 111. Σάτραι δὲ οὐδενός κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο. Similia sunt ὑπήκοοι τῶν Ἀσσυρίων apud Xenoph. Paed. IV. 2, 1. ὑπήκοοι τῶν Μοσσυνοίκων Anab. V. 5, 1. et alia apud veteres passim. Dativus, quem saepe adhibent recentiores, vulgo legitur apud Aristoph. Plut. 146. Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα. Sed haec scriptura fortasse librariis debetur ad sui saeculi normam omnia refingentibus.

292. Μᾶλλον ἔτ' ἢ πρίν. *Se praestabit aerem* supplet Portus. Potes etiam, ὥρα προνοεῖν. Quod si placet, verba μάλα δ' ὀξὺς Ἄρης ὁ Μυκηναίων parentheseos notis includantur.

293. Μισοκήρυκα fuisse Euripidem monuerunt tum alii, tum Marklandus ad Suppl. 399. Sed ovum ovo non est similius, quam hic noster Copreus, qui modo discessit, praeconi Aegyptio apud Aeschylum Supplicibus, nec facile dixeris uter eorum insolentius atque arrogantius se gerat.

294. Πυργοῦν. *Augere, amplificare.* Brodaeus. Praeter propriam significationem, *turribus ac moenibus instruere, aedificare,* πυργοῦν apud tragicos saepe μεγαλύνειν significat. Ita dicunt Latini, *in altum extollere.* Nostro loco *exaggerare* significare videtur. Verbum *exstruere* sensu non dissimili usurpat A. Gellius XIII. 24. monente Forcellino: *Crimen unum vocibus multis atque saevis exstruere.* Nisi vertere mavis, *fingere, fabricari.* Aristoph. Ran. 1004. Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνά.

297. Διακναῖσαι. Interpretare, διολέσαι.

298—305. Hi octo versus leguntur apud Stobaeum LXXXVIII. p. 498. Primus et secundus apud eundem LXXIX. p. 454. ubi additus legitur, Καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν. Quem versum in sua ed. a superioribus separavit Grotius, καὶ in χρὴ mutato. Rectius

δεῖ Valckenarius Diatrib. p. 228. Eodem titulo lemma *Euripides in Heraclidis* de sede sua motum est, et fragmento proxime superiori affixum.

298. Οὐκ ἔστι παισὶ τούτου Stobaeus Tit. LXXIX. Altero loco cum Euripidis edd. consentit.

300. Γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν. Ita passim loquuntur tragici. Noster Androm. 975. ὡς φίλων μὲν ἂν Γήμαιμ' ἀπ' ἀνδρῶν. Ibid. 1280. Κἆτ' οὖν γαμεῖν δῆτ' ἔκ τε γενναίων χρεὼν, Δοῦναί τ' ἐς ἐσθλοὺς, ὅστις εὖ βουλεύεται. Incertus Rhes. 168. Οὐκ ἐξ ἐμαυτοῦ μειζόνων γαμεῖν θέλω. Nostro loco γαμεῖ Hervagianae primae mendum typographicum primus in margine correxit Stiblinus, in textu Portus.

Ibid. Κινηθεὶς Stobaei edd. nonnullae, sed non Trincavellus.

301. 302. Ordo est, κακοῖς ἐκοινώνησεν, ὥστε λιπεῖν κ. τ. ἑ.

305. Εἰς τοὔσχατον πλέοντες Stobaeus.

Ibid. Ηὔρομεν P. E. Sic etiam ηὗρηκ' v. 585. ηὗρες v. 957. Ηὐτύχει habet Aldus Hec. 18. ηὐτύχουν v. 301. ἐπηύξατο v. 542. ηὔφρανας Or. 217. ηὔφρανε v. 287. ηὖχου v. 355. ηὐτύχησεν v. 541. ηὐλαβεῖτο v. 1059. ηὔχετο Phoen. 1382. ἐξηύχουν (mendose pro ἐξηύχου) Med. 930. κατηύξατο Alc. 160. προσηύξατο v. 169. ηὐτρεπισμένᾳ Iph. A. 1111. ηὖξα Iph. T. 629. προσηυξάμην Tro. 887. ηὔχει Hel. 1600. ηὐγάσθη Ion. 17. ηὐνάσθην v. 1484. His exceptis, diphthongum nunquam mutat Aldus. Cum Aldo plerumque consentiunt ceterae editiones. Εὕρομεν, ut vulgo, nostro loco Stobaeus.

[308. 309. Soph. Oed. C. 1632. Δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις, Ὑμεῖς τε, παῖδες, τῷδε. *Ex Addendis.*]

310. Sensus videtur ἤλθομεν postulare. Portus. Ἤλθομεν E. G. ut primus edidit Musgravius. *Venimus* omnes interpretes.

311. Ὑμῖν tacite Barnesius. *Vobis* omnes interpretes.

312. Fieri potest ut post verba καὶ τιμὰς πατρὸς exciderit hujusmodi versiculus, Πάλιν λάβητε, τῆσδε κοιράνους χθονός. Quamquam verbum λάβητε suppleri potest ex altero verbo οἰκήσητε. De qua constructione consulendus omnino Brunckius ad Soph. Oed. T. 271. El. 435. et Dorvillius ad Charit. p. 394. a Brunckio allegatus. Exemplis adde nostrae fabulae vv. 785. 833. 839. 1040.

314. Αἵρεσθε Hervagiana secunda et sequentes ante Barnesium. [Αἵρεσθαι recte Bruhachiana. *Ex Addendis.*]

315. Μεμνημένοι τῶνδ'; *Memores horum* beneficiorum. Portus.

316. Legendum, ni fallor, ἄξιοί γ'. MSS. E. G. omittunt γ'. Musgravius. Non de nihilo est, quod Aldus ἄξιον γ' dedit, omisso posteriore accentu; quem primus addidit Canterus. Ceterum sententiae convenientius est aliquam

γε. Vide Alc. 435. 1063. Suppl. 1232. Ἄξιοι δ' igitur reposui. Quamquam legere etiam potes ἀξία δ', πόλις scilicet. Sed illud melius videtur.

818. Ego nullus dubito Euripidam scripsisse ἀντηλλάξαντο. Nam id sensus flagitat. Reiskius. Superscribitur in meo Aldinae exemplari ἀντηλλάξαντο. Lego, ἐνηλλάξαντο, *nobis mutabant*, i. e. *prae nobis malebant*. Idem compositi usus Soph. Aj. 208. 1060. Musgravius. Monuit alicubi Kusterus ad Aristophanem, praepositionis ἀντὶ syllabam priorem semper produci. Quod vel nescivit Reiskius, vel, quod verius puto, Graecos Euripidis senarios spondeorum in paribus locis non minus patientes esse arbitratus est, quam Latinos Terentii aut Phaedri. Sensus nostri loci satis perspicuus est, scriptura incertior. [Ἀντηλλάξαντο prima brevi, quod ne Jo. quidem Clericum, hodie si viveret, defensurum esse existimo, olim vix quisquam improbasset. Notum est Solonis distichon apud Diog. Laërt. I. 47. Αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἤδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο, Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων. Cujus scripturae contra Isaacum Vossium τῶν Σαλαμιναφετῶν reponentem defensionem suscepit Tan. Faber, monente Menagio. *Et certe*, inquit Menagius, *quin secunda in ἀφέντων, propter liquidam mutae junctam, corripi queat, nulla dubitatio est.* Nihil refert, verbi caussa, utrum in fine senarii collocetur ἔτνος an ἐντός, *patres* an *partes*. *Ex Addendis*.]

821. Ὅταν θάνω primus edidit Hervagius ed. secunda. Sic etiam emendat Brodaeus, qui pro vulgata scriptura exhibet ὅταν θάνοις. Noster Alc. 728. Θανεῖ γε μέντοι δυσκλεὴς, ὅταν θάνῃς. [ὡς ἂν σθένω Lennep. ad Phalar. epist. p. 114. ὅσον σθένω Valckenar. in Phalarid. p. XV. *G. D.*]

822. Θησέως—κλέος. *Thesei gnate*. Brodaeus. *Aequalem Theseo*. Portus. *Accedens Theseo*, i. e. apud inferos. Barnesius.

823. Αἴρω. Praesens pro futuro. Musgravius. Αἰρῶ Porsonus ad Med. 848. Dedi ἀρῶ, Porsono, ut opinor, non invito. Ex ἀείρω formatur futurum ἀερῶ, cujus duae syllabae priores in Α longum coalescunt, eadem ratione qua ex τιμάετε fit τιμᾶτε, ex τὰ ἐμὰ τἀμά. Praeter exempla hujus futuri a Porsono memorata, ἀπαροῦμεν legendum apud nostrum Med. 938. ἐπαρεῖ Iph. A. 125. ἀροῦμεν Iph. T. 117. Tro. 1148. ἀρεῖται Hel. 1618. ἐξεπαρεῖ apud Plutarchum Consolat. p. 102. F. Quorum nonnulla suis locis jam emendarant viri docti. In Iphigenia priore in veram scripturam θυμὸν ἐπαρεῖ imprudens

incidit Reiskius. Qui si rei metricae paullo peritior fuisset, nunquam talem dipodiam anapaesticam exhibuisset, qualem conficiunt duae longae syllabae tribus brevibus interpositis. Neque enim eum unquam suspicatum fuisse arbitror, aliud esse futurum ἀρῶ ab αἴρω derivatum, aliud ab ἀείρω. Porsonum ἐπαρεῖ θυμὸν legisse monent Adversariorum ejus editores p. 249. Adhuc juvenis scilicet ita legendum censuit, antequam veram hujus futuri rationem indagavit.

325. Optime Musgravius, cum olim plene distingueretur post verba τοῖς Ἡρακλείοις, ita locum interpunxit, ut Iolai ad Theseum sermo etiam verba εὐγενὴς δ' ἀεὶ Ἑλλάδα σώζεις παντοίαν δόξαν comprehenderet. Quo nuntio nihil umbrae Thesei gratius ad aures pervenire potuit.

[328. Πολλῶν μετ' ἄλλων imprudens dedit Grotius Excerptis p. 317. *Commune paucis* recte in interpretatione. *Ex Addendis.*]

335. Μνημονεύσεται χάρις P. E. Corruptam esse vulgatam scripturam patet ex elisione diphthongi. Articulus quidem sine ullo incommodo deleri potest, sed vereor ne graviori mendo locus laboret. An legendum, μνημονευτὸς ἡ χάρις, *dignum est hoc beneficium quod memoriae commendetur?* Qua significatione dicitur ἀξιομνημόνευτος apud prosae orationis scriptores.

337. Τάξω θ' P. E. Verbis κἀγὼ μὲν v. 336. respondent σὺ δ' v. 341.

340. Ταχὺς γὰρ Ἄργει. Ita MSS. E. G. et sic etiam Scaliger, omissum tamen a Barnesio. Confer v. 290. Musgravius.

341. Μάντεις τ' ἀθρήσας etiam E. G. Μάντεις τ' ἀθροίσας primus edidit Barnesius ex emendatione H. Stephani et Canteri Nov. Lect. VI 29. Μάντεις θ' ἀθροίσας P. E. Contra ἄθροισον pro ἄθρησον habet Aldus in Iph. A. 1416. In Cycl. 378. ubi ἀθροίσας pro ἀθρήσας legendum esse censuerunt Stephanus et Canterus, vulgatam scripturam bene defendit Barnesius.

345. Ἑζώμεσθα δὴ P. E. Contrarium vitium supra v. 33. emendavit Barnesius. Noster El. 107. Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τήνδε προσπόλων τινὰ, Πηγαῖον ἄχθος ἐγκεκαρμένῳ κάρᾳ Φέρουσαν, ἑζώμεσθα, κἀκπυθώμεθα κ. τ. ἑ. Ubi ἑζώμεσθα consistamus sive *subsistamus* significat. Nostro loco verba ἑζώμεσθα—μένοντες per μείνωμεν—ἥμενοι explicanda videntur.

346. Vertit Portus, *Supplices exspectantes hic, donec civitas rem feliciter gesserit.* Quae interpretatio defendi potest ex Androm. 254. Ὡς τοῦτ' ἄραρε, κοὐ μενῶ πόσιν μολεῖν.

Sed magis placet Musgravii versio: *Supplices, ut civitas bene rem gerat, hic manentes.* De qua vide ad v. 34.

351. *Ἀθάνα* P. E. ex monitu Porsoni ad Or. 26.

854. Canticum, quod inde a v. 854. usque ad 881. pertinet, nostra quidem sententia sic debet constitui:

Στροφή. *Εἰ σὺ μέγ' αὐχεῖς, ἕτεροι*
σοῦ πλέον οὐ μέλονται,
ὦ ξεῖν' Ἀργόθεν ἐλθών.
μεγαληγορίαισι *) *δέ γ' ἐμὰς*
φρένας οὐ φοβήσεις.
μήπω ταῖς μεγάλαισιν οὕ-
τω καὶ καλλιχόροις Ἀθά-
ναις εἴη· σὺ δ' ἄφρων, ὅ τ' Ἄρ-
γει Σθενέλου τύραννος·

Ἀντιστρ. *ὃς πόλιν ἐλθὼν ἑτέραν*
οὐδὲν ἐλάσσον' Ἄργους,
θεῶν ἱκτῆρας ἀλάτας,
καὶ ἐμᾶς χθονὸς ἀντεχομένους,
ξένος ὢν, βιαίως
ἕλκεις, οὐ βασιλεῦσιν εἴ-
ξας, οὐκ ἄλλο δίκαιον εἰ-
πών· ποῦ ταῦτα καλῶς ἂν εἴ-
η παρά γ' εὖ φρονοῦσιν;

Ἐπῳδός. *Εἰρήνα μὲν ἐμοί γ' ἀρέ-*
σκει· σοὶ δ', ὦ κακόφρων ἄναξ,
λέγω, εἰ πόλιν ἥξεις,
οὐχ οὕτως ἃ δοκεῖς, κυρή-
σεις· οὐ σοὶ μόνῳ ἔγχος, οὐδ'
ἰτέα κατάχαλκός ἐ-
στιν. Ἀλλ', ὦ πολέμων ἐρα-
στάς, μή μοι δορὶ συνταρά-
ξῃς τὰν εὖ χαρίτων ἔχου-
σαν πόλιν, ἀλλ' ἀνάσχου.

V. 3. vulgo legitur *ξεῖν' Ἀργόθεν ἐπελθών*, ruente metro. Quare aut id, quod dedimus, reponendum est, aut scribendum; *ξεῖν' ἀπ' Ἀργόθεν ἐλθών*, abundante praepositione, ut in Homericis illis *ἐξ Αἰσύμηθεν*, *ἐξ οὐρανόθεν*, quae Brunckius ad Sophocl. Antig. 106. comparat. Sed eius quum nullum apud tragicos exemplum occurrat (nam quod Eurip. Troad. 260. legitur *ἀπ' ἐμέθεν*, id nihil probare quivis intelligit), priori coniecturae non immerito plus tribuisse nobis videmur. V. 18. *παρά γ' εὖ*

[*) Vereor ne hic *μεγαληγορίαισιν* et in antistropha *ἀντισχομένους* scribendum sit. *G. D.*]

φρονοῦσιν significat, eorum, qui sapiunt, iudicia. Sic παρὰ Δαρείῳ κριτῇ, *Dario iudice*, Herodot. III. extr. V. 20. σοὶ δ' pro σὺ δ' recte conjecit Canterus. Eidem v. 25. ὦ debetur pro οὐ. Sequente versu Barnesii emendationem, συνταράξῃς pro συναράξῃς, metri ratio confirmat. Denique, quod Aldus exhibet, εὐχαρίστων, Brodaeus, si versum esse Glyconeum intellexisset, non mutasset in εὐχαρίστως. Dubitari nequit, ab Euripidis manu profectum esse εὖ χαρίτων ἔχουσαν. Sic Hippol. 452. κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν. Erfurdt. in praef. catalogi lectt. hibern. acad. Regiomont. a. 1812—13. *G. D.*]

355. Οὐ μέλομαί σου pro οὔ μοι μέλει σου, οὐ φροντίζω σου. Vide Valckenarium ad Phoen. 764.

362. Σθενέλου. Eurystheus Stheneli filius. Brodaeus. Homerus Il. T. 123. Εὐρυσθεὺς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο.

365. Metrum postulare videtur ἴκτορας. Vide Aesch. Suppl. 661. Musgravius. Ubi verba Ζηνὸς ἵκτορας ἁγνοῦ verbis Ψῆφον δ' εὔφρον' ἔθεντο respondent. Confer nostrae fabulae v. 764.

371. Παρά γ' εὖ φρονοῦσιν Barnesius. Notam interrogationis primus addidit Stiblinus, secundus Portus. Cum hoc loco conferenda verba ποῦ τάδ' ἐν χρηστοῖς πρέπει infra v. 511. Utrobique particula interrogativa ποῦ non sine indignatione negat, ut saepe apud tragicos. Soph. Oed. T. 390. Ἐπεὶ, φέρ' εἰπὲ, ποῦ σὺ μάντις εἶ σαφής; Aj. 1100. Ποῦ σὺ στρατηγεῖς τοῦδε; ποῦ δὲ σοὶ λεῶν Ἔξεστ' ἀνάσσειν ὧν ὅδ' ἤγετ' οἴκοθεν; [Noster Phoen. 551. κἆτα ποῦ 'στιν ἡ δίκη; Vide omnino Porsonum ad Or. 792. *Ex Addendis.*]

373. Videtur scribendum σοὶ Canterus. Imo, σὺ—κυρήσεις.

374. Εἰ πόλιν ἥξεις. *Hostiliter* scilicet. De hac locutione consulendus Marklandus ad Suppl. 523. Soph. Trach. 259. Στρατὸν λαβὼν ἐπακτὸν, ἔρχεται πόλιν Τὴν Εὐρυτείαν.

375. Οὐχ οὕτως. Exquisita locutio, quae omnes interpretes fugit. Sensus videtur esse, *non impune*, *non illaesus*. Noster Alc. 682. Ἄγαν ὑβρίζεις, καὶ νεανίας λόγους Ῥίπτων ἐς ἡμᾶς, οὐ βαλὼν οὕτως ἄπει. [Herodotus I. 16. Ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε, ἀλλὰ προσπταίσας μεγάλως. *Ex Addendis.*]

378. Ἀλλ' ὦ πολέμων ἐρασταὶ, *Sed, O belli avide*, Canteri emendationem in versione Latina adoptarunt Barnesius et Musgravius. Ego vero nihil mutandum censeo. Recte Portus, *Sed non sum amans bellorum.*

379. Συνταράξῃς Barnesius in margine, probante Heathio, improbante vero Musgravio.

380. Ἰὰν εὐχαρίστως ἔχουσαν edd. recentiores ex emendatione Brodaei. Τὰν εὖ χαρίτων ἔχουσαν P. E. ad Marklandi Supplic. 732. Noster Hippol. 462. Πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν, Νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν. Ad quem locum citat Valckenarius similes nonnullas locutiones. Τὴν εὖ χαρίτων ἥκουσαν dixisset Herodotus.

382. Qui Graecas tragoedias in quinos actus ad instar Latinarum distribuunt, rectius in nostra fabula procedunt quam in aliis plerisque. Sunt enim in ea quatuor Chori μέλη, eaque satis commodis intervallis posita. Actus igitur secundi hunc versum initium fecit Stiblinus, tertii v. 650. quarti v. 784. quinti v. 928.

383. Ἥκεις cum nota interrogationis primus edidit Stiblinus.

385. Λόγος primus edidit Hervagius ed. secunda. Sit etiam legendum monet Brodaeus. Ego σε pro γε dedi. Ita noster Hec. 1032. Ψεύσει σ' ὁδοῦ τῆσδ' ἐλπίς. Aesch. Pers. 472. Ὦ στυγνὲ δαῖμον, ὡς ἄρ' ἔψευσας φρενῶν Πέρσας. Soph. Oed. C. 628. εἴπερ μὴ θεοί ψεύσουσί με. Aj. 1382. καί μ' ἔψευσας ἐλπίδος πολύ. Ita passim.

386—388. Legendum, ni fallor, Ὁ γὰρ στρατηγὸς, εὐτυχὴς τὰ πρόσθεν ὢν, Αἴσσει, σάφ' οἶδα, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν, Εἰς τὰς Ἀθήνας. Tyrwhittus, qui jam olim τὰ πρόσθεν ὢν reposuerat, retinebat tamen ἔστιν, cum φρονῶν connectens, ἔστιν οὐ σμικρὸν φρονῶν. Musgravius. Retinendum esse τὰ πρὸς θεῶν patet ex Iph. T. 560. Ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, δίκαιος ὤν. Contra vitiosum esse ἐστὶν ex eo apparet, quod rarissime ἐστὶ in initio versus legitur, nisi in initio sententiae, vel saltem post aliquam pausam sive distinctionem. Dedi igitur εἶσιν, veniet, quod miror Musgravio in mentem non venisse. Utrum vero verba εἰς τὰς Ἀθήνας cum εἶσιν conjungenda sint, an cum verbis οὐ σμικρὸν φρονῶν, non usquequaque certum est. Ego Portum et Barnesium sequor, propter illud nostri Hippol. 6. Σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.

[387. Quatuor sola tragicorum loca reperi, quae ad ἔστιν hoc loco defendendum allegari possent. I. Aesch. Agam. 1240. Τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς. ἄρσενος φονεὺς Ἔστιν. Malim, Τοιαῦτα τολμᾷ. θῆλυς ἄρσενος φονεὺς Ἔσται. Sed magis Aeschyleum videtur, Τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς ἄρσενος φονεύς. Εἶεν. τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος Τύχοιμ' ἄν; Saepe occurrit εἶεν hoc modo ante interrogationem adhibitum. Ita noster Phoen. 856. Εἶεν, πάρεσμεν. τί μ' ἐκάλεις σπουδῇ, Κρέον; Ibid. 1609. Εἶεν. τί δράσω δῆθ' ὁ δυσδαίμων ἐγώ; Hippol. 297. Εἶεν. τί σιγᾷς; οὐκ ἐχρῆν σιγᾶν, τέκνον. Suppl. 1094. Εἶεν. τί δὴ χρὴ τὸν ταλαίπωρόν με δρᾶν; Iph.

A. 454. Εἶεν. τί φήσω πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμήν; Ion. 756. Εἶεν. τί δρῶμεν, θάνατος ὢν κεῖται πέρι; Adde Hec. 313. Med. 386. Iph. A. 1185. Tro. 945 998. Ion. 275. Herc. 451. El. 907. II. Choëph. 91. Ἢ τοῦτο φάσκω τοὔπος, ὡς νόμος βροτοῖς Ἔστ', ἀντιδοῦναι κ. τ. ἑ. Lego, Ἢ τοῦτο φάσκω τοὔπος, ὡς νόμος βροτοῖς, Ἐσθλ' ἀντιδοῦναι τοῖσι πέμπουσιν τάδε Στέφη, δόσιν τε τῶν καλῶν (vulgo κακῶν) ἐπαξίαν; Legi etiam posset, Εὖ τ' ἀντιδοῦναι. Obiter moneo apud Aristoph. Eq. 1206. pro barbaro vocabulo ὑπεραναιδεσθήσομαι legendum esse ὑπεραναιδευθήσομαι. III. Eurip. Herc. 1291. Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν, ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς Ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ συγγενῶς (συγγενῶς edd. recentiores) δύστηνος ὤν. Nihilo deterius esset, ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς Ἦν. Sed quid sibi vult illud συγγενῶν vel συγγενῶς? IV. Theseo fr. 5. Τὸ δ' αὖ τέταρτον ἦν μὲν εἰς ὀρθὸν μία, Λοξαὶ δ' ἐπ' (f. ἀπ') αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι Εἰσίν. Agitur de litera E, quae in nomine ΘΗΣΕΥΣ quartum locum obtinet. Hic etiam non male legeretur praeteritum ἦσαν. Vide tamen an etiam minori mutatione res expediri possit, legendo, τρεῖς κατεστηριγμέναι Εἰς ἕν. Quamquam hoc libentius admitterem, si Euripidis aetate litera E talem formam [K] habuisset. Nostro loco si retinetur εἰσίν, legendum videtur σάφ' ἴσθι. De qua varietate consulendus Blomfieldius ad Aesch. Prom. 513. (503. Stanl.) *Ex Addendis.*]

387. Καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν. In his verbis nonnihil haereo. Sententia postulare videtur ut particula καὶ propriam suam vim servet. Εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν, καὶ οὐ σμικρὸν φρονῶν. Sed in καὶ μάλα, καὶ λίαν, et similibus, omnino παρέλκειν videtur καί. Incertus Rhes. 85. Καὶ μὴν ὅδ' Αἰνέας καὶ μάλα σπουδῇ ποδὸς Στείχει. Quidquid de hoc statuatur, hinc emendandus Soph. Aj. 1120. Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν. Aesch. Pers. 784. Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέον φρονεῖ. Vulgo σμικρὰ et νέα.

389. Legitur hic versus apud Stobaeum XXII. p. 188. Imitatur noster Aeschylum Pers. 829. Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόπων ἄγαν Φρονημάτων ἔπεστιν, εὔθυνος βαρύς.

391. Ἄνδρα γὰρ χρεὼν P. E. [Scribi poterit δὴ vel γάρ. Erfurdt. ad Sophocl. Ajac. p. 629. *G. D.*] *Δὲ et γὰρ facillime permutantur*, inquit Porsonus ad Med. 34. *quamquam facilius δὲ in γὰρ quam γὰρ in δὲ migrat*. Vide v. 404.

394. Εἰς τάδ' primus edidit Hervagius ed. secunda. Sic etiam emendat Brodaeus. Consentit S. et, ut opinor, E. Alterum enim cod. cum Aldo consentire ait Musgravius.

395. *Μεκάρραν.* Legendum λεπάραν. *In aspero jugo castrametatus.* Brodaeus. Qui scripsisse videtur, *Λεπάραν*— λεπαίαν. *Λεπαίαν δ' ὀφρύην* primus edidit Stiblinus, secundus Barnesius, qui hanc emendationem a Porto quoque memoratam pro sua venditare videtur. Vertit Stiblinus, *Montosis insidens jugis.* *Λεπαῖος* legitur etiam in Hippol. 1248. Iph. T. 324. Canterum *Λεπάραν* in textu retinuisse non miror, Portum miror. Canterus enim ed. Stiblinianam vix unquam inspexisse videtur, Portus eam satis diligenter usurpavit. Vertit Portus, *In Lepara colle considens.* Si rogas ubinam gentium sit Lepara collis, respondeo, *Lepara nomen proprium montis in finibus Atticae et Megarensium.* Quae verba in suo ed. Brubachianae exemplari calamo annotata reperit Reiskius. Scilicet viros doctos fefellit *Λεπάραν* in Aldina per *Λ* majusculum scriptum. Quod ad ὀφρύην attinet, huc respexit Photius, monente Musgravio: *Ὀφρύην. τὸ μετέωρον. Εὐριπίδης.* Monet idem hanc vocem saepius usurpari ab Herodoto IV. 181. seqq.

396. *Δόκησιν δὴ τάδ' ἂν λέγοιμί σοι* S. Haec verba διὰ μέσου esse primus monuit Brodaeus, qui recte vertit, *uti et suspicor.* Confert Tyrwhittus Bacch. 629. *Κᾆθ', ὁ Βρόμιος (ὥς ἔμοιγε φαίνεται, δόξαν λέγω) Φῶς ἐποίησεν κατ' αὐλήν.*

[J. C. Orellio in appendice ad Isocratis de antidosi orationem p. 389. scribendum videtur:

σκοπεῖ, (δόκησιν δὴ τόδ' ἂν λέγοιμί σοι,)
ποίᾳ προσάξει στρατόπεδον τᾷ νῦν χθονί,
ἐν ἀσφαλεῖ τε τῆσδ' ἱδρύσεται δορός.

Dativum enim χθονί requirere προσάξει: δόρυ τῆσδε autem (sc. χθονός) dictum esse ut alibi δόρυ τὸ Καδμείων, Ἀργείων, Ἑλλάνων δόρυ. *G. D.*]

397. *Ποίᾳ* primus edidit Portus. *Qua via* Brodaeus et Stiblinus.

Ibid. Ex voce ἀσφαλεῖ apparet quomodo Demophoon Eurysthei consilium interpretatus sit: credidisse enim non pugnae occasionem quaeri, sed tutam exercitui stationem. Hinc pro τανῦν δορὸς repono τ' ἄνευ δορός. *Ἄνευ δορός, sine Marte.* Aesch. Eum. 289. *κτήσεται δ' ἄνευ δορὸς Αὐτόν τε καὶ γῆν καὶ τὸν Ἀργεῖον λεὼν Πιστὸν δικαίως εἰς τὸ πᾶν τε σύμμαχον.* Tyrwhittus τὰ νῦν ὁδῷ. Musgravius. Musgravii emendationem adoptavi. Idem significat ἄτερ Χαλυβδικοῦ supra v. 162.

398. *Τῇδ' ἱδρύσεται* S. edd. recentiores, *Τῆσδ'* recte Tyrwhittus, consentiente E.

399. Ἄραρ' P. E. De hoc verbo vide Valckenarium ad Hippol. 1090. et Brunckium ad Med. 323.

401. Οἷς χρὴ ταῦτα τέμνεσθαι θεῶν. Aesch. Pers. 202. σὺν θυηπόλῳ χερὶ Βωμῷ προσέστην, ἀποτρόποισι δαίμοσι Θῦσαι θέλουσα πέλανον, ὧν τέλη τάδε. Herodotus I. 118. Σῶστρα τοῦ παιδὸς γὰρ μέλλω θύειν τοῖσι θεῶν τιμὴ αὕτη προσκέεται.

402. 403. Horum versuum sedes immutanda est, ut vidit etiam Tyrwhittus. Musgravius. Mihi quidem nihilo deterior videtur vulgatus ordo. Σφάγια v. 400. memorata tum demum sacrificanda erant, cum ad manus cum Eurysthei exercitu veniendum erat. Sed interea victimas ad omnes urbis aras immolabant haruspices, quas τροπαιά τ' ἐχθρῶν καὶ πόλει σωτήρια recte appellari quis dubitet?

402. Θυηπολεῖται δ' ἄστυ. Id est, μάντεις κατ' ἄστυ θυηπολοῦσι. Hoc adde exemplis ad Soph. Oed. T. 1094. allatis.

403. Τροπαιά τ' ἐχθρῶν. Subauditur θυηπολήματα [vel θύματα], quod verbum *virtualiter* continetur in θυηπολεῖται. Barnesius. Τρόπαιά τ' (sic) Hervagiana prima. Τροπαιά τ' Hervagiana secunda et sequentes omnes. Recte, modo recte legatur infra v. 867. Ὦ Ζεῦ τροπαῖε. Notum est grammaticorum monitum, Atticos non τρόπαιον sed τροπαῖον dixisse. Quod si de τροπαῖον verum est, verum etiam esse puto de τροπαῖος. Non me fugit operam eos perdere, qui de singularum vocum accentibus nimis curiose disputent, quippe quorum notitiam solis grammaticis Alexandrinis debeamus, natis quidem illis potius ad obscurandam quam ad illustrandam veterem linguam Graecam. Ubi vero in προσῳδίᾳ cujuslibet vocis fluctuant hodierna librorum exemplaria, operae pretium est eam scripturam quae melior videatur, ubique repraesentare. Τροπαῖον προπερισπωμένως habet Aldus in Androm. 764. τροπαῖα ibid. 695. Τροπαῖ' igitur dedi infra v. 786.

Ibid. Σωτήρια, quod habet Brodaeus in annotationibus, primus in textum admisit Barnesius.

404. Χρησμῶν γὰρ ἀοιδοὺς Hervagiana prima et sequentes ante Barnesium, qui Aldinam scripturam revocavit. [Imo, Hervagiana secunda et tertia cum sequentibus ante Barnesium. Cum Aldina consentiunt Hervagiana prima et Brubachiana. *Ex Addendis.*] Χρησμῶν γὰρ ᾠδοὺς e v. 489. emendarat Duportus.

Ibid. Συναλίσας. Ita scribo Scaligeri auctoritate, et quia ἁλίσας, priorem cum habeat brevem, versui sufficere non potuit, et quoniam συναλίσας frequentius in hac significatione occurrat. Barnesius. Ἁλίσας primam produ-

cit apud nostrum Herc. 412. monente Musgravio. Deinde apud veteres non minus usitatum est ἁλίζω quam συναλίζω. Participium ἁλίσας ter minimum in libro primo usurpat Herodotus, capp. 77. 80. 119. Significat ἀθροίσας, quod in simili locutione adhibet noster supra v. 341. Utrumque ἁλίζω et συναλίζω usurpat Xenophon, obsoletorum et poëticorum vocabulorum sectator omnium Atticorum studiosissimus. Illud habet Anab. II. 4, 3. VI. 3, 3. hoc Paed. I. 2, 15. 4, 14. Anab. VII. 3, 48. Hellen. I. 1, 30. Hesychius v. Ἀλίσας duo diversa verba ἁλίζω et ἀλίνδω confundit, nisi glossa ejus ita scribenda est: Ἀλίσας. κονίσας, κυλίσας, καταβαλών. Ἁλίσας. συναθροίσας, συναγαγών. Ἀλίσας tenui spiritu primam corripit, secundam producit. Aristoph. Nub. 32. Ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξαλίσας οἴκαδε.

408. Γνῶμα habet etiam Soph. Trach. 593. γνώματος Aesch. Agam. 1361.

409. 410. Κόρῃ Δήμητρος Barnesius ad v. 600. Vulgatam scripturam, quam agnoscere videtur argumenti scriptor, corruptam esse ostendit particula γε ad hiatum evitandum inserta. Vitio non valde diverso vulgo legitur in Tro. 765. Οὐ γάρ ποτ' αὐχῶ Ζῆνα γ' ἐκφῦναι σ' ἐγώ, modo scripserit poëta Ζηνὸς ἐκφῦναί σ', ut conjecit Reiskius. Sed praestare videtur altera Reiskii emendatio Ζῆνά γ' ἐκφῦσαί σ'. Nam particula γε, quae nostro loco plane supervacanea est, in Troasi vim sententiae addit. [Cum Troadum loco confer Med. 597. *Ex Addendis.*] Deinde nostro loco displicet παρθένον κόρην, quas voces conjunctas alibi nusquam reperi. Κόρῃ Δήμητρί τ' mavult Piersonus Verisim. 179. Sed solam Proserpinam nominat poëta v. 601. nec facile dixeris quare Cereri immolanda sit virgo, quam deam peculiari religione Marathone coli nemo unquam dixit. Praeterea κόρη absolute pro Proserpina dictum a tragico sermone alienum videtur. Namque in Suppl. 34. unde verba Κόρης τε καὶ Δήμητρος citat Piersonus, praecedunt verba δυοῖν θεαῖν.

412. Κτανῶ P. E. Κτενῶ Atticis abjudicat Porsonus ad Or. 929.

414. Ἑκὼν δὲ τίς primus edidit Portus, ante quem notam interrogationis post τέκνα v. seq. adhibuerat Stiblinus.

416. Etsi virorum doctorum, qui ante me huic fabulae emendandae operam dederunt, infelices conjecturas plerumque memorare supersedeo, operae pretium est attendere quomodo verba πικρὸν ὂν eorum ingenium exercuerint. *Videtur scribendum πικρόνων, aut potius πικρονέων,* inquit Canterus. Πονηρὸν Scaligeri emendatione

posthabita, πολιτῶν conjicit Barnesius. Πικρόν, γ' ὄν, quae res sane peracerba est, mavult Reiskius, διχοφρόνων Heathius, διχονόων vel διχοφρόνων Musgravius. Recte πικρὰς ἂν E. Alter cod. Parisiensis πικρὰν ἂν habet.

Ibid. Ξυστάσεις sunt κύκλοι, ὁμιλίαι, *coetus*, *conventus*. Noster Androm. 1089. εἰς δὲ συστάσεις Κύκλους τ' ἐχώρει λαὸς οἰκήτωρ θεοῦ.

417. Δίκαιον ἦν P. E. Ἦν nostro loco, ut alibi passim, ἐστὶ significat. Subiunctivus ᾖ soloecus est.

418. Μωρίαν ἐμοῦ P. E. ad Marklandi Iph. T. 918. Verba accusandi genitivum personae, ut loquuntur grammatici, accusativum autem rei postulant. Noster Or. 28. Φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν; Hippol. 1057. Ἥδ' δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη, Κατηγορεῖ σου πιστά. Ion. 931. Τί φῄς; τίνα λόγον Λοξίου κατηγορεῖς; Unde malim in Syleo fr. 4. Τό τ' εἶδος αὔτ' αὐθαδίαν κατηγορεῖ Σιγῶντος. [Syleus satyricum drama fuisse videtur, in quo fortasse stare posset hujusmodi senarius, Τό τ' εἶδος αὔτ' αὐθαδίαν κατηγορεῖ. Conjecit Musgravius, Τό τ' ἦθος αὐτόθεν τι σοῦ κατηγορεῖ Σιγῶντος. Malim, αὐθαδές τι. Sed verum videtur, * * τό γ' εἶδος αὐτό σου κατηγορεῖ. Deest primus pes. *Ex Addendis.*] Vertendum igitur nostro loco, *stultitiae me accusantium*, non, cum Porto aliisque, *stultitiam meam accusantium.*

419. Ἢν δὲ μὴ δράσω τόδε. *Nisi rem ita composuero, ut utrique parti satisfaciam.* Vel, *Nisi cavero ne cui ut filiam suam immolet auctor sim.* Brodaeus. Haec interpretatio melior videtur. Διὰ μέσου collocanda sunt verba καὶ νῦν πικρὰς ἂν—κατηγορούντων.

424. 425. Atossa apud Aesch. Pers. 211. εὖ γὰρ ἴστε, παῖς ἐμὸς, Πράξας μὲν εὖ, θαυμαστὸς ἂν γένοιτ' ἀνήρ, Κακῶς δὲ πράξας, οὐχ ὑπεύθυνος πόλει, Σωθεὶς δ' ὁμοίως τῆσδε κοιρανεῖ χθονός.

426. Ἀλλ' ἦ. *Sane* aut *profecto* plerique interpretes. *An ergo* cum interrogatione recte Musgravius. Vide Aesch. Agam. 284. Choëph. 218. 772. Suppl. 520. 920. Soph. El. 879. Eurip. Phoen. 1698. Hippol. 858. 932. (ubi consulendi Valckenarius et Monkius) Alc. 58. 819. Iph. A. 847. Iph. T. 1170. Bacch. 920. Hel. 497. Ion. 755. Herc. 1128. incertum Rhes. 86.

428. Atticos ἔοργμεν et εἴξασι pro ἐοίκαμεν et ἐοίκασι dixisse nemini ignotum est. Praeter nostrum locum, ἔοργμεν occurrit infra v. 681. Cycl. 99. et apud Soph. Aj. 1239. Quid pro ἐοίκατε dixerint ego quidem nescio. De εἴξασι consulendi Ruhnkenius ad Timaeum p. 98. et Piersonus ad Moerin p. 148.

430. Ὡς χεῖρα γῇ συνῆψαν. *Simul ac manu terram tetigerant,*

Valckenarius ad Phoen. 1409. Nota est locutio *εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τινὶ*, *ad manum cum aliquo venire*. Nostro loco de terra loquitur poëta tanquam de persona. Dicitur *εἰς λόγους συνάπτειν* in Phoen. 709. *Ὡς εἰς λόγους ξυνῆψα Πολυνείκει μολών.* Nihil igitur muto.

431. *Πνοαῖσιν* edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam. *Πνοια* edd. omnes in Androm. 479. Tro. 883. Altera scriptura melior mihi videtur. Quamvis enim *ποιά*, *ῥοιά*, *στοιά*, *χροιά*, et alia fortasse nonnulla, apud veteres saltem Atticos rectius per diphthongum quam per simplicem vocalem scribantur, diversam fuisse horum rationem ostendit rectus casus singularis, qui in his semper in *A* desinit, in illo semper in H, nisi in Doricis Chori canticis. Neque unquam, quod sciam, apud tragicos aut comicos metro repugnat *πνοὴ* priore correpta. Contra *ποιὰ* priorem producit apud Eurip. Cycl. 332. Aristoph. Eq. 606. *ῥοιά*, *malum Punicum*; apud Aristoph. Pac. 1001. *στοιὰ* Eccl. 676. 684. 686. *χροιά* apud Eurip. Bacch. 457. et alibi. Male igitur, ni fallor, Porsonus in Or. 145. pro Aldina scriptura *ἅ ἃ σύριγγος ὅπως πνοά*, *ἅ ἃ σύριγγος ὡς πνοιά* dedit. Versus antitheticus est, *Ὀλεῖς, εἰ βλέφαρα κινήσεις.* Metrum est syzygia dochmiaca bacchio subjecta. Satis bene sibi respondent syzygiae dochmiacae *ῥιγγὸς ὅπως πνοὰ* et *βλέφαρα κινήσεις*. [*Πνοιαῖς* metro repugnante olim legebatur apud Aesch. Suppl. 142. *Ex Addendis.*]

432. *Ἀπωθούμεσθα* edd. recentiores.

436. *Ξυγγνωτὰ* scribendum, si vera sunt quae ad Soph. Oed. T. 361. dixi. Sed apud Euripidem alteram scripturam tantum non ubique exhibent hodierni libri. Quid si statuamus utramque formam apud veteres in usu fuisse? Eodem modo fortasse dirimenda grammaticorum lis de *κλαυτὸς* et *κλαυστός*.

Ibid. *Εἰ μὴ θέλει* P. E. In vulgata scriptura, supplendum *ξυγγνωστὰ ἂν εἴη*, in nostra, *ξυγγνωστά ἐστι*. Cum de re certa loquatur Iolaus, melius sententiae convenit *ἐστὶ* quam *ἂν εἴη*.

437. *Αἰνέσαι δ' ἔχω* Valckenarius ad Phoen. 712. qui monet *αἰνεῖν ἔχω* infra occurrere v. 486.

438. 439. Verba *εἰ θεοῖσι δὴ δοκεῖ τάδε πράσσειν ἔμ'* ad sequentia referenda esse primus monuit Heathius.

439. An legendum, *οὔτοι σή γ' ἀπόλλυται χάρις*? Quamquam parum refert.

442. *Ἔρκος* edd. recentiores.

444. *Κἀμοὶ* S. edd. recentiores. Recte se habet *κἀμοῦ*. Ita noster Med. 346. *Τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι φροντίς, εἰ φευξούμεθα. Κείνους δὲ κλαίω ξυμφορᾷ κεχρημένους.*

448. Noster Hec. 661. Τί δ', ὦ τάλαινα τῆς κακογλώσσου βοῆς. [Med. 1028. Ὦ δυστάλαινα τῆς ἐμῆς αὐθαδίας. *Ex Addendis.*]

[450. Herodotus I. 8. Χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς. *Ex Addendis.*]

452. Ἀλλ' οἶσθ' ὅ μοι ξύμπραξον; Vide ad Oed. T. 543.

Ibid. Οὐχ ἅπασι γάρ. *Non prorsus, non omnibus modis.* Brodaeus. Πᾶσι pro παντάπασι habet Soph. Oed. T. 40. Νῦν τ', ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα. Oed. C. 1446. Ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν. Nostro loco ἅπασα S. et edd. recentiores ante Musgravium, qui ex Aldina ἅπασι revocavit. Ἅπασα mavult Porsonus Advers. p. 268.

[455. J. C. Orellius in append. ad Isocr. antid. p. 389. suspicatur σωθήτω τέ σοι τέκνα, collato v. 493. sq. *G. D.*]

459. Ἀνήρ P. E.

460. Quae hic μὴ 'μαθεῖ habent edd. omnes, infra v. 882. μὴ ἀποτίσασθαι plene scriptum exhibent. Pronuntiandum puto, μάμαθεῖ, μάποτίσασθαι. Signum elisionis in his locum habere non debet. Nullam enim vocalem in initio vocis elidunt Attici nisi E, eamque tantum in certis quibusdam vocibus. Μὴ ἀδικεῖν plene scriptum habet Aldus in Hec. 1249. μὴ ἀντὶ Androm. 809. μὴ ἀδίκει Cycl. 271. μὴ ἀποδέξηται Hel. 838. μὴ ἀποδώσω ibid. 1017. Talia in codd. plerumque plene scripta exhiberi auctor est Valkenarius ad Hippol. 996.

461. Καὶ τύχης. MS. G. καὶ δίκης. Legendum, ut monet etiam Tyrwhittus, κἀτυχὴς τις ἂν τύχοι. Musgravius. Κἀτυχὴς τις ἂν τύχῃ minus recte Grotius Excerpt. p. 954. probante Heathio. Vertit Grotius, *Reverenda res est sobriae menti miser.* Αἰδὼς hic *clementiam* significat, ut ἀναίδεια *crudelitatem* in Herc. 165. Θρασύς, *crudelis*, infra v. 978. Ceterum permutantur δίκη et τύχη etiam apud Soph. Ant. 387. Τί δ' ἔστι; ποίᾳ ξύμμετρος προὔβην τύχῃ; Apud nostrum Iph. A. 1437. non male conjicit Canterus ἀτυχήσεις pro ἀδικήσῃ. [Antipho p. 618. Πῶς οὖν ταύτην ἐλεεῖν ἄξιόν ἐστιν, ἢ αἰδοῦς τυγχάνειν παρ' ὑμῶν, ἢ ἄλλου του; Et paullo post p. 619. Καὶ μὴ τυχοῦσα μήτ' αἰδοῦς μήτ' ἐλέου μήτ' αἰσχύνης μηδεμιᾶς παρ' ὑμῶν, τῆς δικαιοτάτης ἂν τύχοι τιμωρίας. *Ex Addendis.*]

466. Miror Eurystheum absolute ἄνακτα a Demophonte appellari. Ita quidem de Lyco loquitur Amphitryo Herc. 588. Πολλοὺς πένητας, ὀλβίους δὲ τῷ λόγῳ Δοκοῦντας εἶναι, ξυμμάχους ἄναξ ἔχει. Sed Lycum vere dominum appellare poterat Amphitryo, minime Eurystheum Demophon.

471. Doricum λῦμας in senario manere passi sunt omnes edi-

toret. Sic etiam ἐτόλμα infra v. 508. In Hel. 596. ubi male vulgo legitur, λύπας ἅλις ἔχων, λύπας non est genitivus Doricus sed accusativus pluralis ab imperitis librariis invectus, ut τὰς συμφορὰς pro τῆς ξυμφορᾶς Suppl. 732.

475. Quod supra ad v. 49. de Copreo monui, idem hic de Macaria monendum est, cujus nomen in ipsa fabula nusquam obvium e scriptoribus mythologicis in indicem personarum intulerunt grammatici. Ejus historiam praeter alios narrat Pausanias I. c. 32. p. 79. a Barnesio ad v. 35. allegatus: Ἔστι δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι πηγὴ καλουμένη Μακαρία, καὶ τοιάδε ἐς αὐτὴν λέγουσιν. Ἡρακλῆς ὡς ἐκ Τίρυνθος (Vide v. 164.) ἔφευγεν Εὐρυσθέα, παρὰ Κήϋκα φίλον ὄντα μετοικίζεται βασιλεύοντα Τραχῖνος. ἐπεὶ δὲ ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλέους, ἐξῄτει τοὺς παῖδας Εὐρυσθεύς, ἐς Ἀθήνας πέμπει σφᾶς ὁ Τραχίνιος, ἀσθένειάν τε λέγων τὴν αὐτοῦ (Vide v. 194.), καὶ Θησέα οὐκ ἀδύνατον εἶναι τιμωρεῖν. Ἀφικόμενοι δὲ οἱ παῖδες ἱκέται, πρῶτον τότε Πελοποννήσιοι ποιοῦσι πόλεμον πρὸς Ἀθηναίους, Θησέως σφᾶς οὐκ ἐκδόντος αἰτοῦντι Εὐρυσθεῖ. λέγουσι δὲ Ἀθηναίοις γενέσθαι χρησμὸν, τῶν παίδων ἀποθανεῖν χρῆναι τῶν Ἡρακλέους τινὰ ἐθελοντὴν, ἐπεὶ ἄλλως γε οὐκ εἶναι νίκην σφίσιν. ἐνταῦθα ἡ Μακαρία Δηϊανείρας καὶ Ἡρακλέους θυγάτηρ ἀποσφάξασα ἑαυτὴν, ἔδωκεν Ἀθηναίοις τε κρατῆσαι τῷ πολέμῳ, καὶ τῇ πηγῇ τὸ ὄνομα ἀφ' ἑαυτῆς. Vide etiam Schol. ad Aristoph. Eq. 1148.

476. Προσθῆτε P. E. Quod de τρόπαιον et τροπαῖον supra dixi ad v. 403. hic de πρόσθητε et προσθῆτε dictum velim. Cum enim fluctuent libri inter hanc et illam scripturam, officium est editoris operam dare ut saltem eadem προσῳδία ubique adhibeatur. Veteres προσθῆτε et similia properispomenos dixisse ex analogia fere certum est. Antiqua enim forma fuit προσθέητε. Omnes Euripidis editiones προσθῶ habent Iph. A. 640. προσθῇς Alc. 1051. προσθῶμεν Suppl. 948. Quod ad significationem attinet, conferendus noster Hippol. 950. Οὐκ ἂν πιθοίμην τοῖσι σοῖς κόμποις ἐγὼ θεοῖσι προσθεὶς ἀμαθίαν φρονεῖν κακῶς. Androm. 217. εἰς ἀπληστίαν λέχους Πάσαις γυναιξὶ προστιθεῖσ' ἂν ηὑρέθης. [Προσθῆτε. Προσβάλλειν eodem sensu usurpat Soph. El. 973. Λόγῳ γε μὴν εὔκλειαν οὐχ ὁρᾷς ὅσην Σαυτῇ τε κἀμοὶ προσβαλεῖς, πεισθεῖσ' ἐμοί; Ex Addendis.]

Ibid. Πρῶτον μὲν τόδ' mavult Porsonus ad Med. 139. 140. propter particulam γὰρ parvo intervallo bis adhibitam. Exemplis a Porsono allatis adde hujus fabulae vv. 385. 386. 523. 524. Si μὲν nostro loco necessarium esset propter δὲ v. 479. mallem superiore versu θράσος μὲν μηδένα

Nec minus recte diceretur *θράσος μηδὲν ἐξόδοις ἐμαῖς προσθῆτε*, quam *θράσος μοὶ μηδὲν προσθῆτε ἕνεκα ἐξόδων ἐμῶν.* Hoc enim valet dativus *ἐξόδοις ἐμαῖς.*

478. *Εἴσω θ'* P. E.

481. Minus recte interpungeretur, *ἀλλ', εἰμὶ γὰρ κ. τ. ἑ.* Dicere enim potuisset poëta, si per metrum licuisset, *ἀλλὰ γάρ εἰμι.* Ante *γὰρ* autem nemo unquam interpunxit. Noster Phoen. 1318. *Ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ Πρὸς δόμους στείχοντα, παύσω τοὺς παρεστῶτας γόους.* Herodotus V. 3. *Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μή κοτε ἐγγένηται; εἰσὶ δὴ κατὰ τοῦτο ἀσθενέες.* In his locutionibus, particulae *ἀλλὰ γὰρ* significant *ἀλλ' ἐπεί.* Apud Herodotum vulgo plenins distinguitur post *ἐγγένηται,* quod vitium saepe apud eum reperio. Idem I. 14. *Ἀλλ' οὐδὲν γὰρ μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο, βασιλεύσαντος δυῶν δέοντα τεσσεράκοντα ἔτεα, τοῦτον μὲν παρήσομεν, τοσαῦτα ἐπιμνησθέντες.* Quae verba vulgo in duas periodos divisa sunt, plena distinctione post *ἔτεα* adhibita. Idem IX. 27. *Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε τάξιος εἵνεκα στασιάζειν πρέπει, ἄρτιοί εἰμεν πείθεσθαι ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκέει ἐπιτηδεώτατον ἡμέας εἶναι ἑστάναι, καὶ κατ' οὕστινας.* Hic etiam post *πρέπει* plene distinguitur in vulgatis libris. Idem IX. 109. *Ἀλλὰ πόλις τε ἐδίδου καὶ χρυσὸν ἄπλετον, καὶ στρατὸν τοῦ ἔμελλε οὐδεὶς ἄρξειν ἀλλ' ἢ ἐκείνη. Περσικὸν δὲ κάρτα ὁ στρατὸς δῶρον. ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε, διδοῖ τὸ φᾶρος. ἡ δὲ περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ, ἐφόρεέ τε καὶ ἀγάλλετο.* Interdum omnino reticetur *γὰρ*, ut supra v. 378. Ita Noster Phoen. 99. *Ἀλλ' οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις, Κέδρου παλαιὰν κλίμακ' ἐκπέρα ποδί.*

Ibid. *Πρόσφορος. Apta, idonea.* Subaudiendum autem *πρεσβεύειν.* Sic Pindarus Olymp. IX. 121. *πρόσφορος ἀναγεῖσθαι.* Hesychius: *Πρόσφορον. ἐπιτήδειον, ἁρμόζον, οἰκεῖον.* Musgravius. Malim, *πρόσφορος πυθέσθαι.* Propior scilicet ostio templi, quam avia aut sorores.

482. *Κἀμαυτῆς πέρι.* Sensus est, *οὐ μόνον περὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐμαυτῆς.* Ita paullo post v. 568. *κἀμοὶ* significat *οὐ μόνον σοὶ, ἀλλὰ καὶ ἐμοί.*

483. *Μὴ* pro *εἰ, num, an, utrum.* Noster Tro. 176. *Οἴμοι, τρομερὰ σκηνὰς ἔλιπον Τάσδ' Ἀγαμέμνονος, ἐπακουσομένη, Βασίλεια, σέθεν, Μή με κτείνειν δόξ' Ἀργείοις κεῖται μελέαν.* [Soph. Ant. 1253. *Ἀλλ' εἰσόμεσθα μή τι καὶ κατάσχετον Κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένη.* Interrogative pro *μῶν* idem Oed. C. 1502. *Μή τις Διὸς κεραυνὸς, ἤ τις ὀμβρία Χάλαζ' ἐπιρράξασα;* Ibid. 859. *Ἥκεις γὰρ οὐ κενή γε, τοῦτ' ἐγὼ σαφῶς Ἔξοιδα· μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι; Ex Addendis.*]

485. Οὐ νέωστι δή. Interpretare, πάλαι δή.

487. Εὖ προχωρῆσαι, Id est, ni fallor, εὐτυχῆσαι. Sic εὖ βεβηκόσιν pro εὐτυχοῦσι Soph. El. 979. Verbum προχωρεῖν diverso sensu usurpat noster Phoen. 1271. Οὐκ ἐν χορείαις, οὐδὲ παρθενεύμασι, Νῦν σοι προχωρεῖ δαιμόνων κατάστασις.

488. Εἰς ἀμήχανα P. E. Sic ἐξ ἀμηχάνων supra v. 149. Si ἀμήχανον adhibuisset poëta, articulo, ni fallor, addito dixisset, εἰς τἀμήχανον. [εἰς τἀμήχανον, repertum in codice Romano C., reponi jubet Elmsleius ad Medeam 397. p. 147. *G. D.*] Sed alterum praestat. Similia vitia in Aldina sunt φάσγανον Or. 951. οὐδέτερον ibid. 1577. πρῶτον Suppl. 30. θέσφατον Iph. A. 1268. ξόανον Iph. T. 1359. ἀδύνατον, Hel. 817. [Adde τέκνον Iph. A. 1186. ubi legendum τέκνα e v. 1015. *Ex Addendis.*]

491. Supra dixerat v. 410. ἥτις ἐστὶ πατρὸς εὐγενοῦς. Paullo inferius sic quoque loquitur v. 514. πατρὸς οὖσαν εὐγενοῦς. [Adde Alc. 833. Οὐκ ἔστιν οὕτως οὔτε πατρὸς εὐγενοῦς.] Quare hic mihi non displicuisset, Σφάξαι κελεύειν, πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς. BRODAEUS. Brodaei emendationem post Barnesium adoptavi. Violentam esse hanc mutationem contendit Piersonus Verisim. p. 178. nec solere librarios illa πατρὸς et μητρὸς confundere; praeterea non parvam superesse difficultatem in verbis σημαίνειν et κελεύειν, quorum alterutrum frigeat et abundet. Legendum igitur censet, Σφάξαι κόρῃ Δήμητρος, ἥτις εὐγενής. Quasi vero facilius fuerit librariis ΚΟΡΗΙΔΗ in ΚΕΛΕΥΕΙΝ mutare, quam ΠΡΟΣ in ΜΡΟΣ. Quod ad σημαίνειν et κελεύειν attinet, primum conferendus locus e Rheso a Reiskio indicatus. V. 879. Τρῶας δ' ἰόντας τοῖσιν ἐν τείχει χρεὼν Πριάμῳ τε καὶ γέρουσι σημῆναι, νεκροὺς Θάπτειν κελεύειν λεωφόρους πρὸς ἐκτροπάς. Quem locum si recte cum nostro comparavit Reiskius, verbum σημαίνειν ad oraculorum interpretes referendum est, κελεύειν ad ipsum Demophontem. Deinde σημαίνειν non *jubere* sed *indicare* interpretari potes, hoc scilicet modo, *Oraculorum enim interpretes ait hicce non taurum aut vitulum significare, sed puellam nobilem mactare jubere.* Ita fere Portus. Sed esto ut σημαίνειν et κελεύειν ita explicanda sint, ut alterutrum eorum prorsus abundet. An vero tam raro in tragico sermone occurrunt pleonasmi, ut vulgatam nostri loci scripturam eo nomine sollicitare necesse sit? Ceterum verba μητρὸς ἥτις εὐγενής copiose defendit Musgravius, hac scilicet significatione, *Quae nobilis sit a parte materna.* Quin et μητρὸς mavult supra v. 410. Cujus rationes, meo quidem judicio omni

pondere destitutas, apud ipsum petant quibus ea interpretatio arrideat.

494. Σφάξειν P. E. *Maotaturum* recte Portus.

495. Κἀμοὶ λέγει. Ita lego, rejecto, quod inter κἀμοὶ et λέγει per errorem irrepserat, δέ. BARNESIUS. Δὲ non nisi superscriptum habet MS. G. MUSGRAVIUS. [Noster Phoen. 164. ΠΑΙ. Ὁρᾷς; ΑΝ. ὁρῶ δῆτ' οὐ σαφῶς, ὁρῶ δέ πως. *Ex Addendis.*]

496. Ἐξαμηχανήσομεν. Verbum nusquam alibi, quod sciam, obvium. Significare videtur, *Se ex angustiis et difficultate prudentia liberare.* Τὸ enim παρελκεῖν existimo.

498. Βούλεσθαι mavult Reiskius. Non male; sed recte se habere videtur vulgata.

499. Frustra in hoc loco explicando laborant viri docti. An legendum κἀχόμεσθα? *Α* in *ΕΤ* passim mutari, alibi, si bene memini, monui. Εὐθύνας pro Ἀθήνας habet Aldus in Tro. 974. Sed quid significat ἐχόμεσθα? Opinor, *haeremus*, vel aliquid ejusmodi. Thucydides I. 25. Ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο θέσθαι τὸ παρόν. Nostro loco verba ἐν τῷδε τῷ λόγῳ non male ἐν τῇδε τῇ ἀπορίᾳ interpretari potes.

500. Τἄλλ' γ' G. Musgravius.

501. Ἀργείων P. E.

503. Ἑτοίμη P. E. Noster Phoen. 975. Αὐτὸς δ', ἐν ὡραίῳ γὰρ ἵσταμαι βίῳ, Θνήσκειν ἕτοιμος, πατρίδος ἐκλυτήριον.

505. Οὕνεκ' αἱρεῖσθαι P. E. Locutionis κίνδυνον αἱρεῖσθαι exempla vide apud Stephanum Thes. Ling. Gr. v. Κίνδυνος. Similes sunt κλέος ἠράμην infra v. 986. δυσμένειαν ἠράμην v. 991. κοινοὺς αἰρόμενος πόνους Ion. 199. aliaeque quamplurimae. Quoties permutentur αἴρεσθαι et αἱρεῖσθαι, vix quisquam harum literarum ita expers est ut nesciat. Quo magis miror apud Aesch. Pers. 481. in omnibus edd. reperiri αἱροῦνται φυγήν, cum veram scripturam αἴρονται e Rhes. 54. 126. reponere potuerint editores. Noster Alex. fr. 9. Δούλων ὅσοι φιλοῦσι δεσποτῶν γένος, Πρὸς τῶν ὁμοίων πόλεμον αἱροῦνται μέγαν. Hic etiam legendum αἴρονται ex Aesch. Suppl. 346. 448. Foede depravatus est ejusdem fabulae v. 957. qui in codd. ita scriptus exhibetur: *ΙΣΘΙΜΕΝ ΤΑΔΗΔΗΠΟΛΕΜΟΝΕ-ΡΕΙΣΘΕΝΕΟΝ.* Ubi neque αἱρήσῃ cum Aldo, neque αἱρεῖσθαι cum Robortello, sed αἴρεσθαι legendum videtur. Vide Thucydidem I. 80. 82. 118. 125. Bene Graecum esse πόλεμον ἀναιρεῖσθαι docuit Marklandus ad Suppl. 492. Sed non ideo evincitur veteres πόλεμον αἱρεῖσθαι dixisse.

508. De locutione ἐπεί τοι καὶ consulendus Porsonus ad Med. 675. qui e nostra fabula citat etiam v. 744.

510. *Φύντας* S. Barnesius. Ceterae recentiores *φῦντας* habent, accentu e Brubachiana [Imo, ex Hervagiana tertia. *Ex Addendis.*] derivato, ubi mendose legitur *φῦντες*.

512. *Κάλλιον, οἶμαι.* Ironia. Brodaeus. Eadem significatione legitur *οἶμαι* infra v. 968. *Credo* dicunt Latini. Obiter emendandus noster Alc. 349. *Σοφῇ δὲ χειρὶ τεκτόνων δέμας τὸ σὸν Εἰκασθὲν ἐν λέκτροισιν ἐκταθήσεται. Ὧι προσπεσοῦμαι, καὶ περιπτύσσων χέρας, Ὄνομα καλῶν σὸν, τὴν φίλην ἐν ἀγκάλαις Δόξω γυναῖκα, καίπερ οὐκ ἔχων, ἔχειν. Ψυχρὰν μὲν, οἶμαι, τέρψιν. ἀλλ' ὅμως βάρος Ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν.* Imo, *Ψυχρὰν μὲν, οἶδα, τέρψιν.*

Ibid. *Ἃ μὴ τύχοι ποτέ.* Paullo aliter *ὃ μὴ τύχοι ποτὲ* noster Phoen. 574. Meleagro fr. 9. Contra pro *ὃ μὴ γένοιτο,* quod habent noster infra v. 714. Aesch. Theb. 5. Aristoph. Lys. 147. *ἃ μὴ γένοιτο* legitur apud nostrum Ion. 731.

514. Legendum cum Tyrwhitto, *Κἄπειτα δεινά.* Musgravius.

516. *Ἀλητεύσω* S. Barnesius in margine, Musgravius. Sive pro futuro accipiatur, sive pro subjunctivo, melius est *ἀλητεύσω* quam *ἀλητεύω.* Quamquam ne hoc quidem malum, modo pro subjunctivo accipiatur. Noster Phoen. 984. *Ποῖ δῆτα φεύγω;* Sed in his locutionibus libentius alterum subjunctivum adhibent tragici.

517. *Ἐὰν δή τις λέγῃ.* Suspicor particulam *δὴ* hic locum habere non debere.

527. Malim cum Scaligero *πρέποι.* Musgravius. Quae scriptura postulat etiam *κἂν* pro *καί.* [Vid. Reisig. de *ἂν* particula p. 130. 131. *G. D.*]

530. Consulto, necne, hunc versum praetermiserit Porsonus in praeclara illa de quinto pede tragici senarii disputatione equidem nescio. Noster Phoen. 576. *Πῶς δ' αὖ κατάρξεις θυμάτων, ἑλὼν πάτραν;* Ita codd. fere omnes. Quae scriptura si recte se haberet, facile de numero versuum canoni Porsoniano adversantium eximi posset noster versus, legendo, *καὶ κατάρχετ', εἰ δοκεῖ.* Sed mediam formam, quam in Phoenissis habent edd. omnes, hac significatione unice veram esse docuit Valckenarius.

534. *Τὸ* omittunt edd. recentiores.

535. Cum hac Macariae oratione comparanda Polyxenae oratio in Hec. 342. Iphigeniae in Iph. A. 1368. Praxitheae in Erechtheo. Omnes locis communibus refertae sunt, quarum multo patientiores fuerunt Athenienses quam nostri homines.

536. *Φεῦ, φεῦ.* Admirantium exclamatio. Vide infra v. 553. Soph. Oed. T. 964. Ita Aristoph. Av. 1723.

540. *Οὐκ ἐστ' ἄλλοθεν* P. E.

542. Ἡράκλειος P. E. Noster Or. 1512. Ἐνδίκως ἡ Τυνδάρεως ἄρα παῖς διώλετο. Vide ad v. 245.

544. Ἐνδικώτερον P. E. Adverbia comparativi gradus plerumque in ON desinunt, superlativi in A, ut ἐνδίκως, ἐνδικώτερον, ἐνδικώτατα. Noster El. 224. Οὐκ ἔσθ' ὅπου θίγοιμ' ἂν ἐνδικώτερον. Or. 1513. Ἐνδικώτατα, εἴγε λαιμοὺς εἶχε τριπτύχους θανεῖν. Rarissime apud Atticos poëtas haec vel illa in ΩΣ terminantur. Apud Aeschylum, si bene memini, nusquam nisi in Prom. 630. ex mea emendatione, quam non magni facio, Μή μου προκήδου μασσόνως ἢ 'μοὶ γλυκύ. Μειόνως habet Soph. Oed. C. 104. Ξυντομωτάτως idem ibid. 1579. ubi ξυντομώτατος exhibet Scholiastes. Προυνουστέρως (sic) ex Aj. 119. citat Photius, ubi recte vulgo legitur προνούστερος. Μειζόνως noster Hec. 1121. et incertus Rhes. 849. In Rheso malim μείζονα, quod etiam in Hecuba non male reponi posset. Sed ut Herodotum taceam, apud quem haud raro legitur μεζόνως, μειζόνως habet Thucydides I. 130. Δυστηνοτάτως pro δυστηνότατος in Suppl. 967. legendum conjiciunt Reiskius et Marklandus. Lego, Γηράσκω δυστανοτάταν, Οὔτ' ἐν τοῖς φθιμένοις, Οὔτ' ἐν ζῶσιν κρινομέναν (κρινομένη Musgravius pro vulgato ἀριθμουμένη), Χωρὶς δή τινα τάνδ' ἴσχουσα μοῖραν. [Conf. Elmsleium in *the classical Journal* Vol. XVII. p. 58. *G. D.*] Σωφρονεστέρως in Iph. A. 379. ex Stobaeo reposuit Marklandus. Εὐλαβεστέρως in Iph. T. 1375. edd. omnes. Εὐρυτέρως Aristoph. Lys. 819. In his aeque metro convenirent σωφρονέστερον, εὐλαβέστερον, εὐρύτερον. Ἐνδεεστέρως Thucydides II. 35. Nostro loco non male legeretur ἐνδικώτερ' ἄν. Apud Soph. El. 800. κατάξι' ἂν pro καταξίως primus reposuit Bothius. [In Sophoclis Electra, primum κατάξι' ἂν in κατάξια solenni errore mutatum est, postea κατάξια in καταξίως. Vide omnino Oed. C. 911. Ἐπεὶ δέδρακας οὔτ' ἐμοῦ καταξίως, Οὔθ' ὧν πέφυκας αὐτὸς, οὔτε σῆς χθονός. Satisne Graece hoc dictum? Ego certe malim κατάξια. Sed verear ut recte nostro loco ἐνδικώτερον pro ἐνδικωτέρως reposuerim. Plura enim quam putaram hujus formae adverbia apud Atticos scriptores reperi. Sequentia indicat Atticista Anonymus: Ἀληθεστέρως. Πλάτων τρίτῳ Πολιτείας. || Ἀμεινόνως. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις. || Ἐχθροτέρως ἀντὶ τοῦ ἐχθρότερον. Θουκυδίδης. || Ἐπιτηδειοτέρως. || Καταδεεστέρως. Ἰσοκράτης περὶ Ἀντιδόσεως. || Λεπτοτέρως. Ἀναξανδρίδης Ὁπλομάχῳ. || Μειζόνως ἀντὶ τοῦ μεῖζον. Θουκυδίδης τετάρτῳ [capp. 19. 98.] Πλάτων Πολιτείας τρίτῳ. Μειζόνως etiam Thucydides VI. 27. Xenophon Cyneg. 13, 8. Isocrates περὶ Ἀντιδό-

τέρως p. 392. ed. 1749. In qua oratione καταδεεστέρως non reperi, ἐνδεέστερον reperi p. 381. His adde ἐνδεεστέρως apud Thucydidem IV. 39. ἀσφαλεστέρως ibid. 71. χαλεπωτέρως VIII. 40. μαλακωτέρως ibid. 50. ὑποδεεστέρως ibid. 87. ἀπορωτέρως apud Thucydidis magistrum Antiphontem p. 660. σαφεστέρως p. 662. ἐλασσόνως et κρεισσόνως p. 699. *Ex Addendis.*]

551. Omnino legendum cum Barnesio [in margine] προθύμῳ. Musgravius.

554. 555. Ἀλλ' ὑπερφέρεις κ. τ. ἑ. Hunc locum minime expedio. De verbo ὑπερφέρειν, *excellere*, nonnihil dixi ad Soph. Oed. T. 381. Dicitur mulier, verbi caussa; πασῶν γυναικῶν ὑπερφέρειν τῷ κάλλει (vel τὸ κάλλος), *omnes feminas forma antecellere.* Herodotus VIII. 138. Οἱ δὲ ἀπικόμενοι ἐς ἄλλην γῆν τῆς Μακεδονίας, οἴκησαν πέλας τῶν λεγομένων εἶναι κήπων Μίδεω τοῦ Γορδίεω, ἐν τοῖσι φύεται αὐτόματα ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα, ὀδμῇ τε ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων. Thucydides I. 81. Τάχ' ἄν τις θαρσοίη ὅτι τοῖς ὅπλοις αὐτῶν καὶ τῷ πλήθει ὑπερφέρομεν. Nostro loco vereor ne ad emendationem confugiendum sit. An legendum, ἀλλ' ὑπερφέρει Τόλμης τε τόλμα, καὶ λόγου χρηστοῦ λόγος? Aesch. Prom. 921. Ὃς δὴ κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα, Βροντῆς θ' ὑπερβάλλοντα (eodem sensu ὑπερφέροντα dicere potuit poëta) καρτερὸν κτύπον.

557. Γε delendum, aut σε pro eo scribendum. Reiskius. Hoc melius.

Ibid. Ἀδελφοὺς δ' ὠφελεῖς tacite Barnesius.

558. Σοφῶς κελεύεις. *Prudenter, caute, jubes.* Causa cavendi erat, ne, si aperte jussisset, ipse in societatem piaculi veniret. Musgravius.

559. Θανῶ futurum est modi indicativi, quod alibi non inveni. Musgravius. Θάνω subjunctivus est, ut alibi passim. Si puella dixisset, ἀλλ' ἐλευθέρως θάνωμεν, nemo de significatione dubitasset. Subjunctivi primam personam pluralem eo sensu quo Anglice dicitur *let us die* passim occurrere nemo nescit. Rarius, nec tamen valde raro, adhibetur prima persona singularis ea significatione qua dicunt nostrates *let me die.* Pluraliter Soph. Phil. 539. Ἐπίσχετον, μάθωμεν. Singulariter noster Hippol. 567. Ἐπίσχετ', αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω. Ibid. 1354. Σχές, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω. In Med. 1275. verba παρέλθω δόμους sine interrogatione recte exhibent edd. pleraeque. In Androm. 844. metri caussa legendum, Ἀπόδος, ἀπαίαν ἐρείσω πλαγάν. Nos, *Let me give myself a mortal wound.* Herc. 1059. Σῖγα, πνοὰς μάθω. φέρε πρὸς οὖς βάλω. Plerumque praemittitur φέρε

aut ἄγε, ut apud Soph. Phil. 1452. Φέρε νῦν στείχων χώραν καλέσω. Ubi subjunctivum καλέσω pro futuro, quod Atticis est καλῶ, accipiunt omnes interpretes. [Conf. Dobree ad Aristoph. Plut. 965. p. 119. b. *G. D.*] Dicitur etiam μὴ θάνω, *ne sinas me mori.* Exempla dant Soph. Oed. C. 174. Trach. 804. Eurip. Tro. 172. Herc. 1399. Ceterum solennis est locutio ἐλευθέρως θανεῖν, *mori ut liberum decet.* Noster Or. 1169. ὃν οὐ καταισχυνῶ, Δοῦλον παρασχὼν θάνατον, ἀλλ' ἐλευθέρως Ψυχὴν ἀφήσω. Archelao. fr. 4. Ἓν δέ σοι μόνον προφωνῶ, μὴ 'πὶ δουλείας ποτὲ Ζῶν ἑκὼν ἔλθῃς, παρόν σοι κατθανεῖν ἐλευθέρως. Quae loca affero, ut eorum auctoritate utar in emendanda vulgata scriptura in Hec. 660. Ἐλευθέραν δέ μ', ὡς ἐλευθέρα (l. ἐλευθέρως) θάνω, Πρὸς θεῶν, μεθέντες, κτεῖνατε. Permutantur ἐλεύθεροι et ἐλευθέρως in Hippol. 421.

562. Noster Med. 394. Κτενῶ σφε. τόλμης δ' εἶμι πρὸς τὸ καρτερόν.

564. Οὐκ ἂν δυναίμην. Nos, *I cannot bear.* Noster Bacch. 884. Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν.

565. Σὺ δ' ἀλλά. Vim particulae ἀλλὰ in hac locutione non debent negligere tirones. Significat, εἰ μὴ τοῦτο δρᾶν θέλεις. Anglice verte, *then.* Vide nostrum Hec. 391. Phoen. 1661. Med. 942. incertum Rhes. 167. Aristoph. Ach. 191. 1033. Nub. 1364. 1369. Pac. 660. Lys. 904. Antiphanes Athen. p. 446. C. A. Σὺ δ' ἀλλὰ πῖθι. B. τοῦτο μέν σοι πείσομαι.

Ibid. Τοῦδε χρῄζε. *Ab hoc*, Demophoonte scilicet, *pete.* HEATH.

567. Optime hanc ῥῆσιν Demophonti tribuit Tyrwhittus. MUSGRAVIUS. Sic etiam Heathius.

Ibid. Ὦ τάλαινα παρθένων. Soph. Trach. 307. Ὦ δυστάλαινα, τίς ποτ' εἶ, νεανίδων; Ita interpungendum videtur.

[569. Noster Hec. 852. Καὶ βούλομαι, θεῶν θ' οὕνεκ', ἀνόσιον ξένον, Καὶ τοῦ δικαίου, τήνδε σοι δοῦναι δίκην. *Ex Addendis.*]

570. Τλημονεστάτην. *Miserrimam* plerique interpretes. *Fortissimam* recte Musgravius. Sic etiam Polyxena Hec. 562. Ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον, Hunc scilicet: Ἰδού. τόδ' εἰ μὲν στέρνον, ὦ νεανία, Παίειν προθυμεῖ, παῖσον. εἰ δ' ὑπ' αὐχένα Χρῄζεις, πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε.

573. Abundare potest μοι, [monente Heathio,] ut saepe apud Euripidem. Vide ad Herc. Fur. 95. Non inepte tamen Tyrwhittus προσφθέγμα σόν. MUSGRAVIUS. Pro μοι, quod e v. sequente natum videtur, dedi δή. Noster Hec. 413. Τέλος δέχει δὴ τῶν ἐμῶν προσφθεγμάτων. Soph. Aj. 856. Σὲ δ', ὦ φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας, Καὶ τὸν διφρευτὴν ἥλιον προσεννέπω, Πανύστατον δή, κοὔποτ' αὖθις ὕστερον.

575. Τοιούσδε in Hervagiana prima operarum incuria omissum primus ex Aldina revocavit Barnesius. Certatim emendarunt viri docti, Τοιούσδε παῖδας εἰς τὸ πᾶν εἶναι σοφούς. De locutione δίδασκε σοφούς, redde sapientes, consulendi in primis Bentleius Epist. ad Millium p. 18. et Valckenarius Diatrib. p. 205. Crocodilum δεδιδαγμένον εἶναι χειροήθεα memorat Herodotus II. 69. Vide an εἶναι librariorum additamentum sit. Nostro loco ordo verborum paullo intricatior est, et ita fortasse explicandus: καὶ δίδασκέ μοι τούσδε παῖδας, τοιούτους σοφοὺς εἰς τὸ πᾶν ὥσπερ σύ. Vel post παῖδας cum Musgravio interpungendum, quasi τοιούτους tales quales dicam significet.

576. Ἀρκέσουσι γάρ edd. recentiores ex emendatione H. Stephani. Plena distinctio ante haec verba in Aldina parum conspicua est, in edd. sequentibus ante Musgravium prorsus omissa. Primus locum recte interpretatus est Heathius.

583. Πάροιθε P. E. Quam formam in eadem versus sede habet Aldus infra v. 1031. Phoen. 1009. Hippol. 1443. Rhes. 705. Bacch. 912. Ion. 1558. Πάροιθεν metro repugnante vulgo legitur infra v. 863. Iph. A. 852. Herc. 582.

[584. Affert h. v. Ammonius p. 60. ed. Valcken. G. D.]

585. Τιμῶτε. Ita ed. Ald. Vulgo τιμῶτε Musgravius. Voluit opinor, τιμῷτε et τιμᾶτε. Quamquam nec τιμῷτε nec τιμῶτε habet Aldus, sed τιμῶ τε. Sic etiam tres Hervagianae. Τιμᾶ τε Brubachius et Stiblinus. Τιμᾷ τε Canterus. Τιμᾶτε recte Portus et sequentes. [Sic etiam tres Hervagianae et Brubachiana. Τίμα τε Canteriana. Ex Addendis.]

591. Ita fere Iphigenia A. 1398. Οὔτι ἐκπορθεῖτε Τροίαν. ταῦτ' γὰρ μνημεῖά μου διὰ μακροῦ, καὶ παῖδες οὗτοι, καὶ γάμοι, καὶ δόξ' ἐμή.

592. Εἴ τι δὴ κάτω χθονός Stobaeus CXXI. p. 602. ubi leguntur haec verba cum quatuor versibus sequentibus. Κατὰ χθονός tacite Grotius.

595. Οὐκ οἶδα πῇ τις τρέπεται Stobaeus. Omnino retinendum ὅποι. [Conf. Valckenar. ad Hippolyt. p. 267. G. D.] Ὅποι τράποιντο vulgo legitur apud Aesch. Pers. 459, ποῖ τράπωμαι apud Eurip. Hec. 1099. ποῖ ποτε τρέψῃ Med. 359. ποῖ τράπωμαι ibid. 502. ποῖ δῆτα τλήμων τρέψομαι Hippol. 1066. ποῖ τρέψομαι Alc. 946. ποῖ γὰρ τράπωμαι Bacch. 1363. ποῖ τρέψεταί τις Cycl. 308. ποῖ τρεψόμεσθα Heracl. 441. ποῖ δὲ (δὴ) τράπωμαι apud incertum Rhes. 871. ὅποι τετράφθαι apud Aristoph. Ach. 207. ποῖ τις τρέψεται Thesm. 603. ποῖ δῆτ' ἂν τραποίμην Ran. 296. ποῖ τις ἂν τράποιτο Plut. 374. Vulgo quidem legitur ὅπῃ τράπωμαι apud nostrum Or. 634. et ὅπῃ τρωπώμενος v. 721. Sed recte ὅποι

utrobique praebent codd. nonnulli. Legendum etiam ὅπᾳ τράπωμαι apud Aesch. Agam. 1541. ποῖ τις τράποιτ' ἄν Choëph. 408. Vulgo ὅπα et πᾶ. Sic *quo me vertam*, non *qua me vertam* dicunt Latini. Quod de ποῖ τρέψομαι dixi, etiam de ποῖ φεύξομαι dictum velim.

597. Malim cum Scaligero εὐψυχίᾳ. Musgravius. Noster Alc. 645: Ἡ τἄρ' ἁπάντων διαπρέπεις ἀψυχίᾳ. Suppl. 841. Πόθεν ποθ' οἵδε, διαπρεπεῖς εὐψυχίᾳ Θνητῶν, ἔφυσαν;

599. Στᾶσα alii legunt. *Stans pro nobis, te ipsam sistens ad victimam*. Stiblinus. Στῶσα mendum typographicum Hervagianae primae.

600. Ἅζομαι aspero spiritu recte edidit Barnesius. Οὐ χάζομαι pro οὐχ ἅζομαι habent edd. omnes in Or. 1116. plerae que in Alc. 327. Hesychius: Οὐχάζομαι, οὐ σέβομαι, οὐκ ἐντρέπομαι. Hic etiam οὐχ ἅζομαι recte reposuerunt viri docti. Οὐχ ἅζεται vulgo legitur apud Aesch. Eum. 392.

601. Ἡ σὸν κατῆρκται σῶμα Barnesius, qui verbum κατῆρκται non *initiatum est* cum Porto ceterisque omnibus, sed *initiavit* Latine vertit. Vix quisquam hodie in literis Graecis adeo hospes est, ut nesciat verba media et passiva, paucissimis exceptis, eandem prorsus παρακειμένου formam habere. Εἴργασται e. g. utrumque significat, *fecit* et *factum est*. Barnesii emendationi nonnihil ponderis accedit ex Iph. T. 1320. ubi cum olim legeretur, Ὃν τοῖσδε βωμοῖς θεᾷ καθωσιώσατο, θεὰ ex codd. reposuit Marklandus. Hanc igitur scripturam admisissem, si certum esset κατῆρκται transitivum cum accusativo σῶμα conjungi posse. Nam verba sacrificandi κατάρχεσθαι et ἀπάρχεσθαι genitivum postulare videntur. Ita noster Phoen. 576. Πῶς δ' αὖ κατάρξει θυμάτων, ἑλὼν πάτραν. Ad quem locum consulendus omnino Valckenaerius. Vulgatam igitur scripturam non mutavi. Passivum est ἐνῆρκται in El. 1142. Κανοῦν δ' ἐνῆρκται, καὶ τεθηγμένη σφαγίς. Quod ad sensum nostri loci attinet, nihil interest utrum ἡ an ᾗ legatur. Nam dativus ᾗ per ὑφ' ἧς explicari potest. [Εἴργασται activo sensu usurpant Soph. Oed. T. 287. Aj. 22. Eurip. Hec. 264. Hippol. 794. Iph. A. 468. Passivo Aesch. Agam. 362. Eurip. Hec. 1085. Or. 284. 599. In Med. 293. Hel. 109. significatio ambigua est. Confer omnino Hel. 1195. 1533. *Ex Addendis*.]

Ibid. Δήμητρος κόρῃ P. E. Κόρην pro κόρῃ omnes libri supra v. 409. Vide etiam vv. 930. 932. Nostro loco parum refert utrum κόρην an κόρῃ legas, quamquam hoc paullo melius videtur. Utriusque structurae exemplum prae-

het noster Iph. T. 68. Σὺν προσπόλοισιν, ἅς ἔδωχ᾽ ἡμῖν ἄναξ, Ἑλληνίδας γυναῖκας. ἀλλ᾽ ἐξ αἰτίας Οὔπω τινὸς πάρεισιν ἐς ἔμ᾽ (malim πάρεισιν ἐλδ᾽) εἴσω δόμων, Ἐν οἷσι ναίω, τῶνδ᾽ ἀνακτόρων θεᾶς. Ubi Ἑλληνίσιν γυναιξὶν et τοῖσδ᾽ ἀνακτόροις scribere potuit poëta. Defendi potest κόρην etiam ex Tro. 606. Ὦ μῆτερ ἀνδρὸς, ὅς ποτ᾽ Ἀργείων δορὶ Πλείστους διώλεσ᾽, Ἕκτορος, τάδ᾽ εἰσορᾷς; Alterum habet Aesch. Theb. 569. Ἔστιν δὲ καὶ τῷδ᾽, ὃν λέγεις τὸν Ἀρκάδα, Ἀνὴρ ἄκομπος. Eurip. Hec. 771. Πρὸς ἄνδρ᾽ ὃς ἄρχει τῆσδε Πολυμήστωρ χθονός. Ubi Πολυμηστόρα habet Aldus. Hippol. 101. Τήνδ᾽, ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις. Tro. 1133. καί σφ᾽ ᾐτήσατο Θάψαι νεκρὸν τόνδ᾽, ὃς πεσὼν ἐκ τειχέων Ψυχὴν ἀφῆκεν, Ἕκτορος τοῦ σοῦ γόνος.

602. Λύεται μέλη. Ita scribo pro δύεται, Joanne Miltono suffragante. Barnesius. Noster Hec. 438. Οἲ ᾽γὼ προλείπω. λύεται δέ μου μέλη. Pulchre nostrum locum interpretatur Portus, *Merguntur membra dolore.* Apud Soph. Oed. C. 1597. ἔδυσε pro ἔλυσε habent Aldus et Suidas v. Δυσπινῆ. Addam locum ex Euripidis Electra, ubi literarum Δ et Λ similitudo scripturam corruperit. V. 652. ΗΛ. Λεχώ μ᾽ ἀπάγγελλ᾽ οὖσαν ἄρσενος τόκου. ΠΡ. Πότερα πάλαι τεκοῦσαν, ἢ νεωστὶ δή; ΗΛ. Δέχ᾽ ἡλίους, ἐν οἷσιν ἁγνεύει λεχώ. Imo, Δέχ᾽ ἡλίους. Ita Electra ad matrem v. 1124. Ἤκουσας, οἶμαι, τῶν ἐμῶν λοχευμάτων. Τούτων ὕπερ μου θῦσον, οὐ γὰρ οἶδ᾽ ἐγὼ, Δεκάτῃ σελήνῃ παιδὸς, ὡς νομίζεται.

606. Ἥδομαι πεπραγμένοις. De re futura loquitur tanquam de praeterita. Ita Soph. Oed. T. 838. Πεφασμένου δὲ, τίς ποθ᾽ ἡ προθυμία; Incertus Rhes. 481. Οὐκ οὖν κτανόντες τούσδε, πάντ᾽ εἰργάσμεθα;

608. Hoc Chori carmen antistrophicum esse primus monuit Burgesius in Appendice annotationum ad Troadas p. 137. quem in versuum distributione secutus sum. [Aliter Boeckh. de Tragicis Gr. p. 262—265. *G. D.*]. Nonnulla hinc desumta habet Stobaeus Ecl. Phys. IX. p. 11. quae in ed. Genevensi ita leguntur: Οὔ τινά φημι θεῶν ἄτερ τὸν ὄλβιον, οὔτε βαρύποτμον ἄνδρα γενέσθαι. μοῖραν δ᾽ οὔτε φυτεῖν θέμις, οὔτε σοφία τις ἀπώσεται. ἀλλὰ μάταν πρόθυμος ἀεὶ πόνον ἕξει. Vix quidquam mutare videntur Stobaei codices. Grotius Euripidis editiones secutus est.

608. 609. Theognis v. 165. a Brodaeo allegatus: Οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ᾽ ὄλβιος, οὔτε πενιχρὸς, Οὔτε κακὸς, νόσφιν δαίμονος, οὔτ᾽ ἀγαθός.

609. Οὐ βαρύποτμον γ᾽ metri caussa legendum censet Heathius, οὐ βαρυπότμων Musgravius, οὐ βαρύποτμον ἂν Burgesius, qui in antistrophica v. 620. Dativum ἐπαλγεῖ invexit.

Tantum abest ut hic ulla mutatione opus esse censeam, ut non dubitaverim contra omnes libros trochaeum pro spondeo exhibere paullo post v. 611.

610. 611. *Βεβάναι εὐτυχίᾳ* [pro εὐτυχεῖν]. Sic *μοῖρα μὲν οὐκ ἐν ἐσθλᾷ βεβῶσαν* Soph. El. 1093. Musgravius.

611. *Παρὰ δ' ἄλλον ἄλλα* P. E. Particula γ' metri gratia manifesto inserta est.

612. *Διώκει. Properat.* Vide ad Herc. Fur. 1085. [1088. Barnes.] Musgravius. Cum verbis *παρὰ δ' ἄλλον ἄλλα μοῖρα διώκει* conferendus noster Alc. 896. *Συμφορὰ δ' ἑτέρους ἑτέρα Πιέζει φανεῖσα θνατῶν.* Or. 974. *Ἰὼ, ἰὼ, πανδάκρυτ' ἐφαμέρων Ἔθνη πολύπονα, λεύσσεθ' ὡς παρ' ἐλπίδας Μοῖρα βαίνει. Ἕτερα δ' ἕτερος ἀμείβεται Πήματ' ἐν χρόνῳ μακρῷ. Βροτῶν δ' ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰών.* Hippol. 1108. *Ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται. Μετὰ δ' ἵσταται ἀνδράσιν αἰὼν Πολυπλάνητος ἀεί.* [Aesch. Prom. 275. *Ταὐτά τοι πλανωμένη Πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει. Ex Addendis.*]

613. Castigo *ἐφ' ὑψηλῶν. Et hunc quidem infimae sortis virum alto in gradu collocat.* Brodaeus. Placet Brodaei emendatio, quae viam aperit ad versus sequentis emendationem. Legendum, metro postulante, *Τὸν δ' εὐδαίμον', ἀλήταν τεύχει.* Musgravius. Ego nihil muto. *Ἀφ' ὑψηλῶν* est *ὑψόθεν.* Noster Inone fr. 16. *καί μ' ἡμέρα Τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω.* D. Lucas Evang. I. 52. *Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς.*

614. Legendum puto *ἀλάταν*, et vocem hanc Dorice penultimam corripere; aliter non constabit metrum. Heathius. Qui in Hel. 1490. Doricum *ἀμέραν* primam corripere existimat. Doricum *ἀλάτας* penultimam producit supra v. 365. et alibi passim. Optime metro nec male sententiae conveniret *τὸν δὲ πένητ'*, si liceret usitatiorem vocem *πένητα* pro rariori *ἀλήταν* reponere. Quod ex mera conjectura facere non audeo. Saepe miratus sum in Or. 1016. ubi vulgo legitur, *Ἰθύνων νοσερὸν κῶλον Ὀρέστου*, Heathii emendationem *ὀρθῶν* Porsono placuisse. Malim, *Ἐξιθύνων νοσερὸν κῶλον*, deleto proprio nomine. [Cum haec pro anapaesticis acceperit Heathius, haud secus atque alii omnes ante Burgesium, miror eum non reposuisse, *Τὸν ἀλάταν δ' εὐδαίμονα τεύχει.* Sed hoc *μέλος* totum constat ex dactylis et spondeis, nisi quod pro spondeo bis adhibetur trochaeus. *Ex Addendis.*]

615. *Οὔτε φυγεῖν* Stobaeus, qui minus recte *οὔτε* habet etiam v. sequente. Quod alibi monui, hic iterum moneo, post *οὔτε* et *μήτε* saepe apud tragicos adhiberi *οὐ* et *μή*. Cfr. Aesch. Prom. 449. (ubi *οὔτε* pro *οὐδὲ* dedit Porsonus) 478. Choëph. 289. Soph. Oed. C. 972. (ubi *οὔτε* de suo

Brunckius) Ant. 249. Eurip. Or. 41. 46. 1086. Med. 1348. Iph. T. 354. 873. Tro. 984. Herc. 645. Vide Censuram Edinburgensem XVII. pp. 233. 234. 492. Locum alterum ex Aeschyli Prometheo ita exhibuit Blomfieldius in ed. secunda: *Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον, Οὐ χριστὸν, οὔτε πιστόν.* Nunquam vidi οὐ hoc modo inter bina οὔτε collocatum. Quare vulgatam scripturam οὐδὲ πιστὸν revocandam censeo.

616. *Οὐ σοφίᾳ τις ἀπώσεται* P. E. Recte vertit Portus, *Nulla sapientia quis fatum a se repellet.*

617. *Ὁ πρόθυμος. Qui vim ipsius fati tollere conabitur.* Brodaeus. *Ὁ βουλόμενος ἀπώσασθαι.*

Ibid. *Ἕξει* sine γ' Burgesius. In vulgatis libris verba ἕξει γ'. ἀλλὰ σὺ anapaesticum menometrum faciunt. Sic etiam verba *εἰ δὲ σέβεις σύ γε* v. 628.

618. *Μὴ προσπίτνει* S. edd. recentiores. Quam imperativi formam nunquam usurparunt Attici, si vera sunt ea quae ad v. 77. disputavi. *Μὴ προπίτνων* P. E. *Προπίτνω* et *προπίπτω* in *προσπιτνῶ* et *προσπίπτω* saepe corruperunt librarii. Soph. El. 1380. *Αἰτῶ, προπίτνω, λίσσομαι, γενοῦ πρόφρων* *Ἡμῖν ἀρωγὸς τῶνδε τῶν βουλευμάτων.* *Προσπιτνῶ* plerique libri, *προσπιτνῶ* Harleianus 5744. Baroccianus 66. et, opinor, alii. Apud Aesch. Pers. 590. pro *προσπίτνοντες*, quod metrum violabat, *προπίτνοντες* primus reposuit Brunckius. Vide etiam Soph. Oed. C. 157. (ubi fortasse legendum *μὴ προπέσῃς*, ἵνα pro ὅπως accepto) Phil. 156. Eurip. Suppl. 63. Ceterum verba *μὴ προπίτνων* ita accipio, *Erecto corpore atque animo.* Iolaum humi jacentem surgere jubet Chorus. Nihil hic viderunt interpretes. [Vide supra p. 58. *G. D.*]

Ibid. *Τὰ θεῶν φέρε* P. E. Vix opus est monere τὰ θεῶν esse τὰς ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας, ut cum Sophocle loquar Phil. 1314. Ita noster Phoen. 385. *Ἀτὰρ τί ταῦτα; δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν.* *Τὰ θεῖα* dixit Soph. Tereo fr. 11. *Ἀλγεινὰ, Πρόκνη; δῆλον, ἀλλ' ὅμως χρεὼν Τὰ θεῖα θνητοὺς ὄντας εὐπετῶς φέρειν.* [Conf. Dobree Add. ad Porsoni Aristophan. p. 140. *G. D.*]

622. Cum olim *πρὸς ἀδελφῶν* scriberetur, non sine loci detrimento, Scaliger legendum duxit *πρὸ*, quam lectionem amplector, sed ne sit hiatus, propter καὶ sequens τε adjicio. Barnesius. *Πρὸς ἀδελφῶν* vetus lectio proba est et servanda. Reiskius. Vellem suam horum verborum interpretationem nobiscum communicasset vir eruditus. *Pro patria ac fratribus* Brodaeus aliique omnes. Ceterum notandum *πρό τ' ἀδελφῶν* pro *πρὸ ἀδελφῶν τε.* Ita Aesch. Theb. 30. *Ἀλλ' εἰς ἐπάλξεις καὶ πύλας πυργωμά-*

τῶν Ὁρμᾶσθε πάντες. Suppl. 982. Νῦν τ' εὐαλεῖ καὶ ἀμηνίτῳ Βάξει λαῶν ἐν χώρῳ Τάσσεσθε. Noster Hippol. 205. Ῥᾶον δὲ νόσον μετά θ' ἡσυχίας Καὶ γενναίου λήματος οἴσεις. Herodotus I. 106. Ὑπό τε ὕβριος καὶ ὀλιγωρίης. Ibid. 154. Ἀπό τε Ταβάλου καὶ Κύρου. V. 5. Ὑπό τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Thucydides I. 49. Ὑπό τε πλήθους καὶ ὄχλου τῶν νεῶν. Ibid. 54. Ὑπό τε τοῦ ῥοῦ καὶ ἀνέμου. Ibid. 56. Ὑπό τε Περδίκκου πειθόμενοι καὶ Κορινθίων. Ibid. 118. Πρός τε ἀλλήλους καὶ τὸν βάρβαρον. Plura exempla indicavi ad Marklandi Iph. A. 508. Quod ibi monui, apud Soph. Oed. T. 541. non fuisse sollicitandum ἄνευ τε, quod etiam de Aesch. Pers. 609. monitum velim, Herodoti auctoritate confirmare possum, apud quem ter minimum legitur ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης, I. 69. VIII. 140. IX. 7. Idem VII. 184. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ ἐξ αὐτῆς τῆς Ἀσίας στράτευμα ἐξαναχθὲν εἴρηται, ἄνευ τε τῆς θεραπηΐης τῆς ἑπομένης, καὶ τῶν σιταγωγῶν πλοίων, καὶ ὅσοι ἐνέπλεον τούτοισι. Vide an haec sufficiant ad defendendam vulgatam scripturam apud Aesch. Theb. 1080. ὥσπερ τε πόλις Καὶ τὸ δίκαιον ξυνεπαινεῖ. [Noster Hippol. 1157. Θησεῦ, μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον, Σοὶ καὶ πολίταις, οἵ τ' Ἀθηναίων πόλιν Ναίουσι, καὶ γῆς τέρμονας Τροιζηνίας. Xenophon Symposio 2, 1. Ἔρχεταί τις αὐτοῖς ἐπὶ κῶμον Συρακόσιος ἄνθρωπος, ἔχων τε αὐλητρίδα ἀγαθὴν, καὶ ὀρχηστρίδα τῶν τὰ θαύματα δυναμένων ποιεῖν, καὶ παῖδα πάνυ γε ὡραῖον καὶ πάνυ καλῶς κιθαρίζοντά τε καὶ ὀρχούμενον. Thucydides IV. 8. Ἄνευ τε ναυμαχίας καὶ κινδύνου. Ibid. 10. Ἐγὼ δὲ καὶ τὰ πλείω ὁρῶ πρὸς ἡμῶν ὄντα, ἢν ἐθέλωμέν τε μεῖναι, καὶ μὴ τῷ πλήθει αὐτῶν καταπλαγέντες, τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν κρείσσω καταπροδοῦναι. Nisi legendum, ἢν ἐθέλωμέν γε μεῖναι. Vide an legendum apud Aesch. Theb. 209 Ὦ φίλον Οἰδίπου τέκος, Ἔδεισ' ἀκούσασα τὸν ἁρματόκτυπον ὄτοβον, ὅτε τε σύριγγες Ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι, Ἱππικῶν τ' ἄϊον Πηδαλίων διὰ στόμα Πυριγενετᾶν χαλινῶν. *Ex Addendis.*]

625. Hesiodus Op. 289. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν Ἔθηκαν Ἀθάνατοι. Brodaeus. Similia vide apud Stobaeum Tit. XXIX. ubi legitur etiam noster versus p. 198.

627. Εὐγενίας pro ἀδελφῶν E. G. Vides quantis in tenebris versentur, qui scriptis codicibus destituti veterum scripta emendare conentur. Quid vulgatae scripturae occasionem dederit, haud facile dixeris. An cum πατρὸς scripsisset librarius in priore sententiae membro, μητρὸς aut ἀδελφῶν sequi debere arbitratus est? Cujus oscitantiae exempla passim occurrunt. An etiam ἀδελφῶν glossema est pro συγγενίας, συγγενίας autem calami mendum pro εὐγενίας? Ita fere in Hel. 959. εὐψυχίας in εὐτυχίας

mutatum est, εὐτυχίας in εὐδαιμονίας, monente Porsono ad Med. 722.

628. Σύ γε recte delevit Burgesius.

630. Nova quae hic inducitur persona, Θεράπαινα appellatur in indice personarum fabulae praefixo. Similem errorem in Hippolyto notavit Valckenarius ad v. 88. Contra in Sophoclis Trachiniis Deianirae ancilla Παιδαγωγὸς appellatur.

630. 631. Hos versus recte constituit Musgravius in annotationibus. Γέρων ex emendatione Brodaei omnes edd. recentiores.

631. Scaliger legit hic pro τῆσδ', τῶνδ', oblitus ipsos famulum filios alloqui, et ἕδρας pro βωμοῦ emphaticum esse. Barnesius.

633. Legendum κατῆρες, *velatum*, *obnuptum*. Sic Suppl. 110. Σὲ τὸν κατήρη χλανιδίοις ἀνιστορῶ. Hesychius: Κατήρη. τὸν (vulgo κατήρυτον) κεκαλυμμένον. Musgravius. Vulgatam scripturam satis defendit noster Med. 1012. Τί δὴ κατηφεῖς ὄμμα, καὶ δακρυῤῥοεῖς; Κατηφὴς, *tristis*.

634. Συνειχόμην P. E. Aoristum ἐσχόμην nunquam passiva significatione usurpare videntur Attici. Recte κατείχετο pro κατέσχετο apud nostrum Hippol. 27. reposuit Monkius. Passim permutantur εἰχόμην et ἐσχόμην, εἱπόμην et ἑσπόμην. In Hippol. 1307. fluctuant libri inter ἐφείλκετο et ἐφέσπετο. Apud Soph. Trach. 1076. soloece omnes edd. Ἀλλ' ἀστένακτος αἰὲν ἑσπόμην κακοῖς. Recte εἱπόμην Schol. ad Aj. 318. monente Brunckio. Apud eundem Oed. C. 1674. neque ἔχομεν cum Aldo, neque εἴχομεν cum Turnebo et Brunckio, sed ἴσχομεν legendum arbitror. Aoristum passivum ἐσχέθην in genuinis tragicorum scriptis vel non reperi, vel repertum enotare neglexi. Bis occurrit in Commeliniano Danaës fragmento, quod spurium esse alibi monui. V. 6. Οὗτος δ' ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθείς. V. 27. Φίλτροις ἀφύκτοις Ζεὺς κατασχεθεὶς πατήρ. In eodem fragmento v. 44. legitur passivum σχεθὲν tragicis prorsus ignotum.

639. Πενέστης. *Servus*. Thessalorum proprie mancipia Penestae dicti sunt. Consule Athenaeum VI. p. 264. A. Poëtae vocabulum hoc pro famulo usurpant. Theocritus Idyll. XVI. 35. Ἁρμαλιὴν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσται. Brodaeus. De Thessalorum Penestis loquitur Theocritus. Citat Athenaeus ex Euripidis Phryxo, Λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρχαίων δόμων.

640. Σωτὴρ νῷν edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam. Σωτὴρ νῶν metro non repugnat. Sed νῶν encliticum non agnoscunt grammatici. Νῷν σωτὴρ Por-

sönus Praefat. ad Hec. p. xxxiv. [Vid. Hermannus Elem. doctr. metr. p. 116. *G. D.*]

641. Noster Iph. A. 537. *Ὡς ἠπόρημαι πρὸς θεῶν τὰ νῦν τάδε.* Herc. 246. *οὐχ ὁ κατθανὼν Κρεῖσσι χθονὸς τῆσδ', ἀλλ' ἐγὼ τὰ νῦν τάδε.*

643. *Τοῦδε* P. E. Noster Iph. T. 239. *Ἄκουε καινῶν ἐξ ἐμοῦ κηρυγμάτων.* Soph. Oed. T. 952. *Ἄκουε τἀνδρὸς τοῦδε, καὶ σκόπει κλύων, Τὰ σέμν' ἵν' ἥκει τοῦ θεοῦ μαντεύματα.*

644. 645. Ordo est, *Πάλαι γὰρ ὠδίνουσα ψυχὴν ἐτήκου, εἰ νόστος τῶν ἀφιγμένων γενήσεται.* Vel, quod magis placet, *Πάλαι γὰρ ὠδίνουσα [περὶ] τῶν ἀφιγμένων, ψυχὴν ἐτήκου, εἰ νόστος [αὐτῶν] γενήσεται.* Inepte Portus, *Jampridem enim graviter dolens propter illos, qui hinc abierunt, animo tabescebas, dubitans an reditus huc ipsis esset futurus.* Quasi vero in Atticam redire potuerint Hyllus et fratres ejus, qui nunquam antea in eam pedem tulissent. *Νόστος adventum* significat, ut sexcenties apud tragicos, *ἀφικνεῖσθαι advenire*, ut semper apud omnes Graecos scriptores. In eundem fere cum Porto errorem incidit Theocritus nostras, Ambrosius Philips, qui verba *αἶψα δ' ἐξίκοντο* in Sapphus hymno ad Venerem ita Anglice reddit (*Spectator*, N. 223.), *The birds dismist (while you remain) Bore back their empty car again.* Quam interpretationem vero verborum sensui prorsus contrariam, ita post Annam Fabri commendat Addisonus: *Madame Dacier observes, there is something very pretty in that circumstance of this ode, wherein Venus is described as sending away her chariot upon her arrival at Sappho's lodgings, to denote that it was not a short transient visit which she intended to make her.*

646. Veram hujus versiculi scripturam a Piersono propositam Verisim. p. 181. exhibent etiam E. G. Notam interrogationis vel post *τί χρῆμα* vel in fine versus collocari posse monet Reiskius, qui citat Cycl. 99. *Τί χρῆμα; Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰσβαλεῖν.* Idem significat *τί χρέος* supra v. 96. Nostro loco melior videtur altera interpungendi ratio, quam adhibuerunt Piersonus et in versione Latina Musgravius.

649. *Τόσον δ' εἰδέναι* edd. recentiores ante Barnesium ex emendatione H. Stephani, quem rei metricae non valde peritum fuisse inter eruditos satis constat. *Τόσον δέ γ' εἰδέναι* Barnesius. *Τοσόνδε δ' εἰδέναι* E. G. Musgravius.

Ibid. *Χρῆν* P. E. Tametsi non desunt versus, in quibus ex necessitate legatur *ἐχρῆν*, hoc praeteritum libentius sine augmento usurpasse Atticos existimo. Aristoph. Plut. 586. *Κοτίνου στεφάνῳ; καίτοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ*

ἐπλούτει. Longe numerosior erit versus, si leges, μᾶλλον χρῆν. In utroque enim metri anapaestici genere plerumque, non autem semper, caverunt comici, ne tertiae dactyli syllabae subjiceretur ultima vocabuli syllaba, aut monosyllaba vox quae in initio versus stare non posset. Praeter versum modo emendatum, quater hanc regulam violavit Aristophanes in Pluto secundum ed. Brunckianam. V. 499. Οὔτις. ἐγώ σοι τούτου μάρτυς. μηδὲν ταύτην γ' ἀνερώτα. Tacet de scriptura hujus versus Brunckius, in quo codd. plerique, ni fallor, οὐδεὶς pro οὔτις exhibent. Veram scripturam indicavit Hemsterhusius, Οὐδεὶς ἄν. ἐγὼ τούτου μάρτυς. V. 511. Οὔτε τέχνην ἄν τῶν ἀνθρώπων, οὔτ' ἂν σοφίαν μελετῴη. V. 588. Φειδόμενος γὰρ καὶ βουλόμενος τούτου μηδὲν δαπανᾶσθαι. Malim, Εὖ φειδόμενος καὶ βουλόμενος. V. 613. Νὴ Δί', ἔγωγ' οὖν ἐθέλω πλουτῶν. De quo versu plura dicam alias.

651. Unus est hic de septem versibus apud Euripidem, qui a particulis ἦ τἄρα pro ἤτοι ἄρα per crasin adhibitis incipiant. Vide Hippol. 480. 1028. Alc. 645. 735. Iph. A. 1189. Fragm. Incert. 3. Consulendus omnino Valckenarius ad Hipp. 480. Diatrib. p. 188. His adde Aesch. Theb. 676. Ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος Δίκη, ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας. Soph. Ant. 484. Ἦ νῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνήρ, αὕτη δ' ἀνήρ, Εἰ ταῦτ' ἀνατὶ τῇδε κείσεται κράτη. Utrobique scribendum videtur, Ἦ τἄρ'. Thucydides V. 100. Ἦ που ἄρα (l. ἦ τἄρα), εἰ τοσαύτην γε ὑμεῖς τε μὴ παυσθῆναι ἀρχῆς, καὶ οἱ δουλεύοντες ἤδη ἀπαλλαγῆναι, τὴν παρακινδύνευσιν ποιοῦνται, ἡμῖν γε τοῖς ἔτι ἐλευθέροις πολλὴ κακότης καὶ δειλία, μὴ πᾶν πρὸ τοῦ δουλεῦσαι ἐπεξελθεῖν.

652. Μήτηρ ἔτ'. Supplendum, εἰ ἄξεις τούσδε. Male verba εἴ γε τῶνδε προσθίξεις χερί, sic enim legit, ad superiora refert Valckenarius ad Hippol. 480.

Ibid. Προσθίξει P. E. Noster Hippol. 1086. Κλάων τις αὐτῶν ἆρ' ἐμοῦ γε θίξεται.

654. Μὴ τρέσῃς primus edidit Hervagius ed. secunda.

[656. Τί γὰρ βοὴν ἔστησας. Vide P. Leopardum Emendat. VII. 22. *Ex Addendis.*]

657. Legendum σὺ, nisi καλῶν suppleas. BRODAEUS. Σὺ minus recte edd. recentiores. Noster Hel. 553. Σὲ τὴν ὄρεγμα δεινὸν ἡμιλλημένην Τύμβου 'πὶ κρηπῖδ' ἐμπύρους τ' ὀρθοστάτας, Μεῖνον, τί φεύγεις; Soph. Ant. 441. Σὲ δή, σὲ τὴν νεύουσαν εἰς πέδον κάρα, Φῄς, ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε; Idem σὲ pro σοὶ habet Trach. 65. Σὲ, πατρὸς οὕτω δαρὸν ἐξενωμένου, Τὸ μὴ πυθέσθαι ποῦ 'στιν, αἰσχύνην φέρει.

Ibid. *Τοῦδ'* cum *πέλας* construendum. *Πέλας τοῦδε, prope hunc virum.* Musgravius. Malim *κυροῦ τοῦδ'*, ut supra v. 42.

658. *Οὐκ ἴσμεν ἡμεῖς ταῦτα. Nescio quid dicas.*

661. 662. *Ἀτὰρ τί; χώρᾳ τῇδε προσβαλὼν πόδα, Ποῦ νῦν ἄπεστι;* Ita post Reiskium interpungit Musgravius. Optime, modo Graecum sit *ἀτὰρ τί* ita adhibitum. Cujus locutionis exempla apud tragicos frustra quaesivi. Unum, quod erat in Hec. 671. aliter interpungendo sustulit Porsonus. Non absurda esset lectio, vel *τὰ νῦν ἄπεστι*, vel *παῖς νῦν ἄπεστι*. Sed, ut verum fatear, suspicor vulgatam scripturam recte se habere, modo deleatur prior interrogationis nota, quam delevi. Duplex enim particula interrogativa orationem *ἀνακόλουθον* reddit. Quam studiose autem locutiones *ἀνακολούθους* adhibuerint tragici, nihil attinet dicere. [Duplicem particulam interrogativam habet noster Hel. 879. *Ἑλένη, τί τἀμὰ, πῶς ἔχει, θεσπίσματα;* Ita distinguit Musgravius. Nostro loco hodie mihi verum videtur, quod olim conjeci, *Παῖς νῦν ἄπεστι.* Noster Iph. A. 1360. *ΑΧ. Ἀλλ' ὀνήσομέν σέ. ΚΛ. παῖς ἄρ' οὐκέτι σφαγήσεται.* Vide meam annotationem ad v. 713. et Piersonum ad Moeridis glossam, *Ἀνέστησαν πᾶς ὁ δῆμος* p. 8. ubi olim legebatur *πού.* *Ex Addendis.*]

663. *Τέρψαι* primus edidit Hervagius ed. secunda. Sic etiam legendum monet Brodaeus. Similis varietas supra v. 487. et in Suppl. 526. Hel. 401.

665. Non convenit huic loco particula *δή.* Lego, *μέτεστι 'δμή.* Hesychius: *Ἰδμήν. φρόνησιν.* Musgravius. Nunquam vidi infeliciorem conjecturam. Haec quasi in aedem reditura ait Alcmena. Verte, *Nihil est amplius in hoc colloquio quod ad me pertineat.* Notam interrogationis primus delevit Musgravius.

668. Aesch. Pers. 334. *Πόσον τι πλῆθος ἦν νεῶν Ἑλληνίδων;*

669. Legendum, *ἀριθμὸν δ' αὐτόν.* Sed et *ἄλλον* commodum sensum patitur. *Non possum alium numerum indicare, quam hunc indeterminatum, multos esse.* Reiskius. Si sententiae necessarium esset *αὐτὸν*, ad Reiskii emendationem confirmandam allegari posset Soph. Oed. C. 1266. ubi *τοῦτο* pro *τἄλλα* ex ingenio dedit Brunckius, rectius facturus si *ταῦτα* dedisset. In Medeae v. 296. quem ad v. 152. hujus fabulae attuli, *αὐτῆς* pro *ἄλλης* legi posse monet Porsonus. Ceterum nostri loci sententiam magnifice ornatam habet incertus Rhes. 309. *Στρατοῦ δὲ πλῆθος οὐδ' ἂν ἐν ψήφου λόγῳ Θέσθαι δυναίμην, ὡς ἄπλατον ἦν ἰδεῖν.*

671. *Λαιὸν ἕστηκεν κέρας.* Nam videntur Athenienses in dextro fuisse. Brodaeus. Subauditur autem *κατὰ*, ut in Suppl.

657. *Καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ, δεξιὸν τεταγμένους Κέρας, παλαιοὺς Κεκροπίας οἰκήτορας.* [Thucydides V. 67. *Δεξιὸν μὲν κέρας Μαντινῆς εἶχον, ὅτι ἐν τῇ ἐκείνων τὸ ἔργον ἐγίγνετο. Ex Addendis.*]

673. *Τὰ σφάγια* etiam E. G. Articulum omittunt edd. recentiores. *Τάξεων* primus edidit Hervagius ed. secunda. Consentire videtur E. Alteri enim cod. *τάξων* diserte tribuit Musgravius.

677. *Ἠκάζομεν* G. Musgravius. Moeris p. 182. *Ἤκασα, Ἀττικῶς. εἴκασα, Ἑλληνικῶς.* Ubi consulendi Piersonus et scriptores ab eo laudati, praecipue Valckenarius ad Phoen. 165.

678. 679. Hos versus famulo recte continuant S. Barnesius et Musgravius. Quod etiam facere voluit Canterus, qui Iolai personam, quae ad v. 678. delenda erat, oscitanter ad v. 680. delevit.

680. *Ταὐτὰ* tacite Barnesius. *Eadem* Portus.

681. *Ὡς ἔοιγμεν* notat *pro posse nostro, et ut nos decet.* Reiskius. *Ὡς ἔοικε* Barnesius in margine, *ut convenit* in interpretatione. Qua significatione *ὡς εἰκός ἐστι,* ni fallor, vel aliquid ejusmodi, dixisset Euripides. Homericum enim *ἔοικε, decet, convenit,* ab Attico sermone alienum est. Rectius igitur interpretatur Portus, *ut videmur.* Similia sunt *ὡς ἔοικας* Med. 337. Iph. T. 591. Hel. 799. *ὡς εἴξασι* Iph. A. 848. Hel. 504. Vix dignae sunt quae memorentur conjecturae, Heathii *ὡς εἰώθαμεν,* Musgravii *ὡς ἔχοιμεν, quantum valemus.*

682. Hunc versum alii aliter distinguunt et interpretantur. Post *σοῦ* plene distinguunt plerique, post *ἥκιστα* minus plene Barnesius. Sed rectissime Canterus Nov. Lect. VII. 29. ita interpretatur, omni distinctione sublata, *Minime decebat stulta te verba eloqui.* Quam interpretationem adoptat Musgravius in versione Latina. *Πρὸς σοῦ ἦν, te decebat.* Noster Herc. 585. *Πρὸς σοῦ μὲν, ὦ παῖ, τοῖς φίλοις τ' εἶναι φίλον Τά τ' ἐχθρὰ μισεῖν.*

683. Frustra haec verba sollicitant viri eruditi. Vulgata scriptura, modo deleatur nota interrogationis, sanissima est. Sensus est, *Καὶ ἥκιστα πρὸς ἐμοῦ ἐστι μὴ μετασχεῖν ἀλκίμου μάχης φίλοις.* Id quod verissime dicere poterat Iolaus. Noster Alc. 41. *ΑΠ. Ξύνηθες ἀεὶ ταῦτα βαστάζειν ἐμοί. ΘΑ. Καὶ τοῖσδέ γ' οἴκοις ἐκδίκως προσωφελεῖν,* Supple, *ξύνηθές ἐστί σοι.* Iph. A. 736. *ΚΛ. Καλὸν τεκοῦσαν τἀμά γ' ἐκδοῦναι τέκνα. ΑΓ. Καὶ τάς γ' ἐν οἴκῳ μὴ μόνας εἶναι κόρας. Καλόν ἐστι* scilicet. Nostro loco *ὡς μὴ* in initio versus habet E. monente Marklando ad Iph. A. 173. [Notam interrogationis recte omittunt Hervagiana secunda et tertia. *Ex Addendis.*]

684. Hunc versum et 688. transponendos esse censet Musgravius.

Ibid. Τρώσης omnes ante Portum praeter Aldum. Τρώσης Portus et sequentes ante Barnesium, qui ex Aldina θρώσης reposuit, quod ex conjectura assecuti erant Canterus, Scaliger et Duportus.

685. 686. Vere Piersonus Verisim. p. 191. [et Heathius] θένοιμι et θένοις, MSS. tamen σθένοιμι et σθένοις retinentibus. Musgravius. Vide v. 738. ab utroque indicatum. Eandem locutionem usurpat noster Autolyco fr. 3. *Πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν ἐν χεροῖν Δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων ποσὶ Θείνοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας;*

689. *Ἀλλ' οὖν μαχοῦμαί γ'* *) P. E. Post particulas ἀλλ' οὖν uno alterove vocabulo interposito plerumque adhiberi γε monui ad Aesch. Prom. 1070. (*Edinburgh Review*, XVII. p. 242.) Excidit e vulgatis libris particula etiam in Ion. 1325. *Ἀλλ' οὖν λεγόμεθά γ'. ἡ φάτις δ' οὔ μοι πικρά.* Sensus nostri loci, qui tamen minime obscurus est, omnes interpretes fugit. Dicit Iolaus, deficientibus corporis viribus, animum tamen non deficere, neque se cum minori hostium numero pugnare paratum esse, quam olim in juventute. Eandem locutionem, *οὐκ ἐλάσσοσι μαχούμεθα,* usurpat Thucydides I. 143.

690. *Σήκωμα. Pondus.* Recte ita MS. G. Polybius XVIII. 7, 5. *προσλαβόντες οἱονεὶ σήκωμα.* [Vide Schweighaeuserum in indice.] Citatur et ex Hyperide apud Pollucem IV. 172. Musgravius.

Ibid. Προτίθης G. suprascripto προτιθείς. Προστίθης Burgesius ad Tro. 484. ex praecepto Porsoni ad Or. 141. Ὑποτιθεὶς habet Aldus Or. 1186. τιθεῖς Alc. 893. προστιθεῖς Hel. 556. Herc. 710. τιθείς Ion. 741. προστιθεὶς, ut nostro loco, Ion. 1525. Recte τίθης Alc. 58. Androm. 209. et fortasse alibi.

691. *Μήτοι μ' ἔρυκε* tacite Barnesius. Consentit G.

693. *Ὡς μὴ μενοῦντα. Scito me non mansurum.* Brodaeus. *Μενοῦντα* dependet a superiore *μή με ἔρυκε.* Reiskius. *Μενοῦντα* accusativus absolutus est, pro *μενοῦντος,* quod suprascriptum habet G. Ita noster Phoen. 1469. *Ἀνῇξε δ' ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λόγων, Ἡμεῖς μὲν, ὡς νικῶντα δεσπό-*

[*) Eodem modo Erfurdtius ad Sophocl. Ajac. p. 516. „Fortasse," inquit, „*μαχοῦμαί γ' ἀριθμὸν οὐκ ἐλάσσοσι: at pugnabo tamen cum hostibus numero non inferioribus*, sc. quam nos sumus, ita ut auxilium meum non temere sit repudiandum." *G. D.*]

τὴν ἐμὸν, Οἱ δ' ὡς ἐκεῖνον. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις. Ion. 964. ΠΡ. Σοὶ δ' εἰς τί δόξης ἦλθεν ἐκβαλεῖν τέκνον; ΚΡ. Ὡς τὸν θεὸν σώσοντα τόν γ' αὐτοῦ γόνον. Incertus Rhes. 144. Σάλπιγγος αὐδὴν προσδοκῶν καραδόκει, Ὡς οὐ μενοῦντά μ'. Quibus adde Soph. Oed. T. 101. Oed. C. 381. ubi αἷμα et Ἄργος accusativi sunt. Priore loco ipse mihi rectius facturus fuisse videor, si cum Brunckio edidissem, ὡς τήνδ' αἷμα χειμάζον πόλιν. Alexis apud Athen. p. 104. D. Τοῖς ἰχθυοπώλαις ἐστὶν ἐψηφισμένον, Ὥς φασι, χαλκῆν Καλλιμέδοντος εἰκόνα Στῆσαι Παναθηναίοισιν ἐν τοῖς ἰχθύσιν, Ἔχουσαν ὀπτὸν κάραβον ἐν τῇ δεξιᾷ. Ὡς αὐτὸν ὄντ' αὐτοῖσι τῆς τέχνης μόνον Σωτῆρα, τοὺς ἄλλους δὲ πάντας ζημίαν. Thucydides VIII. 66. Ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες ὑπόπτως προσῇσαν οἱ τοῦ δήμου, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων. Lysias Epitaphio p. 181. ed. Reisk. Καὶ γάρ τοι θάπτονται δημοσίᾳ, καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης καὶ σοφίας καὶ πλούτου, ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας ταῖς αὐταῖς τιμαῖς καὶ τοὺς ἀθανάτους τιμᾶσθαι. Quem locum cum aliis nonnullis ejusdem oratoris indicat Taylorus in indice regiminum v. *Accusativus.* Hinc fortasse emendandus noster Alc. 1120. ΗΡ. Τόλμα προτείνειν (malim προτεῖναι) χεῖρα, καὶ θιγεῖν ξένης. ΑΔ. Καὶ μὴν προτείνω, Γοργόν' ὡς καρατόμῳ. Vide an legendum, Γοργόν' ὡς καρατόμον, subaudito οὖσαν. [Inter genitivum et accusativum absolutum hoc fere interesse videtur, quod genitivus ipsam rem, accusativus alicujus de ea sententiam exprimit. Aeschines in Timarchum p. 48. ed. Reisk. Ἀπὸ σωφροσύνης πρῶτον ἤρξατο [ὁ νομοθέτης], ὡς ὅπου πλείστη εὐκοσμία ἐστὶ, ταύτην ἄριστα τὴν πόλιν οἰκησομένην. Ubi verba ὡς—οἰκησομένην significant ὡς—οἰκήσεσθαι δοκῶν. Soph. El. 881. Μὰ τὴν πατρῴαν ἑστίαν, ἀλλ' οὐχ ὕβρει Λέγω τάδ', ἀλλ' ἐκεῖνον ὡς παρόντα νῷν. Supple εἰδυῖα, ὁρῶσα, vel tale quiddam. Sic etiam explicanda loca in annotatione mea allegata, praeter locum ex Alcestide, quem nunc ita explico. Ad ea quae dixerat Hercules, Τόλμα προτείνειν χεῖρα, καὶ θιγεῖν ξένης, respondere debuit Admetus, Καὶ μὴν προτείνω [χεῖρα], ὡς Γοργόνος καρατόμου [θιξόμενος]. Qua significatione non male se habet accusativus Γοργόν' ὡς καρατόμον. Non raro enim fit transitus a genitivo aut dativo ad accusativum. Soph. Ant. 857. Ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας, Πατρὸς τριπόλιστον οἶτον. Aj. 870. ΗΜ. Ἰδοὺ ἰδοὺ, δοῦπον αὖ κλύω τινά. ΗΜ. Ἡμῶν γε, ναὸς κοινόπλουν ὁμιλίαν. Aesch. Agam. 1104. Μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσδ' ἐπιπείθομαι, Κλαόμενα τάδε βρέφη σφαγὰς, Ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας. Ceterum hic locus, ubi vulgo eliditur I dativi singularis, commodum

praebet occasionem de ista elisione disserendi. Exempla quae apud tragicos reperi singillatim examinabo. I. Aesch. Suppl. 7. Οὔτιν' ἐφ' αἵματι δημηλασίᾳ Ψήφῳ πόλεως γνωσθεῖσαι. Recte Tyrwhittus, δημηλασίαν. Οὔτιν' igitur accusativus est. II. Pers. 916. Λέλυται γὰρ ἐμῶν (f. ἐμοὶ) γυίων ῥώμη, τήνδ' ἡλικίαν ἐσιδόντ' ἀστῶν. 'Εσιδόντ' accusativus est. Transitus ab alio casu ad accusativum saepissime in participiis locum habet. Consulantur interpretes ad sequentia tragicorum loca, quae in discipulorum gratiam apponam. Aesch. Agam. 1619. Οὕτω καλὸν δὴ καὶ τὸ κατθανεῖν ἐμοί, 'Ιδόντα τοῦτον τῆς δίκης ἐν ἕρκεσιν. Choëph. 408. Πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ, Τόνδε κλύουσαν οἶκτον. Soph. El. 479. Ὕπεστί μοι θράσος Ἁδυπνόων κλύουσαν Ἀρτίως ὀνειράτων. Eurip. Med. 814. Οὐκ ἔστιν ἄλλως. σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν Τάδ' ἐστί, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγώ, κακῶς. El. 1250. Σὺ δ' Ἄργος ἔκλιπ'. οὐ γάρ ἐστι σοι πόλιν Τήνδ' ἐμβατεύειν, μητέρα κτείναντα σήν. III. Soph. Oed. C. 1435. Σφῷν δ' εὐοδοίη Ζεύς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι Θανόντ'. ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον. Θανόντ' pro accusativo accipi posse satis ostendunt superiora. Deinde legendum, ἐπεὶ οὔ με ζῶντά γ' αὖθις ἕξετον. IV. Trach. 676. Ὧι γὰρ τὸν ἐνδυτῆρα πέπλον ἀρτίως Ἔχριον, ἀργῆτ' οἰὸς εὐείρῳ (εὐείρου Brunckius) πόκῳ, Τοῦτ' ἠφάνισται. Lego, ἀργῆτ' οἰὸς εὔερὸν πόκον. V. Aj. 108. Πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκείου στέγης. Dativum quidem in simili locutione usurpat Aesch. Prom. 15. Δῆσαι βίᾳ φάραγγι πρὸς δυσχειμέρῳ. Sic etiam Aristoph. Thesm. 939. γυμνὸν ἀποδύσαντά με Κέλευε πρὸς τῇ σανίδι δεῖν τὸν τοξότην. Sed δήσαντες πρὸς τὸν κίονα dixit Aeschines in Timarchum p. 88. VI. Aj. 1006. Ποῖ γὰρ μολεῖν μοι (με Suidas v. Ποῖ, monente Brunckio) δυνατόν, εἰς ποίους βροτούς, Τοῖς σοῖς ἀρήξαντ' ἐν πόνοισι μηδαμοῦ. Sive μοι, quod malim, sive με legas, ἀρήξαντ' accusativus est. VII. Eurip. Hec. 912. Κηλῖδ' οἰκτροτάτᾳ κέχρωσαι. Κηλῖδ' οἰκτροτάταν e membranis Parisiensibus, aliisque codd. nonnullis primus edidit Musgravius. VIII. Iph. A. 808. οὕτω δεινὸς ἐμπέπτωκ' ἔρως Τῆσδε στρατείας Ἑλλάδ' (Ἑλλάδι γ' Aldus), οὐκ ἄνευ θεῶν. Ἐμπίπτειν accusativum adsciscit apud Soph. Oed. C. 942. Οὐδείς ποτ' αὐτοὺς (αὐτοῖς Brunckius ex emendatione Heathii) τῶν ἐμῶν ἂν ἐμπέσοι Ζῆλος ξυναίμων, ὥστ' ἐμοῦ τρέφειν βίᾳ. Ita προσπίπτω σοι et προσπίπτω σε dictum est, ἐπιστρατεύω πόλει et ἐπιστρατεύω πόλιν, λέγω σοι et λέγω σε. Hoc habet Soph. Oed. C. 1402. Τοιοῦτον, οἷον οὐδὲ φωνῆσαί τινα Ἔξεσθ' ἑταίρων. Ubi Brunckius: Οὐδὲ φωνῆσαί τινι. *Sic optime Tyrwhittus, eodem sensu quo*

Polynices ipse infra v. 1429. Οὐδ' ἀγγέλουμεν φλαῦρα. Mendose vulgo φωνῆσαί τινα. Imo, recte. Confer v. 1760. Ὦ παῖδες, ἀπεῖπεν ἐμοὶ κεῖνος, Μήτε πελάζειν εἰς τούσδε τόπους, Μήτ' ἐπιφωνεῖν μηδένα θνητῶν, Θήκην ἱερὰν, ἣν κεῖνος ἔχει. Vides quam periculosum sit usitatam verborum constructionem pro paullo minus usitata e mera conjectura inducere. Tyrwhittum et Brunckium reprehendo, Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσιν βρύων. IX. Ion. 433. Ἀτὰρ θυγατρὸς τῆς Ἐρεχθέως τί μοι Μέλει προσήκοντ' οὐδέν (προσήκει τ' οὖδας Aldus); Vide ad Persarum locum. Plura non reperi. Nisi his difficiliora sunt ea quae me fugerunt, non video quid obstet quo minus statuamus tragicos literam I in dativo singulari nunquam elisisse. De dativo plurali nulla controversia est. *Ex Addendis.*]

694. Ὁπλίτης P. E. Noster Androm. 459. Νῦν δ' εἰς γυναῖκας γοργὸς ὁπλίτης φανεὶς Κτείνεις μ'. In Rhes. 325. pro κυνηγέταις scribendum κυνηγέτης.

695. Sic Hercules κατέσπασεν ἐκ τῶν ναῶν τὰς προσηλωμένας πανοπλίας, teste Diodoro Siculo IV. 10. MUSGRAVIUS. Lycurgus in Leocratem p. 172. ed. Reisk. Ὅτε ἡ μὲν χώρα τὰ δένδρα συνεβάλετο, οἱ δὲ τετελευτηκότες τὰς θήκας, οἱ δὲ νέοι τὰ ὅπλα. Optime οἱ δὲ νεῷ Piersonus ad Moerin p. 265. qui nostri loci non est oblitus. Vide etiam Androm. 1123. Κρεμαστὰ τεύχη πασσάλων καθαρπάσας. Erechth. fr. 6. Θρῄκιον πέλταν πρὸς Ἀθάνας περικίοσιν ἀγκρεμάσας θαλάμοις.

705. Ἡμετέραν. Ita pro ὑμετέραν omnino legendum duco. BARNESIUS. Consentiunt E. G.

706. Χρῆν P. E. Sententiae accommodatius est *oportebat* quam *oportet*. Non enim dehortandi, sed potius reprehendendi studio Iolaum compellat Chorus. Est autem solenne χρῆν in reprehensionibus. Plura vide infra ad v. 959.

Ibid. Γνωσιμαχεῖν. *Infirmitatem suam nosse.* BRODAEUS. Glossographus ad Herod. III. 25. Γνωσιμαχεῖν. τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, τήν τε τῶν ἐναντίων ἰσχύν. Ter apud Herodotum occurrit. Vide VII. 130. VIII. 29. Bis tantum apud Atticos poëtas. Alter locus est Aristoph. Av. 555. Κἂν μὲν μὴ φῇ, μηδ' ἐθελήσῃ, μηδ' εὐθὺς γνωσιμαχήσῃ. Idem valent verba γίγνωσκε δ' ἀλκὴν apud nostrum Hec. 227. [Γνωσιμαχεῖν. Plura dabunt viri docti ad Thomam Magistrum pp. 193. 194. *Ex Addendis.*]

Ibid. Σὴν ἡλικίαν Porsonus Advers. p. 268. ut sine ejus monitu edidissem.

710. Λείπειν μ' P. E. Non sum nescius bene Graecum esse μέλλω λιπεῖν; quod praeter alios docuit Porsonus ad Or. 929. Exempla praebent Aesch. Prom. 626. Eurip. Or.

292. Med. 393. Hippol. 723. Iph. T. 484. 1264. Ion. 80. 760. El. 17. Aristoph. Ach. 1160. Av. 367. Lys. 117. Postremus locus ita fortasse scribendus est: *Ἐγὼ δὲ καὶ κα ποττὸ Ταΰγετόν κ' ἄνω Ἕλσοιμ', ὅπᾳ μέλλοιμί γ' εἰράναν ἰδεῖν.* Ubicumque vero levi emendatione pro *γράψαι* restitui potest *γράφειν* aut *γράψειν*, restituendum mihi videtur. Nostro igitur loco *λείπειν* scribo, *ἐκλείπειν* in Ion. 665. ubi vulgo legitur, *Πρόσειπε, μέλλων Δελφίδ' ἐκλιπεῖν πόλιν.* Apud Thucyd. VI. 31. vulgo legitur, *ὡς ἤδη ἔμελλον μετὰ κινδύνων ἀλλήλους ἀπολιπεῖν*, sed *ἀπολείπειν* praebet cod. Parisiensis. Locos nonnullos ex tragicis subjiciam, prout in Aldina exhibentur, addita scriptura quam reposuerunt recentiores editores. Aesch. Theb. 55. *Κληρουμένους δ' ἔλιπον* (*ἔλειπον*), *ὡς πάλῳ λαχών.* Pers. 479. *Ποῦ τάσδ' ἔλιπες* (*ἔλειπες*); *οἶσθα σημῆναι τορῶς.* Eurip. Or. 878. *Ὅτ' ἐξέλιπον* (*ἐξέλειπον*) *μέλαθρον, ἐς Τροίαν ἰών.* Phoen. 1437. *Ἐπεὶ τέκνω πεσόντ' ἔλιπέτην* (*ἐλειπέτην*) *βίον.* Hippol. 34. *Ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λίπε* (*λείπει*) *χθόνα.* Androm. 521. *Καὶ γὰρ ἄνοια* (*ἀνοία*) *μεγάλη λιπεῖν* (*λείπειν*). Hel. 731. *Σὺν τῷδε νύμφῃ δῶμ' ἔλιπες* (*ἔλειπες*) *ὄλβιον.* Ion. 1306. *Ἔκλιπε* (*ἔκλειπε*) *βωμὸν, καὶ θεηλάτους ἕδρας.* Si toties peccant librarii in locis quorum vera scriptura metro necessaria est, quid eos facturos existimemus, ubi neutra scriptura metro repugnet?

711. *Μέλειν* primus edidit Brubachius aut Stiblinus. [*Μέλειν* primus edidit Stiblinus. Vide Hel. 198. *Ex Addendis.*]

713. Canterus et Aemilius Portus et Scaliger pro *πᾶσι*, quod male prius aderat, *παισὶ* recte legunt: nemo autem eorum vidit etiam pro *μελήσει* legendum *μελήσεις*. Barnesius. Neque vidit ipse Barnesius in Suppl. 1170. pro *πᾶσιν θ' ὑπεῖπον τούσδε* legendum esse *παισὶν θ' ὑπεῖπον τοῖσδε*. Quae emendatio Marklando debetur. Contra *παισὶ δέκα* pro *πᾶσι δέκα* olim legebatur apud Herodotum IV. 88. *Πᾶς* pro *παῖς* habet Aldus apud Soph. Phil. 703. *παῖς* pro *πᾶς* apud incertum Rhes. 44. Quod ad *μελήσει* attinet, Barnesii emendationem recte improbant Heathius et Musgravius. Subauditur *σου*. [*Παισὶ* pro *πᾶσι* libri nonnulli in Phoen. 1560. Diodorus Siculus V. 28. *Ὥστε τὴν πρόσοψιν αὐτῶν φαίνεσθαι σατύροις καὶ πᾶσιν* (*παισὶν* duo codd.) *ἐοικυῖαν*. Poggium reprehendit P. Leopardus Emendat. V. 13. quod *pueris* pro *Panibus* in versione exhibuerit. Sed proculdubio Poggius exemplaria sua Graeca secutus est. *Ex Addendis.*]

[714. *Χρήσωνται τύχῃ. Utantur adversa fortuna.* Id est, *χρήσωνται ἀτυχίᾳ* vel *ξυμφορᾷ.* Vide Antiphantem pp. 664.

690. 700. Satis notus est hic usus verbi χρῆσθαι. Illud apud nostrum Iph. A. 88. ἀπλοίᾳ χρώμενοι, attingit Ciceroniana locutio, *Cum sane adversis ventis usi essemus*, Ep. ad Div. XIV. 5. *Ex Addendis.*]

721. Ego audacter posterius ἂν in ἐν mutavi. Barnesius. Recepi, licet dubitanter, Barnesii conjecturam. Musgravius. Noster Iph. T. 245. χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα Οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη. Tro. 456. Οὐκέτ' ἂν φθάνοις ἂν αὔραν ἱστίοις καραδοκῶν. Aristoph. Eccl. 118. Οὐκ ἂν φθάνοις τὸ γένειον ἂν περιδουμένη. Comicus incertus apud Photium v. Οὐκ ἂν φθανοίμην (f. φθάνοιμ' ἂν) τὴν μάχαιραν παρακονῶν. Quae loca sufficient, opinor, ad vulgatam nostri loci scripturam confirmandam. De locutione οὐκ ἂν φθάνοις multa habet Hermannus ad Vigerum p. 746. Versus noster, ut recte monet Brunckius ad Plut. 1133. significat, ταχέως τοῖσδε σύγκρυπτε δέμας. Latine, *Oportet te quam primum ea induere.* Anglice, *You have no time to lose in putting on the armour.* Vel, si mavis, *You cannot make too much haste.* Verborum οὐκ ἂν φθάνοις verus est sensus, ni fallor, *non praevenies occasionem.* Dicitur οὐκ ἂν φθάνοις συγκρύπτων, ut οὐκ ἂν κάμοιμι εὐεργετῶν et similia. Pro eo autem quod dixit poëta, οὐκ ἂν φθάνοις ἂν συγκρύπτων, soloecum, ni fallor, esset οὐκ ἂν φθάνοις συγκρύψας. Nam participium praesentis temporis semper adhibitum reperio. Ita ἀπαλλασσόμενοι καὶ ἀγγέλλοντες apud Herod. VII. 162. θνήσκοντες apud Eurip. Or. 935. θνήσκων ibid. 939. συμπεραίνοντες ibid. 1551. φυτεύων Alc. 665. πράττοντε apud Aristoph. Plut. 485. ἰὼν ibid. 874. ἀποτρέχων ibid. 1133. [Consulendus Piersonus ad Herodianum p. 452. *Ex Addendis.*]

722. Scaliger [et Brunck. ad Arist. Ran. 367. *G. D.*] legit ὦ 'γὼν, quia prior syllaba τοῦ ἀγὼν brevis est. Barnesius. Vel οὑ 'γὼν pro ὁ ἀγὼν legendum: vel ἀγὼν primam producit. Idem ad Or. 859. Quem vide etiam ad Phoen. 591. ubi legendum ad mentem fere Canteri, Μῆτερ, οὐ λόγων ἔθ' ἀγὼν, ἀλλ' ἀνήλωται χρόνος *). Hodie nemo nescit neque ὦ 'γὼν neque οὑ 'γὼν ex ὁ ἀγὼν fieri, sed ἁγών. Apud Aristoph. Vesp. 534. ubi vulgo legitur, σοὶ μέγας ἔστ' ἀγὼν, σοὶ μέγας ἐστ' ἀγὼν νῦν dedit Gaisfordius ad Hephaest. p. 292. ex emendatione Porsoni. Malim, σοὶ μέγας ἐστὶν ἁγών.

[*) Conf. Erfurdt. ad Sophocl. El. 1488. ubi articulum ante Brunckium restituerat Valckenar. Diatrib. in Eurip. p. 220. *G. D.*]

723. *Μέλλοντας* primus edidit Hervagius ed. secunda.

727. Videtur scribendum ἔνθες ἀξίνην. CANTERUS. Ἔνθες, quod in textum primus admisit Barnesius, habent E. G. Quod ad ἀξίνην attinet, Canterum fefellit ὀξύνην Hervagianae primae mendum typographicum, quod in omnes sequentes ante Barnesianam propagatum est. Ἰξύνην adscripto ἰγνύην S. Ὀξύνην per λόγχην ὀξυΐνην recte explicat Brodaeus. Homericum ἔγχεϊ ὀξυόεντι respexit poëta. Quaenam autem fuerit arbor ὀξύη, cujus multa mentio apud Theophrastum, inter hujus rei peritos parum convenit.

730. Ὄρνιθος οὕνεκ'. *Boni ominis gratia.* Nam pedis offensio mali quidpiam portendebat. BRODAEUS.

732. *Λειφθεὶς* primus edidit Stiblinus. Recte Brodaeus, *nisi pugnae interfuero.* Simili errore ἐλήφθη pro ἐλείφθη habet Aldus Iph. T. 50. Hel. 418. [*Ἔπειγε. ληφθεὶς, δεινὰ πείσομαι, μάχης.* Ita recte distinxit Aldus. Sic etiam Hervagius ed. prima, qui in secunda et tertia versum ita constituit, *Ἔπει γε ληφθεὶς, δεινὰ παίσομαι, μάχης.* Ἐπεί γε ληφθεὶς dare voluit, verbis ληφθεὶς μάχης hac significatione acceptis, *Si captus ero in praelio.* Veram scripturam primus exhibuit Stiblinus. In ed. Canterianam ex Hervagiana tertia manavit ἔπει γε divisim scriptum. Vitia edd. superiorum a Stiblino sublata saepe retinet Canteriana. Vide vv. 177. 395. 967. 1020. *Ex Addendis.*]

733. Legendum cum Tyrwhitto, *κοὐκ ἐγὼ, δοκῶν τι δρᾶν.* MUSGRAVIUS.

736. Legendum haud dubie [cum Reiskio], *Οὐ ταῦτα λέξεις.* MUSGRAVIUS. *Οὐ ταυτὰ λέξεις* Heathius.

738. Θείνοντα P. E. Vide ad v. 272. Participium praeteriti temporis θενόντα sententiae minus convenit.

739. Optime Tyrwhittus [et Heathius], *Εἰ δή ποθ' ἥξομέν γε. Siquidem omnino perveniemus.* MUSGRAVIUS. Noster El. 263. *Εἰ δή ποθ' ἥξει γ' εἰς δόμους ὁ νῦν ἀπών.* [*Εἰ δή ποθ' ἥξομέν γε.* Sic etiam Scaliger. *Ex Addendis.*]

742. *Σπάρτην ἐπόρθεις.* Citat Barnesius Schol. ad Or. 457. Pausaniam III. c. 15. p. 244. Apollodorum II. 7, 3. Addit Musgravius Diodorum Siculum IV. 33. Cum omnium fere Herculis laborum particeps fuerit Iolaus, Spartae expugnationem memorat Euripides, *quia Lacedaemonios caros non habuit*, inquit Barnesius.

743. *Οἶος* tacite Barnesius. *Solus* omnes interpretes, praeeunte Brodaeo. Sed οἶος, *solus*, nusquam, quod sciam, apud Euripidem legitur, semel apud Sophoclem, Aj. 750. Verba οἷος ἂν τροπὴν Εὐρυσθέως θείην significare

videntur, ὥστε ἐμὲ τροπὴν Εὐρυσθέως θεῖναι. Alterum tamen exemplum ejusdem constructionis nondum reperi.

[748—758. sunt στρ. ά.: 759—769. ἀντιστρ. ά.: 770—776. στρ. β'.: 777—783. ἀντιστρ. β'. G. D.]

750. Annon legendum φαεσιμβρότου? Confer tamen Suppl. 208. [469. Med. 352.] Musgravius. Satis constat solem haud raro absolute θεὸν appellari. Neque eo nomine improbanda est vulgata scriptura, quod θεοῦ nullum, αὐγαὶ vero geminum habet epitheton. Ita enim passim loquuntur tragici. Soph. Aj. 134. Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου. Ubi nullum codicem βάθρον ἀγχίαλον habere miror, Bothium ita ex conjectura contra omnes artis criticae regulas scripsisse non miror. Nostro loco cum Homericum φαεσιμβρότου ἠελίοιο manifesto respexerit poëta, Musgravii emendationem admittere non dubitavi. Ut videant tirones quantulam auctoritatem habeant libri vulgati in terminationibus adjectivorum inter bina substantiva positorum, Aldinam aliquot versuum scripturam subjiciam. Hec. 425. Ὦ τῆς ἀώρου θύγατερ ἀθλίας (ἄθλια primus edidit Porsonus) τύχης. Phoen. 178. Σφάγια δ' ἅμ' αὐτῷ, γῆς φιλαίματοι (φιλαιμάτου Grotius) ῥοαί. Ibid. 214. Ἴν' ὑπὸ δειράσι νιφοβόλοιο (νιφοβόλοις Kingius) Παρνασοῦ κατενάσθην. Hippol. 1197. Τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας (κἀπιδαυρίαν Valckenarius) ὁδόν. Alc. 1041. Ἔκρυψ' ἐμῆς γυναικὸς ἀθλίου (ἀθλίους Lascaris) τύχας. Ubi ambiguitatis vitandae causa ἀθλίους dicere maluit poëta quam ἀθλίας. Rhes. 303. Χρυσέα δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρων (ζυγηφόρον) Πώλων ἔκληε χιόνος ἐξαυγεστέρων. Adde nostrae fabulae vv. 785. 932. Aesch. Prom. 111. Soph. Phil. 1289. [Praeter Aj. 134. vide Ant. 587. Ὁμοῖον ὥστε ποντίαις (vulgo ποντίας ἁλὸς) Οἶδμα δυσπνόοις ὅτ' ἂν Θρῄσσῃσιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς. Ita legendum e scholiaste. Quod si vidisset Brunckius, emendatione ejus ad v. 598. caruissemus. *Ex Addendis.*]

751. Ἐνέγκατε contra metrum edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam.

752. Ἰαχήσατε secundam producit, et ἰαχεῖ infra v. 782. Plura exempla dabunt Heathius ad nostrum locum, et Marklandus ad Iph. A. 1036. Dixi ad Soph. Oed. T. 1222. secundam in ἰαχὴ et ἰαχεῖν communem esse, neque quidquam caussae esse cur scriberetur ἰακχὴ et ἰακχεῖν. Postea vero suspicio mihi oborta est, ἰαχὴ et ἰαχεῖν media correpta e Doricis ἀχὰ et ἀχεῖν, interdum etiam ex Atticis ἠχὴ et ἠχεῖν, librariorum errore nata esse. Quam

suspicionem minime absurdam esse ostendent sequentia tragicorum loca. I. Aesch. Theb. 873. Τὸν δυσκέλαδόν θ' ὕμνον Ἐρινύος Ἰαχεῖν, ἀΐδα τ' Ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν. Numerosius esset ἀχεῖν, praecedente scilicet dactylo. Noster Ion. 883. ἀχεῖ Μουσᾶν ὕμνους εὐαχήτους. Scripsit autem Aeschylus, ni fallor, ἠχεῖν et Ἀΐδῃ. Ἀΐδῃ Blomfieldius. II. Soph. Trach. 635. Οἴτας παραναιετάοντες. Ibid. 643. Ἰάχων (sic) καναχὰν ἐπάνεισιν. Nemo non videt metro convenientius esse ἀχῶν. III. Eurip. Med. 149. Ἰαχὰν, οἵαν ἁ δύστανος. Ibid. 174. Ἔλθοι, μύθων τ' αὐδαθέντων. Hic etiam antistrophico versui melius respondet ἀχὰν quam ἰαχάν. IV. Phoen. 1047. Ἰαχά τ' ἦν ὅμοιος. Ibid. 1071. Ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον. Lege, Ἀχά τ'. V. Ibid. 1302. Πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἰαχήσω; Ibid. 1316. Ἄποτμος, ἄποτμος ὁ φόνος, ἕνεκεν (ἕνεκ' plurimi codd.) Ἐρινύων. Dochmiacum efficies satis justum legendo ἀχήσω. Sed recte se habere videtur ἰαχήσω secunda producta, etsi non optime respondet Ἐρινύων. VI. Hippol. 584. Ἰαχὰν μὲν κλύω. Syzygia est dochmiaca. Vel legendum ἀχὰν, vel delendum μὲν, quod sine ullo incommodo abesse potest. VII. Iph. A. 1045. Μελῳδοὶ, Θέτιν ἰαχήμασι τόν τ' Αἰακίδαν. Ibid. 1067. Ὅς ἥξει χθόνα λογχήρεσι σὺν Μυρμιδόνων. Malim, Μελῳδοῖς Θέτιν ἀχήμασι. Plura congerere supersedeo. Aoristus autem ἴαχον, quod aliquoties apud Atticos poëtas occurrit, mediam, ni fallor, semper corripit, neque unquam ab iis extra modum indicativum usurpatur. Apud nostrum El. 707. pro ἰάχει malim ἴαχεν prima et secunda brevi. [Noster Hel. 1161. Καὶ ἰαχὴ σὴ καθ' Ἑλλανίαν. In quo versu ἰαχὴ non solum secundam corripere videtur, verum etiam primam singulari exemplo producere. Latent, ni fallor, sub litteris καὶ ἰαχὴ σὴ verba καίτοι κέκλησαι. Confer v. 993. *Ex Addendis.*]

753. Vocabulum ἀρχέτας, quod ἀπαξαπλῶς λεγόμενον vocat Barnesius, legitur etiam in El. 1149. monente Musgravio. Dicitur θρόνον ἀρχέταν ut τύραννον δῶμα Hippol. 843. τύραννον ἑστίαν Androm. 3. Nota autem in hoc versu postremam vocabuli syllabam positione productam ante mutam et liquidam. Quod ne in melicis quidem saepe fit. Sic ὑπὸ πλάκα apud Soph. Aj. 1220. κατά τε δρία Trach. 1014.

754. Ἐν superfluit. Brodaeus. Idem monuit ad v. 511. Utrobique ἐν *apud* significat, ut passim apud tragicos. Usitatior locutio esset παρ' Ἀθάνᾳ. [Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 46. legit γλαυκᾶς τ' ἐν Ἀθάνας. *G. D.*]

757. Minime silentio praetereundum ὑποδεχθεὶς activo sensu

pro ὑποδεξάμενος adhibitum. Satis scio haud raro permutari κοσμησάμενος et κοσμηθεὶς, στεφανωσάμενος et στεφανωθεὶς, et similia. Sed in verbis hujus generis nihil inter mediam, quam vocant, et passivam formam interest, nisi quod στεφανωσάμενος, verbi caussa, *a se coronatus*, στεφανωθεὶς *ab alio coronatus* plerumque significat. Longe rarius permutantur aoristi verborum quorum aoristus activus nullus sit, medius autem sensum habeat vere activum. Cujus permutationis exempla nonnulla in appendice dabo. Passivum est εἰσδεχθέντες apud Demosthenem adv. Boeotum p. 1012. ed. Reisk. Passiva sunt etiam ἐδωρήθη apud Soph. Aj. 1029. χειρωθεὶς Oed. C. 903. Trach. 1059. κτηθεῖσα apud Eurip. Hec. 449. ἐκτήθη apud Thucyd. I. 123. II. 36. [Passiva sunt etiam θεαθὲν apud Thucydidem III. 38. βιασθῇ ibid. 47. βιασθεὶς IV. 19. βιασθέντες VII. 11. 43. 45. ὀλοφυρθεὶς VI. 78. Exempla quae daturus eram aoristorum mediorum et passivorum promiscue usurpatorum, alio loco et tempore proferam. *Ex Addendis.*]

758. Κίνδυνον τεμεῖν. Hanc locutionem alibi non reperi.

761. Πολυαίνετον edd. recentiores, ut legisse videtur Brodaeus.

762. Ἐμὲ χθονὶ etiam E. G. Ἐμῇ χθονὶ H. Stephanus. Ἐμᾷ χθονὶ recte edd. recentiores.

Ibid. Κεύθειν. *In animo habere*, ut infra v. 879. Sic etiam in Suppl. 295. Ἀλλ' εἰς ὄκνον μοι μῦθος, ὃν κεύθω, φέρει.

764. Metro melius conveniret ἴκτορας. Vide ad v. 365. Musgravius.

765. Καὶ λεύσιμον ἄλγος vet. cod. apud Stephanum Thes. Ling. Gr. v. Λεύσιμος, monente Heathio. Permutantur Ἄργος et ἄλγος etiam in Suppl. 737. Quamvis ἄλγος in textum receperim, minime video quid significet λεύσιμον ἄλγος. Exspectares ἀθάνατον ἄλγος, ut in Hel. 993. aut aliquid ejusmodi. Raro autem vidi uberiorem conjecturarum segetem. Καὶ λεύσιμον ἄγος metro violato legendum censuerunt Scaliger et Duportus, καὶ δείσομεν Ἄργος Canterus, ἐπὶ λεύσιμον ἄλγος Heathius, κελεύμασιν Ἄργους Reiskius. *Optime*, inquit Musgravius, *nisi analogia postularet κελεύσμασιν. Favet huic conjecturae MS. E. in quo superscribitur κελεύσιμον.* [Θῦμα λεύσιμον, *sacrificium exsecrandum*, ut recte interpretatur Butlerus, Aesch. Agam. 1127. Sed locum desidero ubi λεύσιμον non *lapidatione dignum* sed *lapidatione pejus* significet. Hoc enim postulare videtur ἄλγος. Vide v. 247. *Ex Addendis.*]

766. Citat Barnesius Psalm. xxvii. 1. Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω;

769. Pro εἴτ' ἐμοῦ, οὔτ' ἐμοῦ conjecerunt Stephanus et Scaliger, οἱ θεοὶ Canterus, ἤτ' ἐμοῦ Duportus, ἔν γ' ἐμοὶ vel etiam μετ' ἐμοῦ Reiskius, οὔτε νῦν Heathius. Quibus omnibus latuerant duo vulgatae scripturae foedissima menda, ποτε scilicet quatuor verbis bis adhibitum, et ἂν cum futuro φανοῦνται conjunctum. Duas emendationes proponit Musgravius vix dignas quae memorentur. Prima est, οὔποτε θνατῶν Ἥσσονες πρυτάνεις θεῶν φανοῦνται. Altera, quae auctori suo magis placuit, οὔποτ' ὀθνείων Ἥσσον' ἐς τόδ' ἄνακτ' ἐμῷ φανοῦνται. Vertit Portus, *Nunquam mortalibus inferiores dii videbuntur*. Ita Aesch. Theb. 520. Κοὔπω τις εἶδε Ζῆνά του νικώμενον. Mendum videtur esse in literis *ΠΟΤΑΝΕΙΤ ΕΜΟΥ*. [Ad sanandam loci corruptelam variae sunt a criticis propositae conjecturae, quarum nulla ab omni parte satisfacit. Ac nos quoque dubitanter rescripsimus ποτ' ἄνευ γ' ἐμοῦ φανοῦνται, hoc sensu: *nunquam mortalibus inferiores erunt, nisi ego quoque vincar*; quam rationem ita demum certam putaremus esse, si, quo modo particulae negativae aut pronomina personalia passim a scriptoribus graecis repetuntur, eodem voculam ποτὲ ab Euripide repeti potuisse constaret. Erfurdt. l. supra ad v. 354. indicato. οὔποτε θνατῶν ἥσσονές ποτ' ἂν ἔκ γ' ἐμοῦ φανοῦνται tacite scripsit Reisig. in commentat. de vi et usu ἂν particulae p. 101. et in Syntagm. crit. p. 43. *G. D.*]

770. Legendum metro postulantae, τὸ γὰρ οὖδας. Musgravius. Primus pes spondeus est, cui in antistrophico respondet dactylus, secundus paeon primus, tertius bacchius. Similis est v. 894. modo Ἀφροδίτα primam corripiat.

773. Videtur scribendum ἄλλᾳ. Canterus. Ἄλλᾳ. Ita ob sensum metrumque scribo pro ἀλλὰ, idque Cantero, Scaligero, Porto, Duporto auctoribus. Barnesius.

774. Τᾷδ' ἐπάγοντα primus edidit Hervagius ed. secunda.

Ibid. Verbum est δορύσσω, futurum δορύσω, cujus participium frustra solicitant viri docti [Reiskius et Musgravius] in Eurip. Heracl. 774. Ad verbum δορύσοντα reddas *hasta pugnaturum*. Brunckius ad Soph. Aj. 1188. Δορυσσόντων μόχθων ἄταν ἐπάγων. Nostro loco δορύσσοντα metro repugnante Commeliniana et sequentes ante Musgravium. [In loco Euripideo recte vulgatur δορύσσοντα: mutandus enim est versus antistrophicus, quem sic refingo: ἀνεμόεντι δὲ γᾶς ὄχθῳ. Erfurdt. ad Sophocl. Ajac. 1177. p. 636. *G. D.*]

775. 776. Οὐ γὰρ ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ κ. τ. ἑ. Recte Portus, *Haud enim ob meam virtutem aequum est me expelli ex* mearum aedium *atriis*. Male Stiblinus consentiente Brodaeo.

Non enim meapte virtute possum profligare ab atriis. Cum dativo ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ confer vv. 475. 660. 789. De locutione ab Herodoto aliisque frequentata, δίκαιός εἰμι, *aequum est me*, quae supra legitur v. 143. consulendus Marklandus ad Suppl. 186. Ἐγὼ δίκαιός εἰμ' ἀφηγεῖσθαι τάδε.

777. Ἀλλ' ἐπεὶ σοι (sic) Hervagiana secunda et tertia. Ἀλλ' ἐπεί σοι Brubachiana et Stibliniana. Ἀλλ' ἐπί σοι edd. recentiores. [Ἀλλ' ἐπεὶ σοι (sic) Hervagiana secunda. Ἀλλ' ἐπεί σοι Brubachiana, Hervagiana tertia et Stibliniana. Ἀλλ' ἐπί σοι edd. recentiores. *Ex Addendis.*]

778. Κρίνεται E.

Ibid. Λήθει. *Obliviscitur.* Ita MS. E. Ed. Ald. et reliqui MSS. [Imo, alter MS.] κεύθει. Musgravius. Retinendum κεύθει, quod pro κεύθεται ponitur. Vide Aesch. Theb. 594. Soph Aj. 634. El. 868. Oed. T. 968. Ant. 911. Idem in Supplemento. Κεύθεται non est Graecum. Hujus enim verbi sola activa forma usurpatur. Nostro loco verba οὐδὲ κεύθει *neque latet* significant, i. e. *neque celebratione carent.*

779. Hesychius a Musgravio allegatus: Φθινὰς ἁμέρα. τὴν ἱσταμένου τρίτην τριμήνιον λέγει. Num legendum, τὴν ἱσταμένου τρίτῃ ἱερομηνίαν λέγει? Absurda quidem est haec interpretatio, nec tamen auctore suo indigna. Ultimum mensis diem, τὴν ἕνην καὶ νέαν, nostro loco intelligi censent Brodaeus aliique plerique. Quam interpretationem libentius amplecterer, si constaret ultimum mensis diem, haud secus atque primum, religioso cultu apud Athenienses celebratum esse. Nec video quid obstet quo minus ad mentem Musgravii νουμηνίαν sive kalendas hic intelligamus. Nullus enim dies majori jure φθινὰς ἡμέρα appellari potest, quam is in quo fit solis et lunae coitus. Quem *interlunii diem* appellat Plinius XVI. 39. νουμηνίαν κατὰ σελήνην Thucydides II. 28. qui monet solem eo solo die deficere. Verba autem κατὰ σελήνην addidit Thucydides, propterea quod νουμηνία πολιτικὴ cycli Metonici non semper in veram νουμηνίαν incidebat.

780. An νέων, *juvenum* vel *puellarum?* Id certe versus postulare videtur. Barnesius. Heathius priorem vocabuli ναῶν syllabam propter vocalem sequentem corripi posse censet. Frustra de metro solliciti sunt viri docti. Versus constat e dipodia iambica, cretico et bacchio. Vide vv. 776. 783. Similes sunt sedecim apud Aeschylum in primo Agamemnonis μέλει, quorum primus est v. 200. Πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦσαι. Adde Aesch. Suppl. 549*. 568. 570. 579*. 602*. 607*. Soph. Oed. C. 698. 700. 702. 711*. 713. 715*. 1567. 1578. Quorum qui

asterisco notantur primam syllabam producunt. Nostro loco non metro quidem sed sensui repugnare videtur *ναῶν*, cujus loco *νέων* reposui. Cui scripturae favere videtur Pindarus Pyth. V. 138. *τὸν ἐν ἀοιδᾷ νέων πρέπει χρυσάορα Φοῖβον ἀπύειν.*

781. *Ἀνεμόεντι δέ γ' ἐπ' ὄχθῳ.* *Imo et in ventoso colle.* In Acropoli scilicet, quae *Παλλάδος ὄχθος* appellatur Ion. 12. monente Musgravio, *ἐλαιοφόρος ὄχθος* Herc. 1178.

782. 783. Ordo est, *ὀλολύγματα ἰαχεῖ ὑπὸ παννυχίοις κρότοισι παρθένων ποδῶν.* *Resonant ululatus ad nocturnos plausus virgineorum pedum.* *Παρθένων ποδῶν* ut *παρθένῳ χερὶ* Phoen. 845. Cum hoc loco confer omnino Tro. 545. *παρθένοι δ' Ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν Βοὰν ἔμελπον εὔφρον'.*

782. *Ὀλολύγματα.* *Festi ululatus*, feminarum tamen. Pollux I. 28. *Τὸ γὰρ ὀλολῦξαι καὶ ὀλολυγῇ χρήσασθαι, ἐπὶ γυναικῶν.* Musgravius. Ita intelligendus Soph. Trach. 205. *Ἀνολολύξεται δόμος Ἐφεστίοις ἀλαλαγαῖς Ὁ μελλόνυμφος. ἐν δὲ δὲ κοινὸς ἀρσένων Ἴτω κλαγγά.* Xenoph. Anab. IV. 3, 19. allegatus a Blomfieldio ad Aesch. Theb. 254. *Ἐπαιάνιζον πάντες οἱ στρατιῶται, καὶ ἀνηλάλαζον, ξυνωλόλυζον δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἅπασαι.* Interdum *καταχρηστικῶς* de viris dicitur *ὀλολύζειν.* Vide Aesch. Agam. 604. Aristoph. Eq. 616. 1327. Pac. 97. Hoc autem differunt *ὀλολύζειν* et *ululare*, quod *ὀλολύζειν* semper, si bene memini, de re laeta dicitur. Aesch. Theb. 831. *Πότερον χαίρω, κἀπολολύξω Πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι, Ἢ τοὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας Ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχους;* Eurip. Med. 1176. *Εἶτ' ἀντίμολπον ἧκεν ὀλολυγῆς μέγαν Κωκυτόν.* El. 690. *Ὡς ἢν μὲν ἔλθῃ πύστις εὐτυχὴς σέθεν, Ὀλολύξεται πᾶν δῶμα. θνήσκοντος δέ σου, Τἀναντί' ἔσται τῶνδε.* Vide tamen Soph. El. 750. [Soph. El. 749. *Στρατὸς δ' ὅπως ὁρᾷ νιν ἐκπεπτωκότα Δίφρων, ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν, Οἷ' ἔργα δράσας οἷα τυγχάνει κακά.* Trach. 785. *Ἅπας δ' ἀνηυφήμησεν οἰμωγῇ λεώς, Τοῦ μὲν νοσοῦντος, τοῦ δὲ διαπεπραγμένου.* Utrobique insigne *καταχρήσεως* exemplum. *Ex Addendis.*]

784. Diversus, ni fallor, est hic *Θεράπων* a superiore. Ille enim Hylli, hic Alcmenae servus est. Contra nuntius, qui v. 784. Eurystheum captivum ad Alcmenam ducit, fortasse eadem est persona, quae hic *Θεράπων* appellatur. Nonnihil de hac quaestione habet Beckius III. p. 1081.

787. Pro frigido illo *τῷδε* dedi de meo *τούσδε.* Ordo videtur esse, *μύθους τούσδε καλλίστους φέρω, σοί τε συντομωτάτους κλύειν, ἐμοί τε [συντομωτάτους λέγειν].* Vide Soph. Oed. T. 1234. Vel, *μύθους τούσδε φέρω, σοί τε συντομωτάτους*

κλύειν, ἐμοί τε καλλίστους [λέγειν]. De ellipsi vide ad v. 812.

788. Nescio quid significet διήλασεν, cujus loco διήνυσεν reponendum censet Reiskius. Paullo melius esset διήγαγεν. Soph. El. 781. ἀλλ' ὁ προστατῶν Χρόνος διῆγέ μ' αἰὲν ὡς θανουμένην. Ibidem v. 855. παραγάσῃς pro παραγάγῃς habet Aldus.

791. Noster Med. 184. Δράσω τάδ'. ἀτὰρ φόβος εἰ πείσω Δέσποιναν ἐμήν. Ibid. 930. Ἔτικτον αὐτούς. ζῆν δ' ὅτ' ἐξηύχου τέκνα, Εἰσῆλθέ μ' οἶκτος, εἰ γενήσεται τάδε.

793. Οὐκ ἔστιν. *Salvusne est?* Brodaeus. Quasi in libro suo σῶς ἐστιν invenerit. Vide nostrum Suppl. 643. incertum Rhes. 525. Deinde cum certum sit Iolaum post v. 747. non amplius in scenam prodire, non video quid significet ὅδε in fine versus. Vertit Musgravius, deleto interrogationis signo, *At ille certe non vivit, Iolaus ille quem hic vidisti.* Quam interpretationem ne auctori quidem suo magnopere placuisse credo. Legendum videtur, Ὁ μὲν γέρων οὖν ἔστιν Ἰόλεως ἔτι; Ita noster Iph. T. 537. Θέτιδος δὲ τῆς Νηρῆδος ἔστι παῖς ἔτι; Οὐκ et οὖν saepe permutari nemo nescit. Bis in una fabula, Soph. Oed. C. 587. (ubi οὖν praebet altera Juntina) 1199.

794. Πράξας γ' P. E.

799. Σημανεῖ P. E. In verbis hujus formae praesens pro futuro passim reposuerunt librarii. Vide Aesch. Suppl. 531. Soph. Oed. C. 837. Ant. 242. Trach. 872. Eurip. Androm. 1064. Iph. A. 82. Hel. 1170.

801. Κατὰ στόμα. *Face to face.* Incertus Rhes. 436. Θρῃκῶν ἀρίστοις ἐμπεσὼν κατὰ στόμα. Sic etiam vv. 491. 511.

Ibid. Ἐκτείνοντας P. E. *Productos.* Ἐκτείνοντες e verbo ἀντετάξαμεν natum est. Ex eadem caussa dedit Aldus in Suppl. 123. Τί γὰρ λέγουσιν, ὅσια χρῄζοντες (χρῄζοντος) σέθεν. Ἐκτείνειν hic intransitivum est, ut in Suppl. 654. Τευχεσφόρον μὲν λαὸν ἐκτείνοντ' ἄνω Ἰσμήνιον πρὸς ὄχθον. Ad quem locum haec habet Marklandus: Ἐκτείνοντας *Reiskius.* Ἐκτείνοντα *est, ut puto,* ἐκτείνοντα ἑαυτὸν, extendentem seipsum, *i. e.* ἐκτεινόμενον, extensum. *Nam* ἐκτείνοντας, *opinor, est mendum preli, pro* ἐκτείνοντα. Ita in priore editione vir humanissimus. In altera, ut etiam magis Reiskio parceret, duo vocabula ἐκτείνοντας *Reiskius* delevit. Nostro loco nemini, opinor, durum videbitur στρατὸν—ἐκτείνοντας. Ita noster Hec. 38. Κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν, Πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην. Ubi consulendus Porsonus. Soph. Phil. 356. καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς Ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὀμνύντες βλέπειν Τὸν οὐκέτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν. Adde

Aesch. Prom. 803. [Praeter Suppl. 123. conferantur sequentia tragicorum loca. Noster Iph. A. 89. *Κάλχας δ' ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένος Ἀνεῖλεν, Ἰφιγένειαν, ἣν ἔσπειρ' ἐγὼ, Ἀρτέμιδι θῦσαι. Κεχρημένοις* recte Heathius et Marklandus. Soph. Oed. T. 1452. *Οὑμὸς Κιθαιρὼν οὗτος, ὃν μήτηρ τ' ἐμοὶ Πατήρ τ' ἐθέσθην ζῶντε κύριον τάφον. Ζῶντι* Toupius. Aesch. Pers. 831. *Πρὸς ταῦτ' ἐκεῖνον σωφρονεῖν κεχρημένοι* (*κεκτημένοι* de suo Brunckius) *Πινύσκετ' εὐλόγοισι νουθετήμασι.* Lego, *σωφρονεῖν κεχρημένον*, *sapientiae inopem*, atque ideo *σωφρονιστοῦ δεόμενον. Κέχρημαι* enim cum genitivo idem significat ac *δέομαι*, *egeo*, *opus habeo*. Noster Cycl. 87. *ἀμφὶ δ' αὐχέσι Τεύχη φέρουσι κενὰ, βορᾶς κεχρημένοι, Κρωσσούς θ' ὑδρηλούς.* Ita legendum. Ibid. 97. *εἴτε τις θέλει Βορὰν ὀδῆσαι ναυτίλοις κεχρημένοις.* Sic etiam *πώματος κεχρημέναι* Ion. 1199. Eadem locutio, *σωφρονεῖν κεχρημένον*, eidem poëtae restituenda videtur Agam. 1628. *Γνώσει γέρων ὢν ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ Τῷ τηλικούτῳ, σωφρονεῖν εἰρημένον.* De mutatione casus alibi dixi. *Ex Addendis.*]

802. *Ἐμβὰς—πόδα.* Vide v. 169. ubi male Reiskius, *ἐμβήσεις πόδα.* Consulendus omnino Porsonus ad Or. 1427.

805. Si sententiam meam circa locum plane conclamatum proferre liceat, versum unum saltem, forsan etiam et plures qui hunc proxime sequebantur, excidisse, hunc autem versum ita olim fuisse scriptum existimo, *Ἥκεις, τί τήνδε γαῖαν οὐκ ἐάσομεν.* Heathius. [Aliter Lobeck. in libello de apostropho p. 41. *G. D.*] De lacuna omnino Heathio assentior. Versuum qui exciderunt primus fortasse hujusmodi fuit, *Καὶ τὰς Μυκήνας αὖθις εἰρήνην ἄγειν.* Quae conjectura caussam lacunae satis probabilem sistit, verba scilicet *καὶ τὰς Μυκήνας* parvo intervallo bis posita. Ita fere vocabulum *Ἀργεῖος* Hervagio caussa fuit, ut Coprei personam non versui 135. sed versui 140. in prima editione praefigeret. Quod ad scripturam nostri versus attinet, proxima vero est Heathii emendatio, quem miror *εἰάσαμεν* sub vulgata lectione *εἶα σὰ μὲν* latere non vidisse. Adde quod in his locutionibus rectius adhibetur praeteritum quam futurum. Aesch. Prom. 746. *Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει Ἔῤῥιψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας;* Aristoph. Vesp. 213. *Τί οὐ κατεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον στίλην;* Lys. 181. *Τί δῆτα ταῦτ' οὐχ ὡς τάχιστα, Λαμπιτοῖ, Ξυνωμόσαμεν, ὅπως ἂν ἀῤῥήκτως ἔχῃ;* Praesens adhibetur in eadem fabula, v. 1103. *Τί οὐ καλοῦμεν δῆτα τὴν Λυσιστράτην, Ἥπερ διαλλάξειεν ἡμᾶς ἂν μόνη.* Ita quoque noster Herc. 1146. *Οἴμοι, τί δῆτα* (vulgo *τί δή γε*) *φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς,*

Τῶν φιλτάτων μοι γενόμενος παίδων φονεύς; Οὐκ εἰμὶ (vulgo κοὐκ εἰμὶ) πέτρας λισσάδος πρὸς ἅλματα, κ. τ. ἑ. Cum tertio versiculo confer Androm. 1210. Futurum in vulgatis libris habet noster Hippol. 1060. Ὦ θεοί, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύσω στόμα, Ὅστις γ' ὑφ' ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι; Ubi λύω legendum esse monui ad Marklandi Iph. T. 692. [Plato Menexeno p. 236. C. Τί οὖν οὐ διῆλθες; Ex Addendis.]

807. Ἀνδρὸς pro ἑνὸς ἀνδρός. Noster Androm. 910. Καλόν γ' ἔλεξας, ἄνδρα (ἕν' ἄνδρα Aldus) δισσὰς ἔχειν λέχη.

808. Legendum cum Reiskio [et Valckenario ad Phoen. 1235.] μάχην συνάψας. MUSGRAVIUS. Dativum contra Valckenarium defendere conatur Heathius, sed exempla ab eo allegata nihil ad rem sunt. [Conf. Schaefer. ad Bosii Ellips. p. 266. *G. D.*] Accusativum habet Aesch. Pers. 336. Eurip. Phoen. 1286. Alc. 505. 1148. Suppl. 144. Heracl. 831. Adde ξυνῆψαν ἀλκὴν Suppl. 683. ἔχθραν ξυνάπτειν Heracl. 460. ξυνάψαι πόλεμον Hel. 55. ξυνῆψε πόλεμον Rhes. 428.

Ibid. Ἄγου. *Abduc* omnes interpretes. Imo, *tecum abduc.* Tantum enim interest inter activam et mediam formam, quantum inter *filium in Hispaniam duxit*, et *filium in Hispaniam secum duxit*. Leve quidem discrimen, minime tamen negligendum. Cum ἄγεσθαι *uxorem ducere* significat, εἰς δόμους vel aliquid ejusmodi plerumque addunt tragici. Interdum vero nudum verbum adhibent, ut noster Iph. A. 433. Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεάνιδα Αὐλίδος ἀνάσσῃ, τίς νιν ἄξεταί ποτε; Unde fortasse legendum in Or. 1654. Γῆμαι πέπρωταί σ' Ἑρμιόνην. ὃς δ' οἴεται Νεοπτόλεμος ἄξεσθαί (vulgo γαμεῖν) νιν, οὐ γαμεῖ ποτε.

813. Λόγων primus edidit Hervagius ed. secunda. Eadem varietas apud Soph. Phil. 896. Λόγον confecit Brodaeus.

814. Οὔτ' αὐτὸς αὑτοῦ δειλίαν Barnesius. Vide ad v. 144. Sive αὑτοῦ sive αὐτοῦ scribatur, sensus est, οὔτε ἑαυτοῦ δειλίαν. Aesch. Agam. 845. Τοῖς τ' αὐτὸς αὑτοῦ πήμασιν βαρύνεται, Καὶ τὸν θυραῖον ὄλβον εἰσορῶν στένει. Soph. Oed. C. 929. Σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν Τὴν αὐτὸς αὑτοῦ. Idem Aj. 1131. TET. Εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών. ME. Τούς γ' αὐτὸς αὑτοῦ πολεμίους· οὐ γὰρ καλόν. Quae loca attuli, ut viderent discipuli geminatum pronomen αὐτὸς αὑτοῦ pro ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ et ἑαυτοῦ usurpari. Ceterum ad δειλίαν supplendum αἰδεσθεὶς sive αἰσχυνθεὶς, monente Brodaeo. Ita incertus Rhes. 926. Κἀπεί σε τίκτω, ξυγγόνους αἰδουμένη Καὶ παρθενείαν, ἧκ' ἐς εὐύδρους πατρὸς Δίνας. Qui locus nostro simillimus est, modo παρθενείαν pro *amissa virginitate* accipias.

[Atticista Anonymus: *Αὐτὸς αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἐμαυτόν. Αὐτοῦ* (f. *αὐτὸς αὐτοῦ*) *ἀντὶ τοῦ ἐμαυτοῦ. Αὐτῷ* (f. *αὐτὸς αὐτῷ*) *ἀντὶ τοῦ ἐμαυτῷ. Ex Addendis.*]

817. *Δουλώσων* pro *δουλωσόμενος*. Noster Suppl. 492. *Πολέμους ἀναιρούμεσθα, καὶ τὸν ἥσσονα Δουλούμεθ' ἄνδρες ἄνδρα, καὶ πόλεις πόλιν.* Iph. A. 1269. *Οὐ Μενέλεώς με καταδεδούλωται, τέκνον.* Activa forma *in servitutem redigere*, media *sibi in servitutem redigere* significat. Incertus Rhes. 410. *σοὶ δὲ δουλώσας λεὼν Παρέσχον. Tibi in servitutem tradidi.* Ubi soloecum esset *δουλωσάμενος*. Namque in hujusmodi verbis activa forma pro media interdum usurpatur, nequaquam autem media pro activa.

822. *Λαιμῶν βρότειον.* De Macariae sacrificio hic loquitur poëta. Parcit autem illius descriptioni, ne Alcmenae dolorem pariat. Barnesius. Hujusmodi monita subtiliora sunt quam veriora. Non recordatus est Barnesius, Polyxenae caedem quinque et sexaginta versibus matri delatam esse. Nisi forte putavit hoc inter Hecubam et Alcmenam interesse, quod illam quinquaginta liberis orbatam ad novum dolorem de quinquagesimo primo obduruisse necesse esset. Ceterum eandem locutionem habet noster Iph. A. 1084. *Βρότειον αἱμάσσοντες λαιμόν.*

822. *Οὔριον φόνον. Secundum sanguinem.* Faustum scilicet et salutarem, ut recte interpretes. Cicero de Divinat. I. 15. *Auspicia quae alicui secunda evenerunt.* Soph. Oed. C. 1456. *Ἔκτυπεν αἰθὴρ, ὦ Ζεῦ.* ... *Ἔπτηξα θυμόν. οὐρανία Γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν.* Ubi *οὐρανία* ex *οὔνια* natum videtur, *οὔνια* ex *οὐρία*. Schol. *Οὐρανία γὰρ ἀστραπή. ἀντὶ τοῦ ταχεῖα.* [*Οὔριον φόνον.* Noster Hel. 1603. *αἵματος δ' ἀποῤῥοαὶ Ἐς οἶδμ' ἐσηκόντιζον οὔριοι ξένῳ. Ex Addendis.*]

823. 824. Post *ἀσπίδων* interpungit Heathius, ita vertens, *Hi vero sub clypeis, lateribus latera tegebant.* Ceteri omnes, *sub clypeorum lateribus.*

824. *Πλευροῖς.* P. E. Suspicor vocabula *πλευραί, πλευραῖς* et *πλευράς* in tragicorum scriptis ubique vitiosa esse. Vide omnino Porsonum ad Hec. 814. Or. 217. qui alteram formam a librariis obliteratam in nonnullis locis restituit. Quibus adde Soph. Aj. 1409. *Παῖ, σὺ δὲ πατρός γ', ὅσον ἰσχύεις, Φιλότητι θιγὼν, πλευρὰς ξὺν ἐμοὶ Τάσδ' ἐπικούφιζ'.* Ubi malim, *πλευρὰν ξὺν ἐμοὶ Τοῦδ' ἐπικούφιζ'.* Ubi vulgo legitur apud nostrum *πλευράς*, malim *πλευροῖς* Cycl. 207. *πλευρὰν* Herc. 53. *πλευρά τ'* ibid. 1100. In Iph. T. 298. scriptura incertior est. Vide an legendum, *λαγόνας εἰς μέσας.*

826. Pollux III. 51. *Ἔποιτο δ' ἂν τούτοις, πολίτης. τὸ δὲ συμ-*

πολεμίοις, μὴ θάνατον, εἰ καὶ Εὐριπίδης αὐτῷ κέχρηται ἐν Ἡρακλείδαις τε καὶ Θησεῖ. Adde Aesch. Theb. 611.

828. Ὅδ' αὖ τὸ τἄργος edd. veteres praeter Aldinam et Hervagianam primam. Ὅδ' αὖ τότ' ἄργος Canteriana. Veram scripturam primus exhibuit Portus.

Ibid. Μὴ καταισχῦναι θέλων. Interpretor, ne quis volens dedecoraret, ut θέλων sit per enallagen casus pro θέλοντα. Alioqui pronum est emendare [cum Reiskio et Heathio] θέλειν. Musgravius. Loca scriptorum quae ad interpretationem suam defendendam attulit vir eruditus, cum diversissima sint a nostro loco, memorare supersedeo. Participium θέλων et verbum ἐλίσσετο separari nequeunt. Legendum igitur, μὴ καταισχῦναι θέλειν, id est, μὴ καταισχύνειν. Ita noster El. 1354. Οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω. Vide Marklandum ad Suppl. 882. Παῖς ὢν, ἐτόλμησ' εὐθὺς οὐ πρὸς ἡδονὰς Μουσῶν τραπέσθαι, καὶ τὸ μαλθακὸν βίον. [Si recte se haberet participium, scribendum esset, οὐ καταισχῦναι θέλων. Noster Ion, 1117. Τὸ μὴ δίκαιον τῆς δίκης ἡσσώμενον Ἐξηῦρεν ὁ θεὸς, οὐ μιανθῆναι θέλων. *Ex Addendis.*]

[J. C. Orellius in append. ad Isocr. antid. p. 889.:

ὁ δ' αὖ τό τ' Ἄργος μὴ καταισχύναι, θεοὺς,
καὶ τὰς Μυκήνας, συμμάχους τ' ἐλίσσετο.

G. D.]

829. Ἐλίσσετο. *Supplicabat.* Verbum minime imperatorium ex industria adhibuisse videtur poëta, quo melius Eurysthei timiditatem exprimeret. Alioqui προυτρέψατο, *hortatus est*, aut aliquid ejusmodi dixisset.

830. Ἐσήμηνε impersonaliter accipiendum est. Cujus constructionis exempla attulit H. Stephanus v. Σημαίνω. Vide Xenophontem Paed. V. 3, 52. Anab. I. 2, 17. (ubi suspicor ἐσάλπιγξε e glossa ortum esse) II. 2, 4. III. 4, 4. In his locis ὁ σαλπιγκτὴς subaudiri monent interpretes. Suppleri potest etiam ὁ στρατηγός. Noster Tro. 1266. Χωρεῖτε, Τρώων παῖδες, ὀρθίαν ὅτ' ἂν Σάλπιγγος ἠχὼ δῶσιν ἀρχηγοὶ στρατοῦ. Sed eandem rationem in hac locutione obtinere existimo, quam in ὕει, νίφει et similibus, in quibus male ὁ θεὸς supplent grammatici. [Herodotus VI. 27. Φιλέει δέ κως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι. Ἔσεισε pro σεισμὸς ἐγένετο dixit Thucydides IV. 52, monente Stephano v. Σείω. *Ex Addendis.*]

Ibid. Ὄρθιον. *Magno sonitu.* Citat Barnesius Aesch. Pers. 389. ὄρθιον δ' ἅμα Ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας Ἠχώ. Vide etiam superiorem annotationem. Praeconis ὀρθίων κηρυγμάτων meminit Soph. El. 683. De Tyrrhenica tuba

vide Barnesium ad Phoen. 1386. et interpretes ad Soph. Aj. 17.

832. Αὐχεῖς. *Existimas.* Brodaeus. Vide vv. 834. 931. Exempla passim occurrunt. Sic etiam ἐλπίζειν de re praeterita dicitur.

[832. Πόσον τιν' αὐχεῖς πάταγον ἀσπίδων βρέμειν, | πόσον τινὰ στεναγμὸν, οἰμωγὴν θ' ὁμοῦ; Ita legendum ex emendatione H. Stephani. Codd. E. G. auctore Musgravio, πόσον τιναγμόν. Fallitur. E. quidem πόσον τιναγμὸν habet, sed G. totidem literis πόσον τίνα στεναγμὸν. Nec nisi in accentu dissentit Rom. C. qui πόσόν τινα στεναγμὸν habet. Elmsleius ad Medeam 569. p. 170. G. D.]

833. Πόσον τινὰ στεναγμὸν [quod habent edd. recentiores] H. Stephani conjectura est. Ed. Ald. πόσον τινὰ τιναγμόν. MSS. E. G. πόσον τιναγμόν. Praestat haud dubie H. Stephani conjectura, quae et ipsa subinsulsi aliquid habet. Quis enim non potius dixisset, gemitus laetosque clamores simul auditos esse? Hom. Il. Δ. 450. Ἔνθαδ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν. Sed talis sensus quomodo hic efficiendus sit, non dixerim, nisi forte legendo, Πόσον τινὰ στεναγμὸν, εὐχωλήν θ' ὁμοῦ. Musgravius. Aesch. Agam. 332. Καὶ τῶν ἁλόντων καὶ κρατησάντων δίχα Φθογγὰς ἀκούειν ἐστὶ συμφορᾶς διπλῆς. Stephani emendationem recte improbat Musgravius, Homericum εὐχωλὴν male Euripidi tribuit. Scripturam quam praebebant codices quamvis mendosam, in textu repraesentavi, quippe sub qua latere videretur vera scriptura. [Thucydides VII. 71. Ἦν τε ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν, πάντα ὁμοῦ ἀκοῦσαι, ὀλοφυρμὸς, βοὴ, νικῶντες, κρατούμενοι. Mallem, si consentirent libri, βοὴ, ὀλοφυρμός. Βοὴ et κραυγὴ hac significatione promiscue usurpantur. Sed non praetermitti debet Aeschyli locus, unde fortasse defendi potest nostri loci emendatio a Stephano proposita. Agitur de pugna Salaminia Pers. 424. Οἱ δ' ὥστε θύννους ἤ τιν' ἰχθύων βόλον, Ἀγαῖσι κωπῶν, θραύσμασίν τ' ἐρειπίων Ἔπαιον, ἐῤῥάχιζον. οἰμωγὴ δ' ὁμοῦ Κωκύμασιν κατεῖχε πελαγίαν ἅλα. *Ex Addendis.*]

834. De vocabulo πίτυλος, quod nostro loco ὁρμὴ significat, consulendus Monkius ad Eurip. Hippol. 1462. [1464.] et Blomfieldius ad Aesch. Theb. 855. [862.] quorum interpretationibus nihil quod addam habeo.

836. Homerus Il. N. 130. Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ, Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Virgil. Aen. X. 361. *Concurrunt; haeret pede pes, densusque viro vir.* Brodaeus. Virgiliana locutio, *hae-*

vel pede pes, Euripideam ποὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ, pes cum pede alternatus, vix attingit.

837. Ἐκαρτέρει μάχη P. E. ad Marklandi Iph. T. 719. Μάχην καρτερὰν dicunt prosae orationis scriptores. Herodotus I. 76. Μάχης δὲ καρτερῆς γενομένης, καὶ πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, τέλος οὐδέτεροι νικήσαντες διέστησαν, νυκτὸς γενομένης. Thucydides I. 49. Ἦν τε ἡ ναυμαχία καρτερά. IV. 43. Καὶ ἦν ἡ μάχη καρτερά. Constructio est ut apud Soph. Ant. 259. Λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐῤῥόθουν κακοὶ, Φύλαξ ἐλέγχων φύλακα.

838. Noster Phoen. 1156. Πολλοὶ δ' ἔπιπτον, κρᾶτας αἱματούμενοι. Androm. 1143. Πολλοὶ δ' ἔπιπτον μιγάδες. In Or. 1489. suspicor e glossa interlineari natam esse vulgatam scripturam, Νεκροὶ δ' ἔπιπτον, οἱ δ' ἔμελλον, οἱ δ' ἔκειντ'.

Ibid. Κελεύματος omisso Σ e Commeliniana in Musgravii editionem propagatum est, ipso invito; ut constat ex ejus annotatione ad v. 765. ubi hanc formam diserte improbat.

839. Ὦ τὰς Ἀθήνας. Supplendum οἰκοῦντες. Nam σπείροντες non convenit. Vide ad v. 312.

Ibid. Non est quod miremur γύην cum articulo masculino conjunctum. Sic enim [monente Barnesio] poëta incertus (Simonides, opinor) apud Platonem Epist. I p. 310. A. γόνιμοι βρίθοντες αὐτάρκεις γύαι. Sophocles in Phoenice apud Athenaeum p. 70. A. Κύναρος ἄκανθα πάντα πληθύει γύην. Lycophron v. 252. Κεῖται, πέφρικεν δ' ὥστε ληΐου γύαι Λόγχαις ἀποστίλβοντες. Musgravius. Adde Aesch. Prom. 369. Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροὺς γύας. Ita recte Robortellus. Apud Soph. Oed. C. 58. meliores libri, οἱ δὲ πλησίοι γύαι, deteriores ex emendatione, αἱ δὲ πλησίον γύαι. Contra in Ant. 569. ubi in melioribus legitur, Ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι, vel γύαι, ἀρώσιμοι recte praebent libri deteriores. Apud nostrum Bacch. 13. ubi vulgo legitur, Λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας, τῶν πολυχρύσων potius quam τοὺς πολυχρύσους legendum videtur. Qui femininum γύη Atticis ignotum fuisse mecum arbitrantur, legent procul dubio in Hel. 88. Τί δῆτα Νείλου τούσδ' ἐπιστρέφει γύας; In Hec. 454. glossema πεδία pro γύας habent codd. et edd. pleraeque, consentiente Porsono in prima et secunda editione. Hic etiam τὰς γύας nonnulli libri.

840. Ἀρήξετε pro ἀπαμυνεῖτε, Arcebitis. Noster Med. 1275. Παρέλθω δόμους. ἀρῆξαι φόνον Δοκεῖ μοι τέκνοις. Vide ad Oed. T. 892. 893.

842. *Ἀργεῖον* recentiores. *Ἀργείων* contra metrum habet Aldus etiam in Or. 844. Tro. 94. *Θεσπρωτῶν* Phoen. 989.

845. *Ὄχημ' ἵππειον* habet noster Hippol. 1355. *ἵππιον ἅρμα* Hel. 1511. utrumque metro postulante, neutrum in senario. Ante Barnesium utrobique *ἵππειον* legebatur, et in El. 825. *Δισσοὺς διαύλους ἱππείους διήνυσε.* *Ἱππίου θεοῦ* primus reposuit Valckenarius in Phoen. 1701. *Quod hoc solo nomine rectius est,* inquit Porsonus, *quod iambum pro spondeo praebeat,* in quinta scilicet sede. Nostro loco non refragabor quo minus *ἵππιον δίφρον* legatur. Quamquam multo libentius retinerem *ἵππειον δίφρον* quam *ἵππειον θεὸν*, *ἵππειον Ἄργος*, *ἵππειον Ποσειδῶ* et similia.

847. *Ἐπεῖχε. Instabat.* Noster Bacch. 1128. *Αὐτονόη τ' ὄχλος τε πᾶς Ἐπεῖχε Βακχῶν.* Ad quem locum citat Musgravius Plutarchum Pyrrho p. 398. C. *Ἔνθα δὴ Λεόννατος ὁ Μακεδὼν ἄνδρα κατιδὼν Ἰταλὸν ἐπέχοντα τῷ Πύῤῥῳ.*

848. *Λέγοιμ' ἂν ἄλλου* elegantissima et certissima Valckenaerii emendatio est, proposita ad Phoen. 826. Ed. Ald. et MSS. *λέγοι μὲν ἄλλος.* Musgravius. *Λέγοιμ' ἂν ἄλλου* legisse videtur Brodaeus, cujus annotatio ita se habet: *Κλύων. Ea ex alio audiens.* Dedi de meo, *Λέγοιμ' ἂν ἄλλων.* Ita Aesch. Pers. 266. *Καὶ μὴν παρών γε, κοὐ λόγους ἄλλων κλύων, Πέρσαι, φράσαιμ' ἄν.* Eurip. Tro. 481. *Καὶ τὸν φυτουργὸν Πρίαμον οὐκ ἄλλων πάρα Κλύουσ' ἔκλαυσα, τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν Αὐτὴ κατασφαγέντ' ἐφ' ἑρκείῳ πυρᾷ.* Ut nostro loco *ἄλλος* pro *ἄλλων*, ita *Ἕλληνος* pro *Ἑλλήνων* habet Aldus in Iph. T. 495. *πόνος* pro *πόνων* apud Soph. Oed. T. 315. *τίνος* pro *τίνων* El. 534.

849. *Παλληνίδος.* Quae in vico Atticae colitur, cui Pallene nomen. *Ἔστι δὲ*, ait Stephanus, *καὶ δῆμος Ἀττικὸς τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, οὕτω λεγόμενος. Παλλήνη, ὁ δημότης Παλληνεύς.* Herod. I. c. 62. *Ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱρόν.* Brodaeus. Ex Herodoto patet vicum hunc inter Athenas et Marathonem situm esse. Musgravius. Nomen non *Παλλήνη* sed *Πάλληνον* fuisse suspicor ex adverbio *Παλλήναδε*, cujus loco *Βαλλήναδε* per jocum dixit Aristoph. Ach. 234. Apud Andocidem de Mysteriis p. 53. pro *ἐπὶ Παλληνίῳ* malim *ἐπὶ Παλλήνῳ*.

851. Huc respicere monet Brodaeus Plutarchum adversus Stoicos p. 1057. E. *Ὁ Εὐριπίδου Ἰόλαος ἐξ ἀδρανοῦς καὶ παρήλικος εὐχῇ τινι νέος καὶ ἰσχυρὸς ἐπὶ τὴν μάχην ἄφνω γέγονεν. ὁ δὲ τῶν Στωϊκῶν σοφὸς, χθὲς μὲν ἦν αἴσχιστος ἅμα καὶ κάκιστος, τήμερον δὲ ἄφνω μεταβέβληκεν εἰς ἀρετὴν, καὶ γέγονεν ἐκ ῥυσσοῦ καὶ ὠχροῦ, καὶ, κατ' Αἴσχυλον, ἐξ ὀσφυαλγοῦς καὶ ὀδυνοσπάδος λυγροῦ γέροντος, εὐπρεπὴς, θεοειδὴς, καλλίμορφος.*

852. Κἀποτίσασθαι δίκην. Sic etiam mox v. 882. μὴ ἀποτίσασθαι δίκην. Legebatur etiam τὴν δὲ τίσωμαι δίκην in Med. 1316. sed Brunckio φόνῳ e codd. reponenti obsecutus est Porsonus. *Duas lectiones e Cottoniano*, inquit Porsonus, *notavit collator*, φόνῳ *et* φόνον, *quarum neque haec contemnenda est.* Dativum habent omnes libri, quantum ex editorum silentio conjicere licet, in ejusdem fabulae v. 261. Πόσιν δίκη τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν. Sic etiam Bacch. 345. Τῆς σῆς ἀνοίας τόνδε τὸν διδάσκαλον Δίκη μέτειμι. Malim utrobique δίκην. Ita Aesch. Agam. 1271. Ἐπεύχεται θήγουσα φωτὶ φάσγανον, Ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντιτίσασθαι φόνον. Choëph. 986. Ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐν δίκη μόρον Σῆς μητρός. Eum. 230. Ἐγὼ δ', ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον, δίκας Μέτειμι τόνδε φῶτα [καὶ κυνηγέτις.] Ita interpungendum. Noster Bacch. 516. ἀτάρ τοι τῶνδ' ἄποιν' ὑβρισμάτων Μέτεισι Διόνυσός σ'. In his locutionibus adhibetur duplex accusativus eodem fere modo ut in αἰτῶ σε ἀργυρίον et similibus. Dum de hac re agitur, duas observationes ad usitatissimam locutionem δοῦναι δίκην pertinentes hic subjiciam. Prima est, eadem significatione interdum dici λαβεῖν δίκην, quamvis *poenas dare* et *poenas sumere* apud Latinos non minus inter se differant quam τῖσαι δίκην et τίσασθαι δίκην. Noster Bacch. 1309. Πόλει τε τάρβος ἦσθα. τὸν γέροντα δὲ Οὐδεὶς ὑβρίζειν ἤθελ', εἰσορῶν τὸ σὸν Κάρα. δίκην γὰρ ἀξίαν ἐλάμβανεν. Lego, ἀξίαν ἂν ἔλαβεν ἄν. Herodotus I. 115. Οὗτος δὲ ἀνηκούστεέ τε καὶ λόγον εἶχε οὐδένα, ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην. Altera observatio spectat ad Or. 612. Ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν, Σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ λεύσιμον δοῦναι δίκην. *Δοῦναι δίκην*, inquit Porsonus, *quod alibi fere sonat* poenas pendere, judicium subire, *hic rarissimo usu ponitur pro eodem prope, quod Latine dicitur* jus dare *vel* reddere. Haec, ille, cui fraudi fuit distinctio loco non suo posita. Ita interpungendum: Ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν Σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ, [ὥστε ὑμᾶς] λεύσιμον δοῦναι δίκην *). Similis constructio verbi ἐπισείειν v. 255. [Noster Or. 433. Συνῆκα. Παλαμήδους σε τιμωρεῖ φόνου. Ita Aldus. Fluctuant codd. inter φόνος, φόνου et φόνον. *Quodvis probum*, inquit Porsonus, *sed optimum videtur* φόνος. Aesch. Agam. 1271. Ἐπεύχεται θήγουσα φωτὶ φάσγανον Ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντιτίσασθαι φόνον. Cum Bacch. 1309. confer Atticistam Anonymum; Ζημίαν λαβεῖν ἀντὶ τοῦ ζημιω-

---

[*) Conf. N. A. in the *class. Journ.* vol. XXIII. p. 213. qui eodem modo scholiasten haec intellexisse monet. *G. D.*]

θῦναι. Δίκην λαβεῖν, poenas sumere, praeter alios Isocrates περὶ Ἀντιδόσεως pp. 380. 390. *Ex Addendis.*]

854. Legendum, ni fallor, [cum Reiskio] ἐπὶ ζυγοῖς. Musgravius.

856. Παῖδά θ᾽ Reiskius. Παῖδά σ᾽ ed. Commelinianae vitium typographicum in Musgravianam manavit.

857. Ἐκ δυσαιθρίου. Barnesius ἐκδὺς αἰθρίου, quod metro adversatur, ne dicam et sensui. Musgravius. Ἐκ δυσαιθρίου ipsius Musgravii emendatio est.

859. Ὁ κλεινὸς Ἰόλεως primus edidit Hervagius ed. secunda. Ita etiam emendavit Brodaeus. Vide Porsoni Advers. p. 89.

860. Eurystheum ad Scironides rupes non solum captum, sed etiam interfectum esse narrat Apollodorus II. 8, 1. cujus verba vice alterius argumenti fabulae praemisit Barnesius: Μεταστάντος δὲ Ἡρακλέους εἰς θεοὺς, οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα, πρὸς Κήϋκα (v. 194.) παρεγένοντο. ὡς δὲ, ἐκείνους ἐκδιδόναι λέγοντος Εὐρυσθέως, καὶ πόλεμον ἀπειλοῦντος, ἐδεδοίκεσαν, Τραχῖνα καταλιπόντες, διὰ τῆς Ἑλλάδος ἔφυγον. διωκόμενοι δὲ, ἦλθον εἰς Ἀθήνας, καὶ καθεσθέντες ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν, ἠξίουν βοηθεῖσθαι. Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἐκδιδόντες αὐτοὺς, πρὸς τὸν Εὐρυσθέα πόλεμον ὑπέστησαν. καὶ τοὺς μὲν παῖδας αὐτοῦ Ἀλέξανδρον, Ἰφιμέδοντα, Εὐρύβιον, Μέντορα, Περιμήδην, ἀπέκτειναν. αὐτὸν δὲ Εὐρυσθέα φεύγοντα ἐφ᾽ ἅρματος, καὶ πέτρας ἤδη παριππεύοντα Σκειρωνίδας, κτείνει διώξας Ὕλλος. καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, Ἀλκμήνῃ δίδωσιν· ἡ δὲ κερκίσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν αὐτοῦ. Cum Apollodoro consentit Pausanias I. c. 44. p. 109. a Brodaeo ad v. 1026. citatus: Προελθοῦσι δὲ ἐς τὸ πρόσω, μνῆμά ἐστιν Εὐρυσθέως. φεύγοντα δὲ ἐκ τῆς Ἀττικῆς μετὰ τὴν πρὸς Ἡρακλείδας μάχην ἐνταῦθα ἀποθανεῖν αὐτὸν ὑπὸ Ἰολάου λέγουσιν. Latius Atticae nomen sumsisse videtur Thucydides I. 9. Εὐρυσθέως μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ ὑπὸ Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος. Scironidas rupes describit Strabo IX. p. 391. Μετὰ δὲ Κρομμυῶνα ὑπέρκεινται τῆς ἀκτῆς (male vulgo τῆς Ἀττικῆς) αἱ Σκειρωνίδες πέτραι, πάροδον οὐκ ἀπολείπουσαι πρὸς θαλάττῃ. ὑπὲρ αὐτῶν δ᾽ ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ Μεγάρων καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ. οὕτω δὲ σφόδρα πλησιάζει ταῖς πέτραις ἡ ὁδὸς, ὥστε πολλαχοῦ καὶ παράκρημνός ἐστι, διὰ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος δύσβατόν τε καὶ ὑψηλόν. ἐνταῦθα δὲ μυθεύεται τὰ περὶ τοῦ Σκείρωνος καὶ τοῦ Πιτυοκάμπτου, τῶν ληϊζομένων τὴν λεχθεῖσαν ὀρεινὴν, οὓς καθεῖλε Θησεύς. ἀπὸ δὲ τῶν ἄκρων τούτων καταιγίζοντα σκαιὸν τὸν Ἀργέστην, Σκείρωνα προσηγορεύκασιν Ἀθηναῖοι. Post Strabonis aetatem, viam latiorem et meliorem reddidit Hadrianus Caesar, teste Pausania p. 107. Τὴν δὲ ὀνομαζο-

μένην ἀπὸ Σκίρωνος [καὶ ἐς τόδε Σκιρώνην] ἡνίκα Μεγαρεῦσιν ἐπολεμάρχει, πρῶτος, ὡς λέγουσιν, ἐποίησεν ἀνδράσιν εὐζώνοις ὁδεύειν. Ἀδριανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ οὕτως, ὡς καὶ ἅρματα ἐναντία ἐλαύνεσθαι, κατέστησεν εὐρυχωρῆ τε καὶ ἐπιτηδείαν εἶναι. Verba καὶ ἐς τόδε Σκιρώνην corrupta sunt. E recentioribus consulendus in primis Wheelerus, *Travels in Greece*, p. 436. Quod ad scripturam vocis attinet, alii Σκείρων et Σκειρωνίδες per diphthongum, alii Σκίρων et Σκιρωνίδες per simplicem vocalem scribunt. De qua re consulendus omnino Tzschuckius ad Strabonem VIII. p. 380. cum scriptoribus ab eo indicatis. Ventus ΣΚΙΡΩΝ appellatur in aede octo ventorum Athenis. Quocunque modo scribatur, sine ulla controversia producitur prima syllaba. Egregie fallitur Stephanus Byzantinus v. Σκίρος, qui locum Atticae Σκίρον appellatum, ubi celebrabatur festum Σκίρα sive ἐπὶ Σκίρῳ, ad eandem familiam refert cum rupibus Σκειρωνίσι. Σκίρα priorem corripit apud Aristoph. Thesm. 834. Eccl. 18. 59. Sic etiam proculdubio Minerva Σκιρὰς, et fortasse mensis Σκιροφοριών. Vide Herodotum VIII. 94. et Strabonem IX. p. 393. cum eorum interpretibus.

863. Ἡ δὲ νῦν τύχῃ. Sic [cum Reiskio] legendum putavi pro τῇ δὲ νῦν τύχῃ, quod metrum respuebat, manente πάροιθεν: quamquam pro hoc πάροιθε quoque legi potuit. Musgravius. Vide ad v. 583.

865. 866. Haec leguntur apud Stobaeum CV. p. 562. cum lemmate, *Euripides in Cressis*. Priorem versum ita exhibet Stobaeus, Τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦτε, πρίν. Similes tragicorum sententias indicavi ad Soph. Oed. T. 1528.

874. Ἐλεύθεροί τε male Reiskius. Praestat enim altera particula in hujusmodi repetitionibus. Aesch. Pers. 402. ὦ παῖδες Ἑλλήνων, ἴτε, Ἐλευθεροῦτε πατρίδ', ἐλευθεροῦτε δὲ Παῖδας, γυναῖκας. Noster Med. 98. Τόδ' ἐκεῖνο, φίλοι παῖδες. μήτηρ κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον. Ibid. 131. Ἔκλυον φωνὰν, ἔκλυον δὲ βοὰν Τᾶς δυστάνου Κόλχιδος. Ibid. 399. Πικροὺς ἐγώ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους, Πικρὸν δὲ κῆδος, καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός. Ibid. 960. Δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων; Δοκεῖς δὲ χρυσοῦ; Ibid. 1029. Ἄλλως ἄρ' ὑμᾶς, ὦ τέκν', ἐξεθρεψάμην, Ἄλλως δ' ἐμόχθουν, καὶ κατεξάνθην πόνοις, Στεῤῥὰς ἐνεγκοῦσ' ἐν τόκοις ἀλγηδόνας. Ibid. 1071. Ὦ φιλτάτη χεὶρ, φίλτατον δέ μοι κάρα. [Corrige meum errorem ad Soph. Oed. T. 1224. Brunckii ad Aj. 1050. *Ex Addendis*.]

876. Ἐμβατεύσετε G. Musgravius. Quae futuri forma legitur in Hec. 913, Τάλαιν', οὐκέτι σ' ἐμβατεύσω. Nostro loco media forma e vicino ὄψεσθε nata est. En alterum exem-

plum ejusdem vitii. Aristoph. Nub. 362. Ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλει. Mediam formam παραβάλλει exhibent codd. et edd. ni fallor, omnes. Activam postulat sermonis Graeci ratio, ut in Eq. 173. Ἔτι νῦν τὸν ὀφθαλμὸν παράβαλλ' εἰς Καρίαν. Recte igitur, ad Nubium locum alludentes, βρενθυόμενος καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλων Plato Symposio p. 221. B. et Athenaeus p. 216. A. τὠφθαλμὼ παραβάλλειν Pollux II. 52. Recte τὠφθαλμὼ παραβάλλεις ipsa poëtae verba allegat Laërtius II. 28. Simile quid passus est noster Herc. 1375. Ὡς ἀθλίως πέπραγα κἀποζεύγνυμαι. Ubi πέπραγμαι intulit Porti oscitantia.

884. Κρατοῦντα. Κεκρατημένον. Brodaeus. *Victum.* Portus. Attice vox activa pro passiva. At Josephus Scaliger notat pro κρατοῦντα, Κράτει τε καὶ σῇ δεσποτούμενον χερί. Barnesius. Fortasse κρατοῦσα, aut πιτνοῦντα, aut δακρύοντα, aut δακρυοῦντα pro δακρυόεντα. Reiskius. Ut κρατοῦντα idem quod κρατούμενον significare possit vix mihi persuaderi patiar. Distinctionem puto tollendam post κρατοῦντα, et ponendam post ἴδοις, ita ut haec vertantur, *Ut eum oculis videres, et imperantem licet nunc tuae manus imperio subjectum.* Heathius. Legendum, ni fallor, ἀκρατοῦντα, i. e. ἀκρατῶς *se gerentem.* Musgravius. Qui *afflictum* habet in versione Latina. In eorum gratiam qui κρατοῦντα passivo sensu accipiunt, et *victum* interpretantur, moneo νικῶντα pro νικώμενον in Suppl. 694. occurrere, ubi εἴκοντα Valckenarii conjecturam probat Marklandus. Virorum doctorum ad nostrum locum conjecturae Sardi sunt venales, alius alio nequior. Sub κρατοῦντα latere videtur verbum quod ζῶντα significet. Quo sensu non male legeretur βλέποντα, si propius ad receptam scripturam accederet. Vide nostrum Hec. 311. Alc. 140. Iph. T. 718. Tro. 628. Hel. 1017. Phryxo fr. 15. Soph. Aj. 1067. [κλαίοντα, *male mulctatum*, conjicit J. C. Orellius in append. ad Isocr. antid. p. 390. *G. D.*]

886. Ἔζευξ' ἀνάγκῃ P. E. Vide Marklandum ad Suppl. 220. Ita Aesch. Prom. 107. θνητοῖς γὰρ γέρα Πορὼν, ἀνάγκαις ταῖσδ' ἐνέζευγμαι τάλας. Idem ζεύξω βαρείαις dixit Agam. 1468. subaudito, ut videtur, ἀνάγκαις, ἄταις, πημοναῖς, aut tali quodam vocabulo.

888. Καὶ μέμνησό μοι Reiskius. Καὶ μέμνησ' ὁμοῦ recte Porsonus Advers. p. 274.

890. Ἐλευθερώσειν μ' Porsonus ibid. Ita legendum ipse videram.

891. Videtur intercidisse hic ῥῆσις una, vel etiam plures. Neque enim satis decorum puto famulum haec petentem

nullam responsionem ab Alcmena ferre. Musgravius. Brumoeo quam Musgravio dignior annotatio.

892. *'Εμοὶ χορὸς μὲν ἡδύς.* Supplendum esse εἴη e v. 894. monui ad v. 131. Quamquam utrobique ἐστὶ sententiae convenientius esset quam εἴη. Non enim optantium sed affirmantium sermo est.

892. 893. *Εἰ λίγεια λωτοῦ χάρις. Si fistulae adsit jucunditas.* Brodaeus. *Adsit* modo *dulcis gratia fistulae.* Barnesius. Qui ex Scaligeri sententia male εἴη pro εἰ dedit.

893. *Δαὶ* pro *δαιτὶ*, per apocopen. Stiblinus. Videtur scribendum *ἐνὶ δαιτί.* Canterus. Cujus emendationem tacite adoptavit Barnesius. Notandum autem *ἐνὶ*, quod raro hac significatione apud tragicos legitur. *'Ενὶ ναυσὶν* noster Iph. T. 1109. An legendum utrobique *ἐπὶ*? *'Επὶ ναυσὶν* Eurip. Hel. 1149. Thucydides II. 80. IV. 10.

894. *Εἴη τ'* P. E. Particulae *μὲν* v. 892. respondet *δὲ* v. 895.

Ibid. Epitheton *εὔχαρις*, quod bis tantum usurpat Euripides, utrobique Veneri tribuitur. Alter locus est Med. 632.

895. Ne cui arrideat *τερπνὸν δ' ἔτι*, quod mihi olim arrisit, cito Aesch. Prom. 536. *'Ηδύ τι θαρσαλέαις κ. τ. ἑ.*

897. *Τῶν πάρος οὐ δοκούντων. Qui nullo antea in numero habebantur. Οἱ δοκοῦντες, ἔντιμοι καὶ ἔνδοξοι* dicuntur. Brodaeus. Recte. Praeter Tro. 608. quem locum supra ad v. 168. attuli, citat Musgravius Hec. 293. *Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν Πείσει. λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν Κἀκ τῶν δοκούντων αὑτὸς, οὐ ταὐτὸν σθένει.* Heathio placet Porti interpretatio, *Qui ante non videbantur* esse felices.

899. *Τελεσιδώτειρα* E. G. Analogiae repugnare videtur haec vox per Ω scripta. Quamvis enim *δωτῆρες ἑάων* et *δώτορ ἑάων* dixerit Homerus, Attici *), ni fallor, in derivatis a *δίδωμι* semper *O* adhibent, praeterquam in *δωσίπυγος*, *προδωσέταιρος*, et similibus, quorum diversa est ratio. *'Ολβοδότειρα* legitur in Bacch. 419. *ὑπνοδότειρα* in Or. 175.

[*) At in poeticis vocabulis nullus aut perexiguus est dialecti usus, sed illa spectanda est analogia, quae universe apud poetas formarum varietatis inventrix fuit. Pendet ea autem ex duobus primariis, iisdemque antiquissimis metris, dactylico et jambico, atque ex his quoque dactylicum aliquam praerogativam habet. Hinc et haec vocabula, quae a *δίδωμι* facta sunt, et plurima alia, ita videmus composita esse, ut aut ad dactylicum genus, aut ad jambicum accommodarentur. Neutri vero generi apta est haec forma, *τελεσσιδώτειρα*, quam dactylici numeri *τελεσσιδότειρα*, jambici autem *τελεσσιδώτις* esse postulabant. Quo magis su-

900. *Αἰών τε Κρόνου παῖς. Aetasque Saturni filia.* Portus. *Et Aeon Saturni filius.* Musgravius. Qui nonnulla de deo Aeone collegit. [Conf. *Buttmann über den Kronos oder Saturnus*, in den Abhandlungen der hist. philol. Klasse der Berl. Akademie aus d. J. 1814. p. 166. *G. D.*] Jovem hic intelligi parum dubito, licet eum ita appellatum alibi non repererim. Sed philosophari videtur noster. Passim conjunguntur *Μοῖρα*, *fatum*, et Jupiter. Noster El. 1247. *τἀντεῦθεν δὲ χρὴ Πράσσειν, ἃ μοῖρα Ζεύς τ' ἔκρανε σοῦ πέρι.* Adde Soph. Phil. 1466. modo ὁ *πανδαμάτωρ δαίμων* Jupiter sit.

901. *Ἔχεις λόγου τιν'* mavult Musgravius. Femininum *δίκαιος*, quod illi fortasse displicuit, legitur etiam in Iph. T. 1202. *Δίκαιος ηὐσέβεια καὶ προμηθία.* Nisi ibi legendum *δίκαιος*.

902. *Διὰ μέσου* esse verba *οὐ χρή ποτε τόδ' ἀφελέσθαι* monet Musgravius. Edd. superiores plenam distinctionem habent post *δίκαιον*, minimam in fine versus. Malim autem metri caussa, *οὐ χρή ποτέ σ' ἀφελέσθαι*. Versus constare videtur e dipodia jambica, paeone primo, et bacchio. Multos similes, nisi quod creticum pro paeone habent, citavi ad v. 780.

Ibid. *Ἀφελέσθαι. Tolli*, quasi passivum sit, reddit Portus, *amittere* Musgravius. Imo, *tollere*, *delere*. Noster Androm. 523. *Καὶ φόβον οἴκων ἀφελέσθαι.*

903. *Ὁ δὲ μὴ φάσκων.* Nempe, *δεῖν τιμᾶν θεούς*, insanit. Brodaeus. Legendum forte ob metrum *πιφάσκων*. Musgravius. *Πιφαύσκων*, quod cum verbo *φημὶ* nihil commune habet, aliquoties apud Aeschylum occurrit. *Πιφάσκω* vel *πιφάσκων* a nemine, quod sciam, usurpatum est. Praesens est *φημί*, praeteritum imperfectum *ἔφασκον*, participium *φάσκων*. Nam *ἔφην* apud Atticos semper aoristus est. Praesens *φάσκω* non est in usu, licet ab eo derivari videantur praeteritum et obliqui modi. Legitur quidem apud Platonem Phaedone p. 113. C. *ὡς οἱ ποιηταὶ φάσκουσι.* Sed non dubito locum mendosum

---

b

spectam habemus istam scripturam apud Euripidem, praesertim quum codd. ibi *τελεσσιδότειρα* praebeant. Et hoc quidem defendi fortasse poterit, ultima non elisa, et in antistropha inserto *τι* ante *καιρῶν*: sed fatemur tamen, hiatum in fine huius versus nobis non magnopere placere. Quare veremur, ne in antistropha *φρονήματος* ex interpretatione receptum sit, poeta autem sic dederit, *τῶν ἀδίκων τι παραιρῶν λήματος αἰεί.* Hermann. in Censura in Nov. Edit. Stephaniani Thes. Lond. p. 17. 18. *G. D.*]

esse. Quod ad nostrum locum attinet, vide an pro duabus brevibus syllabis Ἄφρο v. 894. unam longam μὴ antithetico versu adhibuerit poeta. Confer vv. 916. 925. Saltem nullam probabilem emendationem video.

904. Ἐγγὺς μανιᾶν ἐλαύνει P. E. Similis locutio in Bacch. 851. Ἔξω δ' ἐλαύνων τοῦ φρονεῖν. Plurale μανίαι ab Atticis frequentari monuerunt alii. Satis exemplorum praebebit index Beckianus. Ita Aristoph. Pac. 65. Τὸ γὰρ παράδειγμα τῶν μανιῶν ἀκούετε.

908. 909. Παραιρῶν φρονήματος. *Resecans superbiam.* Portus. Rectius, *minuens, partem aliquam ab ea auferens.* Noster Hippol. 1104. Λύπας παραιρεῖ. Ubi λύπας genitivus esse videtur *). Ἀφαιρεῖν enim eadem significatione usurpat Pseudeuripides Iph. A. 1609. Λύπης δ' ἀφαίρει, καὶ πόσει πάρες χόλον. Qui senarius Euripideus esse videtur ex fabula hodie non superstite desumtus. Omnibus satis notum est, in hujusmodi locutionibus genitivum pendere a subaudito μέρος τι. Multum interest, verbi caussa, inter tres locutiones, ἔτεμον τῆς γῆς τὴν πολλὴν, τῆς γῆς ἔτεμον καὶ τὴν γῆν ἅπασαν ἔτεμον, quas usurpat Thucydides II. 56. 57. Verba ejusdem III. 89. καὶ τοῦ τε φρουρίου τῶν Ἀθηναίων παρεῖλε, ita recte interpretatur Valla, *Quae ab Atheniensium castello partem abstraxit.*

911. Τεὸς γόνος S. edd. recentiores. Τεὸς suprascriptum habent E. G. *Filius tuus* recte Brodaeus. Τεοῖσι pro σοῖσι Aesch. Prom. 162. τεὰν Soph. Ant. 604.

912. Φεύγει λόγον. *Procul abest ab eo qui de ipso vulgatur sermone.* Brodaeus. *Aspernatur sermonem illum.* Heathius. Φεύγω λόγον P. E. *Rejicio sermonem illum.*

914. Δαισθεὶς P. E. *Combustus* aut *crematus* recte omnes interpretes. Radix est δαίω, *uro.* Δαϊχθεὶς autem, quod legitur in Iph. T. 873. formatur a δαΐζω, *interficio.* Corrige igitur indicem Beckianum, in quo δαισθεὶς ad δαΐζεσθαι, δαϊχθεὶς ad δαίσσειν relatum est.

915. Χροΐζει. Λαμπρύνει. Brodaeus. Hesychius: Χροϊζόμενον. λαμπρυνόμενον. Scilicet χροιὰν, *colorem*, et χρόα, *cutem*, confuderunt grammatici. *Contrectat* recte Musgravius. Usitatiorem formam χρώζειν habent noster Phoen. 1619. Med. 497. Ad Hesychii glossam allegatur a Jen-

[*) Hyperides apud Stobaeum p. 618. ed. Gesn. ὅμως δὲ χρὴ θαῤῥεῖν, καὶ τῆς λύπης παραιρεῖν εἰς τὸ ἐνδεχόμενον. Spaldingius, his verbis utens ad Quintilian. T. IV. p. 64. „legendum auspicor", inquit, „τῇ λύπῃ π. aut τῆς λύπης παραιρεῖν." G. D.]

sio Theocritus X. 18. *Μάντις τοι τὰν νύκτα χροϊξεῖ ἁ καλαμαία.* Schol. *Γράφεται καὶ χροϊξεῖται, ἀντὶ τοῦ συγχρωτισθήσεται καὶ συγκοιμηθήσεται.*

916. *Χρυσέαν.* Spondeus vel creticus pro anapaesto.

917. 918. *Διοσοὺς παῖδας Διός.* Bacchum et Herculem. Brodaeus. Herculem et Heben recte Barnesius, qui monet Heben *Παῖδα Διὸς μεγάλοιο καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλου* ab Homero appellari Od. *Λ*. 603.

918. *Ἠξίωσας.* [*Ἀξίωσας* P. E.] *Honorasti, amplificasti.* Sic *ἀξιωθεὶς* Or. 1168. *Ἀξιοῦν* pro *τιμᾶν* exstat Hec. 319. Or. 1210. Musgravius. Consulendi Porsonus ad Hec. 319. et Burneius, *Monthly Review Enlarged*, XXVIII. p. 201. Exemplis adde Aesch. Agam. 912. *Τοιοῖσδέ τοι νιν ἀξιῶ προσφθέγμασι.*

919. *Συμφέρεται τὰ πολλὰ πολλοῖς.* *Conducunt* vertit Portus, *concurrunt* Barnesius, *congruunt* recte Musgravius, *multa multis* omnes. Noster El. 527. *Ἔπειτα χαίτης πῶς ξυνοίσεται πλόκος;* *Congruet* recte interpretes, quo sensu activam formam usurpat Soph. Aj. 430. *Αἰ αἴ, τίς ἄν ποτ᾽ ᾤεθ᾽ ὧδ᾽ ἐπώνυμον Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;* *Συμφέρειν* *consentire* significat apud nostrum Med. 13. *Αὐτή τε πάντα συμφέρουσ᾽ Ἰάσονι.* Sic etiam *συμφέρεσθαι* apud Soph. Oed. C. 640. *τούτων, Οἰδίπους, δίδωμί σοι Κρίναντι χρῆσθαι. τῇδε γὰρ ξυνοίσομαι.* Ubi mox sequitur eodem sensu v. 645. *οὐ γὰρ ἀντιστήσομαι.* Omitto Philoctetis v. 1085. ubi legendum suspicor, *συνείσει*, *conscium eris* *). Nostro loco vocabulum *πολλοῖς* de Hercule ejusque liberis accipiendum est. Quanto studio *πολλὰ πολλοῖς* similesque vocabulorum geminationes prosecuti sint tragici, nihil attinet dicere. Noster Med. 579. *Ἦ πολλὰ πολλοῖς εἰμι διάφορος βροτῶν.* Ubi obiter notandum *πολλοῖς διάφορος* pro *πολλῶν διάφορος.* Ion. 381. *Πολλαί γε πολλοῖς εἰσι συμφοραὶ βροτῶν.* Aesch. Suppl. 459. *Δεῖ κάρτα θύειν, καὶ πεσεῖν χρηστήρια Θεοῖσι πολλοῖς πολλά, πημονῆς ἄκη.* Aristoph. Eq. 411. *Ἔγωγε, νὴ τοὺς κονδύλους, οὓς πολλὰ δὴ ᾽πὶ πολλοῖς Ἠνεσχόμην ἐκ παιδίου, μαχαιρίδων τε πληγάς.* Ceterum non debet omitti Photii glossa, licet nostrum locum respicere non videatur: *Συμφέρεται. συμμίγνυται, συνανακρᾶται, συμμιαίνεται.*

920. Minerva apud Homerum Il. *Θ*. 362. monente Barnesio: *Οὐδέ τι τῶν μέμνηται, ὅ οἱ μάλα πολλάκις υἱὸν Τειρόμενον*

(*) Conf. Elmslei. ad Eur. Med. 1521. Dobree ad Aristoph. Nub. 625. in Append. p. 50. Vulgatam scripturam tuetur Schaefer. ad Theocrit. p. 228. *G. D.*]

ἀπέσχον ὑπ᾽ Εὐρυσθῆος ἀέθλων. Pausanias V. c. 17. p. 421. Τὴν ὕδραν δὲ, τὸ ἐν τῷ ποταμῷ τῇ Ἀμυμώνῃ θηρίον, Ἡρακλεῖ τοξεύοντι Ἀθηνᾶ παρέστηκεν. Idem VI. c. 19. p. 500. a Brodaeo citatus: Ζεὺς δὲ ἐνταῦθα καὶ ἡ Δηϊάνειρα καὶ Ἀχελῷος καὶ Ἡρακλῆς ἐστιν, Ἄρης τε τῷ Ἀχελῴῳ βοηθῶν. εἱστήκει δὲ καὶ Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἅτε οὖσα τῷ Ἡρακλεῖ σύμμαχος. Et c. 25. p. 516. Ἡρακλεῖ στρατιὰν ἄγοντι ἐπὶ Πύλον τὴν ἐν τῇ Ἤλιδι, παρεῖναί οἱ καὶ Ἀθηνᾶν σύνεργον λέγουσι.

923. Ἐκείνας. *Illius filias.* Brodaeus. Quem miror non vidisse ἐκείνας genitivum esse, quod ne Stiblinum quidem fugit.

924. Ὕβριν metri causa reponunt Heathius et Musgravius. Quam scripturam, si vulgo legeretur, insani esset sollicitare. Nam toties occurrit ἔσχε pro κατέσχε, *cohibuit*, ut pene supervacaneum sit exempla proferre. Ita noster Phoen. 1163. Ἀλλ᾽ ἔσχε μαργῶντ᾽ αὐτὸν ἐναλίου θεοῦ Περικλύμενος παῖς. Suppl. 711. Ὦ παῖδες, εἰ μὴ σχήσετε στεῤῥὸν δόρυ Σπαρτῶν τόδ᾽ ἀνδρῶν, οἴχεται τὰ Παλλάδος. Κατασχεῖν ὕβριν autem dixit noster Bacch. 555. Φονίου δ᾽ ἀνδρὸς ὕβριν κατάσχες. Eodem fere sensu τὴν Εὐρυσθῆος ὕβριν κατείλομεν dicunt ipsi Athenienses, apud Herodotum, cujus verba plenius descripsi ad v. 188. Qui igitur nostro loco ὕβριν pro ὕβρεις reponunt, lectionem inducunt satis probabilem, et cui nihil objici possit, nisi quod difficile sit caussam vulgatae scripturae indicare. Quod si ponamus poëtam ὕβρις scripsisse, nemini mirum videbitur librarios ὕβρεις invexisse. Sensum autem satis commodum praebet ὕβρις, modo ἔσχεν *cessavit* interpretemur. Ita noster Iph. T. 789. οὐ πολὺν σχήσω χρόνον, Τὸν δ᾽ ὅρκον, ὃν κατώμοσ᾽, ἐμπεδώσομεν. Soph. El. 223. Οὐ σχήσω ταύτας ἄτας. Thucyd. I. 112. Καὶ Ἑλληνικοῦ μὲν πολέμου ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι. In his locis σχεῖν idem fere valet ac παύσασθαι, quo sensu saepe adhibentur imperativi ἴσχε et σχές. Simili ratione ἐπισχεῖν et κατασχεῖν nunc *alium* nunc *se cohibere* significant. Τάσσων ἐπίσχον, inquit Porsonus ad Phoen. 459. *idem est quod* τάσσων ἐπαυόμην [ἐπαυσάμην], *ut Ion, sive quis alius apud Stobaeum XX. p.* 171. Ἐπίσχες ὀργιζόμενος. Quo sensu dixit noster Or. 1625. Μενέλαε, παῦσαι λῆμ᾽ ἔχων τεθηγμένον. Κατασχεῖν intransitivum habet Soph. Oed. T. 781. Κἀγὼ βαρυνθεὶς, τὴν μὲν οὖσαν ἡμέραν Μόλις κατέσχον. Nisi forte supplendum τὴν ὀργὴν aut τὰς χεῖρας. Noster locus, fateor, ab his paullo diversus est. Quamvis enim bene Graeca sit locutio, ἔσχε τοῦ πολέμου, *cessavit a bello*, non ideo tamen constat Graecos dixisse, ἔσχεν ὁ πόλεμος, *cessavit bellum*. Aptiora fortasse exempla suppeditabunt scriptores Attici, si quis in eorum lectione ma-

jorem diligentiam adhibuerit, quam mihi de hac re quaerenti adhibere licuit. Interea scripturam nostri loci in medio relinquo. Unum moneo, γνωμικώτερον esse ὕβρις quam ὕβριν, meliusque cum versibus 926. 927. convenire. Quod cuivis verba poëtae inspicienti facile patebit. Plurale ὕβρεις tragicis abjudicavi ad Marklandi Suppl. 494.

926. Πρὸ δίκας. Hanc locutionem alibi non reperi. Passim occurrit πέρα δίκης.

Ibid. Βιαίως. MS. G. βίαιον. Legendum βιαιός. Musgravius. In Hippol. 814. pro βιαίως legendum βιαίῳ.

930. Τῶνδέ τ' etiam E. G. Τῶδέ τ' ex emendatione Canteri Nov. Lect. VII. 29. primus edidit Barnesius.

Ibid. Οὐχ ἧσσον [ἄελπτον] τυχεῖν. Quasi praecedat ἄελπτόν ἰδεῖν συμφοράν. Τύχην praeter necessitatem H. Stephanus.

932. Πολυπόνων displicet. Num πῦρ πνέων? Reiskius. Non hic locus erat calamitatibus Mycenarum commemorandis. Lego igitur πολυπόρων, praedivitum. Musgravius. Dedi πολυπόνοις, de qua mutatione vide ad v. 750. Quamquam ne hoc quidem magnopere placet. Exspectares enim μυρίᾳ ξὺν ἀσπίδι, vel aliquid ejusmodi. Qualia sunt πολλὴν λαβὼν αἰχμὴν apud nostrum supra v. 276. σὺν πολλῇ χερὶ infra v. 1035. μυρίαν ἄγων λόγχην Phoen. 444. ἀλκῆς μυρίας στρατηλατῶν apud incertum Rhes. 276. Qua significatione rectius, ni fallor, dicitur ἀσπὶς quam ἀσπίδες. Ita noster Phoen. 77. Ὁ δ' Ἄργος ἐλθὼν, κῆδος Ἀδράστου λαβὼν, Πολλὴν ἀθροίσας ἀσπίδ' Ἀργείων ἄγει. Μυρίοι ἀσπιστῆρες in agro Megarensi cum duce Eurystheo reditum Copreï exspectantes memorantur supra v. 277. Unde libenter nostro loco scripturam adoptarem, quae significaret Eurystheum cum ingenti exercitu Mycenis profectum esse. Vulgatae lectioni, modo mutetur casus, nonnihil ponderis addere videtur Aesch. Pers. 320. Ἀμηστρις, Ἀμφιστρεύς τε πολύπονον δόρυ Νωμῶν. *Laboriosam hastam* vertit Stanleius. Opinor, *ponderosam*. Quod epitheton non minus clypeo quam hastae convenit. Δοριπόνοις ἀσπίσι noster Iph. A. 771.

935. Μείζω τῆς τύχης φρονῶν πολύ. *Longe majora spirans quam ejus fortuna ferret.* Portus. Opinor, καταφρονῶν τῆς τύχης. Noster supra v. 259. Σκαιὸς πέφυκας, τοῦ θεοῦ πλείω φρονῶν. Phoen. 710. Ἤκουσα μεῖζον αὐτὸν ἢ Θήβας φρονεῖν, Κήδει τ' Ἀδράστου καὶ στρατῷ πεποιθότα. Androm. 700. Σεμνοὶ δ' ἐν ἀρχαῖς ἥμενοι κατὰ πτόλιν, Φρονοῦσι δήμου μεῖζον, ὄντες οὐδένες. Nostro loco non male legeretur, μείζω τῆς δίκης. De qua varietate dixi ad v. 461. Δίκας ἀφόβητος Soph. Oed. T. 885.

934. Malim πέρσαν. CANTERUS. Ordo est, ἔστειχε πέρσων Ἀθήνας. Sic, ἔβα πέρσων Phoen. 155. πέρσων ἦλθε ibid. 1622. *Ibid.* Τὴν ἐναντίαν. Subaudi ὁδόν. BARNESIUS. Si recte dicitur, ὁδόν τινι θεῖναι, cujus locutionis exemplum in promtu non habeo, facillime emendatur corruptus Sophoclis locus, Oed. C. 1505. Ἄναξ, ποθοῦντι προυφάνης. καί σοι θεῶν Τύχην τις ἐσθλὴν θῆκε τῆσδε τῆς ὁδοῦ. Heathii emendationem, τῆσδ' ἔθηκε, adoptavit Brunckius. Legendum fortasse, Τύχη τις ἐσθλὴ θῆκε τήνδε τὴν ὁδόν.

935. Τύχαν S. Τύχην E. G. An legendum, καὶ μετέστησεν [αὐτὸν τῆς] τύχης? Huc enim alludere videtur vulgata lectio τύχας. De constructione vide indicem ed. Beckianae v. Μεθιστάναι. Τύχης pro εὐτυχίας. Contrario sensu v. 714.

936. 937. Βρέτας Διὸς τροπαῖον. Citat Musgravius Phoen. 1256. Πολύνεικες, ἐν σοὶ Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας Τροπαῖον. Et v. 1482. Οἱ μὲν Διὸς τροπαῖον ἵστασαν (ἔστησαν duo codd.) βρέτας. Unde non male nostro loco legeretur τροπαῖον, ni sequeretur καλλίνικον. Adde Suppl. 647. Πῶς γὰρ τροπαῖα Ζηνὸς Αἰγέως τόκος Ἔστησεν; Ubi Reiskio κλεινὸς pro Ζηνὸς legenti recte adversatur Marklandus.

937. Ἵστασαν, *statuebant*, P. E. Vide superiorem annotationem. Solenne librariorum vitium est ἔστασαν pro ἵστασαν, *stabant*, quod nostro loco non convenit. *Statuerunt* omnes interpretes, quod Graece dicitur ἔστησαν. Legendum ἱστάναι pro ἑστάναι apud Aristoph. Eq. 1268.

941. Ὦ μῖσος, ἥκεις. εἷλέ σ' ἡ δίκη χρόνῳ. Ita sine interrogatione haec legi possunt, et fortasse rectius. Ὦ μῖσος supra v. 52.

943. Προσβλέπειν ἐναντίον P. E. In hac locutione ἐναντίον adverbium est. Ita noster Hec. 974. αἴτιόν τι καὶ νόμος, Γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον. Med. 469. Οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν, οὐδ' εὐτολμία, Φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν.

946. Ὅς πολλὰ μὲν τὸν ὄνθ', ὅπου 'στὶ νῦν, ἐμόν. Ita interpungunt edd. nonnullae, velut si ὄντα *vivum* significet, ut in Hel. 944. Mea quidem sententia, pro verbis τὸν ὄνθ' ὅπου 'στὶ νῦν, eodem sensu metroque dicere poterat poëta, τὸν οὐκέτ' ὄντα νῦν. Ita Admetus Alc. 1095. Κείνην, ὅπου πέρ ἐστι, τιμᾶσθαι χρεών. Qui mox subjicit v. 1099. Θάνοιμ', ἐκείνην, καίπερ οὐκ οὖσαν, προδούς. Ubi manifesto idem significant verba ὅπου πέρ ἐστι et καίπερ οὐκ οὖσαν. Eadem locutio diversa significatione occurrit in Ion. 1307. Τὴν σὴν ὅπου σοι μητέρ' ἐστὶ, νουθέτει. Ubi verba ὅπου σοι ἐστὶ per ἥτις σοί ἐστι explicanda videntur. Confer ejusdem fabulae v. 564.

948. *Καθυβρίσαι* G. Quae vox senarium claudit supra v. 458. et nostro loco adhibenda videtur, ut vitetur invenusta alterius vocis repetitio.

959. *Καὶ κερδανεῖς ἄπλατα* frustra conjicit Musgravius. Noster Med. 454. *Πᾶν κέρδος ἡγοῦ ζημιουμένη φυγῇ.* *Κέρδος* in re simili usurpat Soph. Ant. 461. *εἰ δὲ τοῦ χρόνου Πρόσθεν θανοῦμαι, κέρδος αὔτ' ἐγὼ λέγω.*

Ibid. *Χρῆν*, *oportebat*, recte Reiskius. Non enim re vera bis moriturus erat Eurystheus. Noster Med. 573. *χρῆν ἄρ' ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς Παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος.* Ubi sententia prorsus absurda esset, si legeretur *χρή*. *Χρῆν σε θανεῖν* vel *morte dignus es*, vel *moriere* significat, *χρή σε θανεῖν* tantum *moriere*. Has voces saepissime in libris vulgatis permutari nemo nescit. Longe saepius autem *χρὴ* pro *χρῆν* quam *χρῆν* pro *χρὴ* reposuerunt librarii. Male vulgo legitur *χρὴ* apud nostrum Alc. 740. (ubi legendum, *οὐ γὰρ τῷδ' ἔτ' εἰς ταυτὸν στέγος Νεῖσθ'*) 942. Androm. 811. et alibi passim. Malim etiam *χρῆν* in Hec. 264. *Ἀλλ' οὐδὲν αὐτὸν* (Achillem) *ἥδε γ'* (Polyxena) *εἴργασται κακόν. Ἑλένην νιν αἰτεῖν χρῆν τάφῳ προσφάγματα.* Sed v. sequente recte se habere videtur *χρή*: *Εἰ δ' αἰχμάλωτον χρή τιν' ἔκκριτον θανεῖν, Κάλλει θ' ὑπερφέρουσαν, οὐχ ἡμῶν τόδε.* In Hippol. 345. ubi praestare mihi videtur, *Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἁμὲ χρῆν λέγειν*, *χρή* ex Aristophanis Equitibus invexit Brunckius. In qua fabula vulgo legebatur v. 183. *ΝΙ. Δύο τώδε κώλα. καὶ τί τοῦτον χρὴ παθεῖν; ΔΗ. Κρατεῖν, ἕως ἂν ἕτερος ἀνὴρ βδελυρώτερος Αὐτοῦ γένοιτο. μετὰ δὲ ταῦτ' ἀπόλλυται. Αὐτοῦ γένηται* edidit Brunckius, cum hac annotatione: *Sic C. Vulgo γένοιτο. Illud magis ad loquendi normam exactum arbitror.* Videlicet cum praecedat verbum praesentis temporis *χρή*. Addere poterat, soloecum esse *ἕως ἂν γένοιτο*. Sed ne sic quidem omnia sana erunt. Nam superiori versu propter tribrachyn ante anapaestum collocatum manifesto delendum *ἄν*. Quo deleto, necessario revocandum *γένοιτο*. Nam tragicis quidem *ἕως γένηται, πρὶν γένηται*, et similia, omisso *ἂν* dicere licuit, non vero comicis et prosae orationis scriptoribus. Ut autem recte se habeat *γένοιτο*, pro praesenti *χρὴ* repone praeteritum *χρῆν*. Propter similem caussam malim *χρῆν* apud Soph. Ant. 666.

961. Recte monet Tyrwhittus personarum nomina ab hoc versu ad v. 974. mendosa esse omnia. Et Barnesius quidem vidit quae nuntio in editis tribuuntur, ad Alcmenam pertinere. Illud primus animadvertit Tyrwhittus, ad nuntium pertinere ea quibus Chori persona

praefigitur. Ostendit hoc v. 967. ubi Alcmena alterum interlocutorem rogat, an Hyllus principum Atticorum sententiam aequo animo tulisset; id quod Chorus aeque ac Alcmena ignorare debuit. Ostendit etiam v. 1018. ubi Chorus non nisi venia ab Alcmena impetrata sententiam suam profert, quod ridiculum esset, si prius de eadem re inter se collocuti essent. Musgravius.

Ibid. Οὐκ ἔστιν ὅσιον P. E. Noster Iph. T. 1044. ΟΡ. Σὺ δ' ἤ τις ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας; (Confer Or. 1087.) ΙΦ. Ἐγώ. θιγεῖν γὰρ ὅσιόν ἐστ' ἐμοὶ μόνῃ.

966. Noster Bacch. 820. Τί δὴ τόδ'; εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρῶν τελῶ; Ion. 275. Τί δὴ τόδ'; ἆρ' ἀληθὲς ἢ μάτην λέγεις (vulgo λόγος);

967. Δόξαντ' conjunctim primus edidit Stiblinus, secundus Portus.

968. Sententia omnino postulat ut legamus, χρῆν δ' αὐτὸν οὐ μὴ τῆδ' ἀπιστῆσαι χθονί. Heathius. Particulas οὐ μὴ nemo unquam ita adhibuit. Haec per ironiam dici monui ad v. 512. Sic etiam Barnesius.

Ibid. An scribendum [cum Reiskio] ἀπειθῆσαι? Musgravius. Sic etiam ad v. 1024. Fuerunt scilicet qui ἀπιστεῖν, *non obedire*, ἀπιστεῖν, *non credere*, scribendum censerent. Vide Marklandum ad Suppl. 389. Cum autem πείθεσθαι *parere* et *credere* promiscue significet, non video quibus rationibus nitatur ea sententia. Eo sensu quo nostro loco legitur ἀπιστῆσαι, utrumque ἀπιθῆσαι et ἀπειθῆσαι usurpant tragici. Soph. Phil. 1447. Οὐκ ἀπιθήσω τοῖς σοῖς μύθοις. Eurip. Or. 31. Ὅμως δ' ἀπέκτειν', οὐκ ἀπειθήσας θεῷ.

969. Metro succurrit Barnesius legendo [in margine], μηδ' ὁρᾶν φάος τόδε. Malim, ordine vocum mutato, μηδὲ φάος ὁρᾶν ἔτι. Musgravius. Voluit Barnesius, opinor, φάος τόδε. Quae verba senarium claudunt in Hippol. 907. 993. Alc. 1142. Musgravii emendatio eo nomine improbanda est, quod φῶς potius quam φάος in senariis ante vocalem collocare solent tragici, ne pro iambo aut spondeo sine caussa exhibeatur tribrachys aut dactylus.

970. Ἠδικήθη. Explicandum cum Barnesio, *injuste absolutus est*. Ἠδικήθη, ὅτι δίκης οὐκ ἔτυχε. *Tunc primum injuste cum eo actum est, quod non interfectus sit.* Musgravius. Quae interpretatio parum mihi satisfacit, quamvis meliorem afferre nequeam. Non video quomodo qui poenas sceleris non det, ἀδικεῖσθαι dici possit. Τότε, *in ipsa acie*, Brodaeus ad v. 1009.

972. Forte ὥς τις. Constructio, οὐκ ἔστιν ὥς κτάνοι τις, *fieri*

nequit, ut occidat quis. Reiskius. Diversa hec meliora habet Heathius. Verte ad mentem Musgravii, *Nemo hunc interficiet.* Usitatior constructio esset, ὅστις κατακτενεῖ, ut mox v. 977. ὅστις ἐξαιρήσεται. Sed optativus addito ἂν futuri significationem passim obtinet. Ita noster supra v. 345. *Οὐκ ἂν λίποιμι βωμόν.* Id est, *Οὐ λείψω βωμόν.* Nota res est.

978. Optima Tyrwhitti emendatione in textum admissa, infelices aliorum conjecturas memorare supersedeo.

977. Verbum ἐξαιρεῖσθαι haud secus atque ἀφαιρεῖσθαι, duplicem accusativum adsciscit, monente Valckenario Diatrib. p. 203. Sed aliud agebat vir summus, cum nostrum locum in exemplum assumsit. Neque allegare debebat Alc. 851. *Οὐκ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐξαιρήσεται.* Multo minus Med. 792. *τέκνα γὰρ κατακτενῶ Τἄμ'· οὔτις ἐστὶν ὅστις ἐξαιρήσεται.* Ubi vide an legendum, ὅς νιν ἐξαιρήσεται. Quamvis enim saepe occurrant οὔτις ἐστὶν ὅς, et οὐκ ἔστιν ὅστις, hoc uno in loco reperi οὔτις ἐστὶν ὅστις. *Εἴτις ἔσθ' ὅστις* dixit Soph. Oed. C. 1167. ἥν τις ὅστις noster Androm. 916. *Ἐξαιρεῖσθαι* cum duplici accusativo legitur apud nostrum Alc. 70. Iph. A. 972. monente Valckenario; et apud Soph. El. 1208. *Μή, πρὸς γενείου, μ' ἐξέλῃ* (vulgo *μή ξέλῃ*) *τὰ φίλτατα.*

978. *Ὅστις ἂν θέλῃ.* Diversa est hujus loci ratio et v. 972. Hic enim particula cum pronomine conjungitur, ibi cum verbo.

983. *Θωπεύσοντά σε* edd. recentiores.

984. Videtur ἐμῆς deesse ante ψυχῆς. Canterus. *Ἐμῆς*, quod ex Hervagiana prima exciderat, primus restituit Barnesius.

985. *Δειλίαν ὀφλεῖν τινα* P. E. *Ὦφλον* aoristum esse monui ad Aristoph. Ach. 689. Diversa tamen de accentu fuit veteris grammatici sententia, cujus testimonium Photio debetur: *Ὄφλειν καὶ ῥοφεῖν* (vox corrupta). *τὰς πρώτας συλλαβὰς τῶν τοιούτων οἱ Ἀττικοὶ ὀξύνουσιν.* Olim suspicatus sum nostro loco scribendum esse, δειλίαν ὀφλεῖν τινι, eo sensu quo dixit Herodotus VIII. 26. *ἐνθαῦτα εἴπας γνώμην γενναιοτάτην Τριτανταίχμης ὁ Ἀρταβάνου, δειλίην ὦφλε πρὸς βασιλῆος.* Ita Soph. Ant. 470. *Σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω.* Sed recte se habere accusativum patet ex Herc. 1348. *μὴ δειλίαν ὄφλω τιν', ἐκλιπὼν φάος.* Ubi *τιν'* pro accusativo recte accipiunt interpretes.

986. *Ἔγωγε* proculdubio scripsisset Brunckius, si hanc fabulam edidisset. Quem vide ad Soph. Ant. 1196. Aj. 486. 678. El. 951. Aristoph. Ach. 609. Quae omnia loca emendando corrupit.

986. 991. Ἠρόμην utrobique legendum censet Brunckius ad Ant. 907. qui receptam formam Atticis abjudicat. Ἠράμην habet noster etiam Phoen. 487. Iph. T. 1201. συνηράμην Or. 765. ἤρατο Iph. A. 938. ἄραιτο Or. 3. Plato Comicus apud Priscianum p. 1185. Ὃς πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην.

987. Οὐ δῆτα P. E. *No indeed.* Vide nostrum supra v. 508. Hec. 367. Hippol. 1062. Alc. 558. Androm. 409. Aesch. Prom. 347. Quomodo autem ex οὐ δῆτα ortum est ἤδη γε? Eodem fere modo quo in Herc. 1146. ut monui ad v. 806. ex τί δῆτα ortum est τί δή γε. Quamquam fatendum est οὐ δῆτα longius ab ἤδη γε abesse, quam τί δῆτα a τί δή γε. Sed passim a librariis permutata sunt *Η* et *ΟΥ*. "*Solenniter in MSS. confunduntur* οὔπω *et* ἤπου," inquit Musgravius ad Hel. 184. ubi οὔπω pro ἤπου habent edd. omnes. Sic etiam edd. veteres in Herc. 1101. Idem monet utrumque cod. οὔκουν pro ἦπου habere in Hel. 797. alterum ibid. 581. Sic etiam uterque cod. Par. et liber P. in Iph. A. 670. monente Marklando. In contrariam partem peccatum est in Hel. 497. ubi legendum, Ἀλλ' οὔτις (vulgo ἥ τις) ἐστὶ Ζηνὸς ὄνομ' ἔχων ἀνὴρ Νείλου παρ' ὄχθαις. εἷς γὰρ ὅ γε κατ' οὐρανόν. Adde Soph. Phil. 1443.

Ibid. Αὐτανέψιος. Ab utraque parte ἀνέψιοι erant Eurystheus et Alcmena. Utriusque enim avus paternus fuit Perseus, maternus Pelops. Persei filios fuisse Sthenelum Eurysthei patrem et Electryonem Alcmenae patrem nemini ignotum est. Alcmenae matrem Pelopis filiam appellat noster supra v. 212. Eurysthei quoque matrem Pelopis filiam fuisse constat ex Thucydide I. 9. ubi Pelopis filius Atreus Eurysthei avunculus (μητρὸς ἀδελφὸς) vocatur.

994. Συνθανὼν P. E. Nullum aoristum secundum hoc verbum habere recte suspicatur Barnesius. Addo, neque primum. Θανῶν pro θανὼν sensu postulante dedit Brunckius apud Soph. Trach. 23. προσθανὼν male retinuit in Oed. C. 1166. Θανεῖν noster supra v. 240. θανεῖ Soph. Oed. T. 20. Aj. 106. 825. θανοῦσαν Oed. C. 340. θανεῖ imperativum Aj. 1173. Apud nostrum Hec. 1153. pro θανοῦν malim θανοῦσ'. Confer Porsonum ad Med. 1138.

998. Primam in δηώσας corripit noster, auctorem fortasse secutus Aeschylum Προμηθεῖ Λυομένῳ, cujus verba debemus Straboni IV. p. 183. Βάλλων δηώσεις ῥᾳδίως Λίγυν στρατόν. Archilochus apud Stobaeum CXI. p. 580. Εὐάλιον, καί σφιν θαλάσσης ἠπίηνα κύματα. Simonides

Amorginus apud eundem LXXIII, p. 435. *Τὴν δ' ἵππος ἁβρὴ χαιτήεσσ' ἐγείνατο. Ex Addendis.*]-[Conf. Seidler. de verss. dochmm. p. 102. G. *D.*]

996. Aesch. Agam. 1443. *Οὔ μοι φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖν.*

997. *Οὐκ ἀριθμόν. Non unum e multis.* Erasmus in Proverb. *Numerus.* Brodaeus. Citat Barnesius Tro. 475. *Κἀνταῦθ' ἀριστεύοντ' ἐγεινάμην τέκνα, Οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως, ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν.* Aristoph. Nub. 1203. *Ἀριθμὸς, πρόβατ' ἄλλως, ἀμφορῆς νενησμένοι.* Ubi gl. apud Brunckium, *ματαῖον πλῆθος.* Hoc peculiare habet noster locus, quod in eo unus Hercules *οὐκ ἀριθμὸς* dicitur. *Ἀριθμὸς λόγων, mere words,* Soph. Oed. C. 382.

999. *Ἀκούσεται μὲν ἐσθλὰ* Barnesius ex emendatione Scaligeri. *Ἀκούσεται τά γ' ἐσθλά* recte Musgravius ex emendatione Canteri. Articulum *τά* absorbuit ultima verbi syllaba *ται.* Cujus vitii alterum exemplum afferam. Vulgo legitur in Iph. A. 1207. *Εἰ δ' εὖ λέλεκται νῷν, μὴ δή γε κτάνῃς.* Ubi non dubito quin illud *νῷν*, quod multis nominibus plane absurdum est, metri caussa a librario illatum sit, qui in libro quem describeret, *μοι* reperisset. *Μοι* autem quam nullo fere negotio e *μα* oriri potuerit, docebit Porsonus ad Med. 44. Scripsit Euripides, ni fallor, *Εἰ δ' εὖ λέλεκται τἀμὰ, μὴ δὲ σὺ κτάνῃς Τὴν σήν τε κἀμὴν παῖδα, καὶ σώφρων ἔσει.*

1002. *Πάντα κινῆσαι πέτρον.* Hesychius: *Πάντα κινήσας πτερόν* (sic cod.). *παροιμία.* Idem: *Πάντα λίθον κινεῖν. παροιμίας μέμνηται Ἀρίσταρχος. ὅτε γὰρ Ξέρξης ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἐστράτευσεν, ἡττηθεὶς περὶ Σαλαμῖνα.* Desunt cetera, quae tamen apud Zenobium V. 68. legi possunt. Photius a Musgravio allegatus: *Πάντα λίθον κινεῖν. Πολυκράτει τῷ Θηβαίῳ χρησμὸς ἐξέπεσε, πριαμένῳ τόπον ἔνθα Μαρδόνιος ἐσκήνωσεν, ὅτε Πέρσαι ἔφυγον, εὑρεῖν χρυσόν. οἱ δὲ εἰρῆσθαι φασὶν ἀπὸ τῶν τοὺς καρκίνους θηρευόντων.* Quae quidem interpretatio alteri de Mardonio praestare videtur. Quoties enim proverbium, *To leave no stone unturned*, in ore hominum audivi, qui Mardonii nomen ne fando quidem audissent?

1003. *Κτείνοντα, Interficere conantem*, ut alibi passim. Vide Soph. Oed. C. 993. Eurip. Phoen. 1595. Androm. 811. Iph. T. 27. Ion. 1224. 1286. (ex emendatione Duporti) 1300. 1308. 1326. 1328. 1408. 1544. Quam significationem non agnoscit Teucer apud Soph. Aj. 1126. ΜΕ. *Δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν, κτείναντά με; ΤΕΥ. Κτείναντα; δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών. Κτείνοντα* dicere debebat Menelaus. Aoristus enim ejusque participium hanc significationem respuunt. Corrigendus igitur noster Ion.

1001. Ἔκτεινα δ' ὄντα πολέμιον δόμοις ἐμοῖς. Malim, Ἔκτεινον ὄντα. Ἀπολλύτην Soph. Oed. T. 1454. ubi consulendus Brunckius. Ἀπώλλυ Plato Menexeno p. 244. E. Ηἴρει πόλιν Aesch. Theb. 1027.

1004. Legendum videtur, τἀμ' ἐγίγνετ'. [Probat Erfurdtius ad Sophocl. Ajac. p. 516. *G. D.*] Musgravius.

1005 — 1008. Simili argumento saevitiam suam defendit Menelaus Androm. 669. Κἀκεινό νυν ἄθρησον, εἰ σὺ παῖδα σὴν Δοὺς τῷ πολιτῶν, εἶτ' ἔπασχε τοιάδε, Σιγῇ κάθησ' ἄν; οὐ δοκῶ. Ubi verba οὐ δοκῶ idem significant quod οὔτιν' ἂν πίθοις.

1005. Σύ γ' ἂν λαβοῦσα Reiskius.

1006. Δυσμενῆ S. edd. recentiores. In Iph. A. 1376. δύσγενὲς pro δυσμενὲς recte duo codd. In Iph. T. 591. δυσγενὴς e tribus codd. reposuit Musgravius. Vide an legendum in Alc. 609. Ἀνδρῶν Φεραίων εὐγενὴς παρουσία. Ita noster Hippol. 710. Ὑμεῖς δὲ παῖδες εὐγενεῖς Τροιζήνιαι. Sophocl. Oed. C. 728. Ἄνδρες χθονὸς τῆσδ' εὐγενεῖς οἰκήτορες.

1008. Εἴασσας pro sua rei metricae peritia tacite dedit Barnesius.

Ibid. Notam interrogationis post Ἄργος male addunt Stiblinus et recentiores omnes. Est enim ironia.

1009. Τότε. *In ipsa acie.* Brodaeus. Τότε contrarium est τῷ νῦν. Vide Soph. Aj. 650. 1240.

1010. Πρόθυμον ὄντα. Id est, ἕτοιμον, *mori paratum.*

Ibid. Verba τοῖσιν Ἑλλήνων νόμοις in edd. omnibus utrimque minimam distinctionem habent. Ad sequentia referunt Heathius, et in versione Musgravius. Vide autem an propter verba πόλις τ' ἀφῆκε v. 1012. vel hic legendum, τοῖσί θ' Ἑλλήνων νόμοις, vel v. sequente, Οὔθ' ἁγνός εἰμι.

1011. Κατθανεῖν P. E. Ita Soph. Oed. C. 37. Ἔξελθ'· ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν. Ubi etiam si per metrum liceret, minus recte legeretur οὐχ ἁγνὸν πατεῖσθαι, licet κατθανεῖν potius passive quam active significet. In hac enim constructione activam formam plerumque adhibent tragici. Ἀξία στυγεῖν verbi caussa dixit noster Or. 1153. qui tamen bis in eadem fabula vv. 614. 1206. ἀξία θανεῖν dicere maluit quam ἀξία κτανεῖν. Quod ad scripturam nostri loci attinet, conferendus v. 229. ubi recte, ni fallor, λαβεῖν pro λαβὼν reposui. Κελεύων pro κελεύειν habet Stiblinus v. 491. ἐλθὼν plerique libri in Ion. 248. Apud Aesch. Theb. 496. malim, Κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ, μηδέ μοι φθόνει λέγειν. Noster Med. 63. μὴ φθόνει φράσαι.

1013. *Τίω*, *honoro*, alibi apud nostrum non legitur. Male τῖσαι et τίσασθαι huc retulit Beckius in indice, quae apud Atticos ad τίνω pertinent. Homericum illud, τίσω δέ ἑ ἶσον Ὀρέστῃ, vix intellexisset sutor Atheniensis.

1014. Προσεῖπας, ἀντήκουσας P. E. Rarissime in senario tragico collocatur anapaestus, monente Hermanno Praefat. ad Hec. p. LIV. cujus tres syllabae non sint eodem vocabulo inclusae. Vide nostrae fabulae vv. 10. 32. 33. 90. 95. 120. 124. 225. 238. 247. 346. 418. 647. 845. Nunquam hanc regulam violat noster, nisi in versibus quibusdam a praepositione incipientibus. Qualis est Or. 896. Ἐπὶ τῷδε δ' ἠγόρευε Διομήδης ἄναξ. Sic etiam Or. 1336. Alc. 376. Iph. A. 646. 1199. Bacch. 334. 502. 1189. 1245. Hel. 844. 1250. Herc. 940. Quorum nullus est unde nostro loco defendi possit, Πρὸς ἅ γ', εἶπας. Ubi siquis deleta praepositione legere malit, Ἅ γ' εἶπας, ἀντήκουσας, equidem non vehementer repugnabo. Sophoclei Ajacis v. 571. Μέχρις οὗ μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ, quem emendare conatur Hermannus, mihi quidem spurius videtur.

1015. Sensum horum verborum minime assecuti sunt interpretes. Quorum conjecturis omissis, meam interpretationem proponam. Plerumque solent homines, qui aliquid ab aetate, sexu aut conditione sua alienum faciunt, ipsi sui accusatores fieri, ne in ἀναισθησίας suspicionem incurrant, et ex ignorantia peccare videantur. Ita Macaria v. 475. Alcmena v. 978. et hoc loco Eurystheus. Verte, *Nunc autem licet supplicem et timidum me vocare*. Cicero pro Milone c. 34. *Timidos et supplices, et, ut vivere liceat, obsecrantes*. Scilicet non diffitetur se abjectum et timidum vocari posse, qui saevitiam suam in Herculem ejusque liberos excusando mortem detrectare conatus sit. Huc enim spectavit tota ejus oratio. Nulla difficultas est in voce προστρόπαιον, quae ἱκέτην significat apud Soph. Aj. 1173. Phil. 930. Major in altero vocabulo γενναῖον, *fortem, animosum*, quod cum mea interpretatione conciliari nequit, nisi per ironiam.

1017. Ἀχθοίμην S. edd. recentiores. Qui nostro loco M. omisit Aldus, contrario vitio ἥδοιμ' habet apud Aesch. Prom. 757. παρασταίμην apud Soph. Oed. C. 491. ὑπηρετοίμην El. 1306. δύναιμ' apud Eurip. Phoen. 410. ποιοίμην apud Aristoph. Vesp. 348. Hoc Graecum quidem est, sed non illo loco. Legendum, Τίς ἂν οὖν εἴη; ζητεῖθ' ὑμεῖς, ὡς πάντ' ἂν ἔγωγε ποιοίην.

1018. Praefigit E. χο. ἢ ἄγγελος.

Ibid. Σμικρὸν P. E.

1020. Θάνῃ τε primus edidit Stiblinus; θάνῃ τε Portus. Θάνητε Canteriana. Male omnes ἂν pro ἦν.

1020. *Πειθώμεθα* P. E. *Πειθόμενος* metro repugnante habet Aldus Or. 593. Ion. 560. *ἐπείθου* Phoen. 1641.

1023. *Τοῖς μετελθοῦσιν φίλων.* Soph. Oed. C. 1667. *Ποῦ δ' αἵ τε παῖδες, χοἱ προπέμψαντες φίλων;*

1026. *Τήνδε δὲ πτόλιν* P. E. Noster Med. 813. *Νυμφεύετ', εὖ πράσσοιτε. τὴν δὲ δὴ χθόνα Ἐᾶτέ μ' οἰκεῖν.* Ita Aldus. Recte Lascaris, et ex eo Porsonus, *τήνδε δὲ χθόνα.* Praeter *ἀνὰ πτόλιν*, et similia, quae passim occurrunt, haud raro senarium claudunt *πτόλις* et *πτόλιν*. Eurip. Hec. 767. *Ποῦ δ' ὢν ἐτύγχαν', ἡνίκ' ὤλλυτο πτόλις.* Ibid. 1209. *Τροία, πέριξ δὲ πύργος εἶχ' ἔτι πτόλιν.*

1027. *Κατηδέσθη κτανεῖν.* *Religioni habuit interficere.* Noster Ion. 179. *Κτείνειν δ' ὑμᾶς αἰδοῦμαι, Τοὺς θεῶν ἀγγέλλοντας φήμας θνατοῖς.* Aesch. Choëph. 899. *Πυλάδη, τί δράσω; μητέρ' αἰδεσθῶ κτανεῖν;* Pers. 811. *Οἳ γῆν μολόντες Ἑλλάδ', οὐ θεῶν βρέτη Ἠιδοῦντο συλᾶν, οὐδὲ τιμπράναι νεώς.*

1029. *Μεῖζον* edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam.

1031. Malim *δίκας*, quemadmodum paullo ante dixit v. 850. Canterus. Cujus emendationem a Scaligero quoque et Palmerio ad Hesychium propositam primus recepit Barnesius. Similem errorem habet Aldus in Hel. 882. *Ὦ τλῆμον, οἴκους* (*οἴους* edd. recentiores) *διαφυγὼν ἦλθες πόνους.* Vide an eodem modo emendandus noster Bacch. 786. *Καὶ τὴν μὲν ἂν προσεῖδες εὔδηλον πόριν Μυκωμένην ἔχουσαν ἐν χεροῖν δίκα.* Lego, *ἔχουσαν ἂν χεροῖν δία.*

Ibid. Hesychius: *Παρθένου Παλληνίδος.* [*ἱέρεια*] *Ἀθηνᾶς.* Delendum *ἱέρεια* ex grammatici stupore natum. De sepultura Eurysthei audiendus Strabo VIII. p. 377. a Brodaeo ad v. 929. allegatus: *Εὐρυσθεὺς μὲν οὖν στρατεύσας εἰς Μαραθῶνα ἐπὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας καὶ Ἰόλαον, βοηθησάντων Ἀθηναίων, ἱστορεῖται πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ. καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα Γαργηττοῖ ταφῆναι, τὴν δὲ κεφαλὴν χωρὶς ἐν Τρικορύθῳ* (vulgo *ἐν τῇ Κορίνθῳ*), *ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰολάου περὶ τὴν κρήνην τὴν Μακαρίαν, ὑπὸ ἁμαξιτόν. καὶ ὁ τόπος καλεῖται Εὐρυσθέως κεφαλή.* De Tricorytho, Atticae pago Marathoni vicino, vide ad v. 81. Plura de morte Eurysthei dedi ad v. 860.

1035. *Ὅτ' ἂν μόλωσι δεῦρο.* Quod fecerunt Lacedaemonii, Heraclidarum posteri, plus semel belli Peloponnesiaci tempore. Musgravius.

1037. *Πεπεισμένος* S. Contrario vitio *ἄνυμι* idem liber supra v. 210. *Πεπυσμένος* pro *πεπεισμένος* Eubulo restituit Porsonus Advers. p. 136.

1038. Legendum omnino cum H. Stephano veteris codicis auctoritate fulto, *ἠρούμην*, et verte, *Huc veni, et non*

dei oraculo sum obsecutus. Heathius. Legendum, ni fallor, ἡδούμην. Musgravius. Αἰρεῖσθαι obsequendi sensu ubi repererit Heathius, equidem nescio. Insolens etiam locutio χρησμὸν αἰδεῖσθαι, pro χρησμοῦ ἐντρέπεσθαι. Ita tamen scripsisse videtur poëta. Aesch. Agam. 946. Μή νυν τὸν ἀνθρώπειον αἰδεσθῇς ψόγον. Suppl. 487. Ὅμως δ' ἀνάγκη Ζηνὸς αἰδεῖσθαι κότον Ἱκτῆρος. ὕψιστος γὰρ ἐν βροτοῖς φόβος. De permutatione literarum Δ et P nonnihil dixi ad v. 38.

1039. Νομίζων Barnesius in margine. Recepit Musgravius. Interrogationi suae respondet Eurystheus, ut Helena Hel. 56. Τί δῆτ' ἔτι ζῶ; θεοῦ τόδ' εἰσήκουσ' ἔπος Ἑρμοῦ, κ. τ. ἑ. Vide etiam Soph. Oed. C. 1308. Ant. 908.

1040. Κοὐκ ἂν προδοῦναί μ'. Id est, Καί μ' οὐ προδώσειν.

Ibid. Μήτε μοι χοάς. Supplendum δῷς, σπείσῃς, aut aliquid ejusmodi. Nam χοὰς ἐᾶν στάξαι nemo unquam dixit.

1041. Vox τόκον nullam, quod sciam, hujus loci sententiae idoneam significationem habet. Poëtam scripsisse τάφον omnino mihi persuasum est. Heathius. Cujus emendationem confirmare videtur Helenae v. 563. Ἱκέτης, ἐπεί γε τοῦδ' ἐφάπτομαι τόπου. Ubi τάφου sensui non minus necessarium est, quam nostro loco τάφον. Permutantur τάφοις et δόμοις apud Soph. Oed. T. 942. τόπων et δόμων apud Eurip. Hippol. 58. 1393. τόπῳ et πάγῳ apud Aesch. Prom. 20. τόπον et πόρον ibid. 418.

1046. Ἐξ ὑμῶν ex emendatione Brodaei primus edidit Barnesius. Consentit E. et a secunda manu G.

1049. Ἀνὴρ P. E.

1050. 1051. Κυσὶν δοῦναι. Quomodo igitur sepeliri potuit, ut supra dicit v. 1030. Verum multa hujusmodi apud Euripidem peccata. Musgravius. Λύσιν conjicit Heathius. Malim, πυρί. Ita noster Suppl. 948. ὅτ' ἂν δὲ τούσδε προσθῶμεν πυρὶ, Ὀστᾶ προσάξεσθ'. Τάφῳ δέδονται dixit noster ibid. 757. δοῦναι τάφῳ. Tro. 1146. δὸς τούσδε τύμβῳ Herc. 1360. Sed vereor ne poëtae potius quam librariorum peccatum sit. Similis locutio Phoen. 1644. Τί δ'; οὐ δικαίως ὅδε κυσὶν δοθήσεται;

1053. Malim cum Aemilio Porto, ταῦτα δοκεῖ μοι. Heathius. Recte se habet ταῦτα. Aristoph. Eccl. 658. Κἀγὼ ταύτην γνώμην ἐθέμην. Unde legendum apud Soph. Phil. 1448. Κἀγὼ γνώμην ταύτην τίθεμαι.

1054. Τὰ γὰρ ἐξ ἡμῶν. *Quod enim ad nos attinet,* Barnesius. Sic τἀπὸ σοῦ apud Soph. Oed. C. 1628. Sensus est, *Eurysthei caedes civitatem nostram piaculo non obstringet,* quae scilicet eum dimittere voluerit.

INDEX AUCTORUM.

INDEX GRAECUS.

INDEX LATINUS.

P. 87. lin. 1. leg. Τὰν
P. 103. lin. 3. leg. emendarunt

ADDENDA.

P. 49. lin. 13. leg. ἥσυχος δὲ βασιλικῶν. Monuit Elmsleius ad Bacchas p. 92.

V. 39. e MSS. corrigendum: δυοῖν γερόντοιν δὲ στρατηγεῖται φυγή· | ἐγὼ μὲν ἀμφὶ τοῖσδε καλχαίνων τέκνοις· | ἡ δ' αὖ τὸ θῆλυ παιδὸς Ἀλκμήνη γένος | ἔσωθε ναοῦ τοῦδ' ὑπηγκαλισμένη | σώζει. ELMSLEIUS ad Bacchas 1130. p. 147. sq.

V. 144. V. Elmslei. ad Bacchas 722. p. 102.

V. 212. Quum praeter 212. nullus in Heraclidis exstet senarius, qui duos pedes trisyllabos habeat, veri simile mihi videtur, poëtam scripsisse Πέλοπος παιδός. ELMSLEIUS ad Bacchas 181. p. 40.

V. 396. — 398. Elmslei. ad Bacchas 609. p. 91.

V. 481. Conf. Elmslei. ad Bacchas 477. p. 73.

V. 750. Vereor ut recte mutarim Aldinam scripturam: καὶ λαμπρόταται θεοῦ φαεσιμβροτοι αὐγαί. ELMSLEIUS ad Bacches 121. p. 32.

V. 841. οὐκ ἄνευ πόνου Elmsleius ad Bacchas 614. p. 89. calami lapsu, ut videtur.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΒΑΚΧΑΙ.

EURIPIDIS

BACCHAE.

IN USUM STUDIOSAE JUVENTUTIS

RECENSUIT ET ILLUSTRAVIT

PETRUS ELMSLEY A. M.

EDITIO AUCTIOR INDICIBUSQUE INSTRUCTA.

LIPSIAE

SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI

MDCCCXXII.

PRAEFATIO.

Euripidis Baccharum codices manu scripti neque multi ad nostram aetatem pervenerunt, neque vetusti, neque boni. Unum Romae in Vaticana, duos Florentiae in Laurentiana, totidem Lutetiae Parisiorum in Regia bibliotheca servari monet Beckius in *Recensione Codicum, Editionum atque Versionum Euripidis.* Hos omnes ipse inspexi, neque plures hodie exstare arbitror; nisi forte in minus notis Italiae bibliothecis, qualis est Classensis prope Ravennam, unde nostra memoria tantus Aristophani splendor accessit. Sed multum abest, quin quinque hujus fabulae codices re vera inter se diversos habeamus. Nam Florentinus recentior et uterque Parisiensis a Florentino antiquiore derivati sunt, salvoque archetypo nullam in constituenda scriptura auctoritatem habere debent. His igitur de numero exemtis, non nisi Romanum et unum Florentinum habemus. Quorum quum neuter integram fabulam exhibeat, Florentinus autem in v. 754. desinat, non quinque codicum, sed unius tantum et dimidii adjumento fabulam emendandam esse manifestum est.

Paucitatem codicum non compensat vetustas. Etenim tam Romanus quam Florentinus antiquior saeculo decimo quarto scriptus est, ideoque inter eos habendus, quos *recentiorum temporum* appellat Bastius Commen-

tat. Palaeogr. p. 712. Ceteri tres recentissimi sunt, utpote saeculo demum decimo sexto scripti.

Bonitatem eorum satis magnifice praedicavero, si dixero, haud paucos Aldinae recensionis errores eorum ope sublatos esse, qui nulla unquam virorum doctorum conjectura tolli potuissent. Sed longe plures sunt, iique gravissimi, in quibus scripti libri cum impressis omnino consentiant. Neque mirabor, si quis editionem meam vix quidquam ex Italiae bibliothecis profecisse lecta annotatione pronunciarit.

Codicem Romanum in annotatione ad Medeam *Rom. C.* ad Bacchas *Palatinum* appello. Non opus est ut hic repetam, quae de eo dixi in praefatione ad Medeam p. 7. 8. Sperabam ex hoc codice expletum iri magnam illam lacunam, quam post Baccharum v. 1328. primus indicavit Tyrwhittus. Sed simul ac librum aperui, spem meam fundamento carere intellexi. Unum tamen versum habet in impressis omissum, qui in mea editione est 1348*. In collatione facienda expertus sum amicitiam et industriam plane singularem Hieronymi Amatii, viri doctisimi, qui hanc provinciam ita administravit, ut etiam in minutissimis rebus, quales v. c. sunt τέ pro τε, οὐχ ὡς pro οὐχ ὥς, de codicis scriptura securum me fecerit. Alteram hujus fabulae collationem habeo, sed longe minus accuratam illa, quam mihi suppeditavit Amatius, cui gratias eo nomine maximas et habeo et ago.

Proximum locum post Palatinum obtinet *Laurentianus C.*[a] sive Laurentianus Plut. XXXII. 2. chartaceus,

a Laur. A. (XXXII. 9.) et F. (XXXI. 8.) nullam Euripidis fabulam habent: Laur. B. (XXXI. 10.) non nisi primas septem et Rhesum: Laur. E. (XXXI. 15.) non nisi Hippolytum, Medeam, Alcestin, Andromachen. Sed codices, quos Laur. A. B. C. D. E. F.

variá manu scriptus, de quo Bandinius T. II. p. 123. seq. Exstant in eo Sophoclis Ajax, Electra, Oedipus Tyrannus, Philoctetes, Antigone, Trachiniae; Hesiodi Opera et Dies; Euripidis Supplices, Pentheus sive Bacchae, Cyclops, Heraclidae, Hercules Furens, Helena, Rhesus, Ion, Iphigenia in Tauris, Iphigenia in

appello, soli sunt in ea bibliotheca, in quibus exstet ulla Aeschyli, Sophoclis aut Euripidis fabula, praeter novem illas passim obvias, singulorum scilicet poëtarum primas tres. Laur. B. plerumque consentit cum Florentino Vossii, de quo haec dixit Valckenarius Diatrib. p. 16. *Ex* Euripidis *Pentheo quae pauca citantur, leguntur in ejus Bacchabus, quae tragoedia in eximio Codice Florentino* Euripidis *Πενθεὺς inscribitur, ut in eodem Codice* Euripidis *Hippolyto praefigitur Φαίδρα: huc spectabat* Is. Vossius *ad* Catull. *p.* 221, *cujus industriae debetur ad istum Codicem* Euripidis *aliquot dramatum instituta accuratissima collatio, quam Bibliotheca praebet Leidensis.* De ea collatione a me consultus Burgesius, qui eam Leidae diligenter inspexerat, in margine ed. Canterianae scriptam esse respondit, pertinere vero ad eam fabularum ἐννεάδα, quam in praefatione ad Medeam p. 8. indicassem, primas septem scilicet cum Troasin et Rheso; nisi quod semel ad Bacchas, semel etiam ad Cyclopem codicis mentio facta esset: quae ad Bacchas monuisset collator, hujusmodi esse: *In codice inscribitur Πενθεύς.* Specimen collationis satis amplum dedit Valckenarius in Hippolyti editione, in qua quidquid ut observatione indignum in annotatione praetermiserat, in calce libri seorsum descriptum lectoribus proposuit. Cujus variae lectionis instituta comparatione cum Laurentiano B. eum reperi etiam in levissimis erroribus consensum, qui non nisi in duabus ejusdem codicis collationibus reperiri solet. Sed Vossianum codicem a Laur. B. diversum fuisse multis argumentis ostendi potest. In Laur. B. non exstant Troades, nedum Bacchae et Cyclops. In Vossiano haud dubie fuerunt Troades, fortasse etiam Bacchae et Cyclops. In Laur B. legitur integra Medea, Rhesus usque ad v. 714. χρυφαῖος ἐν πέπλοις. In Vossiani collatione ad initium Medeae scriptum monet Burgesius: *Desunt priora aliquot folia hujus tragoediae:* ad Rhesi v. 606. *Reliqua hujus tragoediae desunt in eo Codice, quem contuli.* Versus complures, quos propter ὁμοιοτέλευτον in Vossiano omissos monet Valckenarius ad Phoen. 363. omnes leguntur in Laur. B. Neque hic tam plenus errorum est, quam ille fuisse videtur, licet plerumque mirifice consentiant. Neque in quorum manibus codicem Florentiae repererit Vossius, neque quo Florentia avolarit, hodie statui potest. Mihi tamen arridet Burgesii suspicio, Vossianum codicem eum ipsum esse, quem in Aug. Matthiae usum Hafniae contulit B. G. Niebuhrius. Scimus enim Fridericum IV. Daniae regem anno MDCCIX. aliquamdiu Florentiae commoratum esse. Cui ipsi, vel comitum ejus aut aulicorum cuipiam, codicum Graecorum coëmendorum si voluntas adfuit, occasionem certe non defuisse illis temporibus arbitror. Brevi, ut spero, Burgesii suspicionem aut diluet aut confirmabit Aug. Matthiae diu exspectata ad Euripidem annotatio.

Aulide [b], Phaedra sive Hippolytus, Medea, Alcestis, Andromache, Electra, Hecuba, Electra sive Orestes, Phoenissae; Aeschyli Prometheus, Septem ad Thebas, Persae. Nulla deest in eo Euripidis fabula praeter Troadas. Sed Bacchas longe minus integras habet quam Palatinus et impressi. Desinunt enim, ut jam monui, in v. 754. ὁπόσα δ' ἐπ' ὤμοις ἔθεσαν, οὐ δεσμῶν ὕπο. Qui versus in penultima fabulae pagina scriptus est, ultima omnino vacua relicta. Unde certissime constat, reliqua omnia, quae in impressis leguntur, in hoc codice nunquam exstitisse, sive quod librum mutilum describendum sumserit librarius, sive quod ad describendi laborem in media fabula ob aliquam caussam interruptum nunquam reversus sit. Magnopere sane dolendum est, integras Bacchas in codice Laurentiano non exstare. Nam in priore fabulae parte longe plures bonae lectiones in eo quam in Palatino reperiuntur. Correctorem passus est Laurentianus, qui non ex ingenio, ut mihi quidem videtur, sed ex alio libro multa mutavit, plerumque quidem recte, interdum vero secus. Prima scriptura longe propius ad Palatini scripturam accedit quam ea, quae in ejus locum reposita est. Exempla vide ad vv. 55. 67. 115. 138. 407. 421. 430. 503.

E Laurentiano C. derivati sunt Laurentianus D. et Parisienses E. G. quos vix in numero codicum habendos esse supra monui. Quod ne temere statuisse videar, aliquid de singulis dicendum est.

LAUR. D. sive Laurentianus Plut. XXXI. 1. de

b Rhesus, Ion et utraque Iphigenia ab eadem manu scriptae sunt: ceterae omnes, ni fallor, a diversa, eaque minus nitida et accurata. Illas quatuor tragoedias eodem ordine habere cod. Palatinum monui in praefatione ad Medeam.

quo Bandinius T. II. p. 73. seq. Apographum est Laurentiani C. recentissimum et pessimum, utpote ab homine valde imperito exaratum[c]. Desinit prima scriptura in v. 750. *ὕδίας τ' ἐρυθραῖς θ' αἳ κιθαιρῶνος λέπας* (sic). Qui versus quum paginam plenam faceret, nec nisi quatuor hujus fabulae versus in archetypo superessent, eos neglexit scriba, nec novam paginam inchoare operae pretium duxit. Longo post tempore alius scriba fabulam ex Aldina editione explevit. Cujus scripturam ea diligentia imitatus est, ut *ῥᾶν* pro *ὁρᾶν* v. 1173. ceterosque typographi errores retinuerit.

PAR. E. Parisiensis Bibliothecae Regiae 2887.[d] a Musgravio collatus, postea vero in Bacchis accuratius a Brunckio[e]. Nitide sed non accurate scriptus est,

c En pauca specimina. Scripsit *γρίας* pro *γύας* vel *γυίας* v. 13. *κτανῆ* pro *κτανεῖν* v. 30. *ἰκοῦσι* pro *οἰκοῦσι* v. 33. *ἀναμεμιγμαίναι* pro *ἀναμεμιγμέναι* v. 37. *σεμέλεις* pro *σεμέλης* et *οἶπερ* pro *ὕπερ* v. 41. *κεθεῖ* pro *πενθεῖ* v. 44. *τοῦδ' ἀμῶς* pro *τ' οὐδαμῶς* v. 46. *μεταστήσο* pro *μεταστήσω* v. 49. *μαινάσοι* pro *μαινάσι* v. 52. *μετέβαλα* pro *μετέβαλον* v. 54. *πύμπανα* pro *τύμπανα* v. 59. *πενθέους* et *ὀρεῖ* pro *πενθέως* et *ὀρᾷ* v. 61. *εὐαβομένα* pro *εὐαζομένα* v. 67. *ἀναδϊόνυσσον* pro *αἰεὶ διόνυσσον* v. 72.

d Tres hujus bibliothecae codices 2886. 2887. 2888. eadem manu scripti pro uno codice in tres partes diviso habendi sunt. Exstant in eo omnes Graecorum tragicorum fabulae hodie superstites, praeter Aeschyli Agamemnonem et Choëphoros, Sophoclis Ajacem, Electram et Oedipum Tyrannum, Euripidis Troadas. A Brunckio in Sophoclis editione omnino neglectum hunc codicem miror. Fuit olim Nicolai Ridolphi Cardinalis, Leonis X. P. R. sororis filii, cui dono datum a Jano Lascari ostendit epigramma, quod in annotatione mea ad v. 754. legere licet. Quisnam fuerit ille Ridolphus, cui tam praeclarum oblatum donum, ignorare se fatetur Brunckius in praefatione ad quatuor Euripidis Tragoedias A. D. MDCCLXXX. editas. Satis de eo dictum in praefatione ad Catalogum Librorum Impressorum Bibliothecae Regiae Parisiensis p. xix.

e Codicum Parisiensium collatio, quae cum aliis quibusdam Musgravii scriptis Academiae Oxoniensis aere redemtis in tabulario Typographei Clarendoniani servatur, ostendit eum non talem diligentiam huic labori adhibuisse, qualem eum oportebat, qui novam Euripidis editionem adornandam suscepisset. Non Aldinam editionem, quae tunc temporis neque rara erat, et parvi constabat, sed Genevensem Pauli Stephani mendis typographicis refertam cum MSS. contulit. Accentuum, quos qui neglexerit, nemo unquam rem bene gessit, nullam omnino ratio-

longe tamen accuratius Laurentiano D. Licet e Laurentiano C. aut descriptus aut saltem derivatus sit, librarius haud pauca ex oscitatione mutavit, nonnulla quoque, ni fallor, suo judicio usus [f].

PAR. G. Parisiensis Regiae Bibliothecae 2817. cui convenirent omnia quae de Par. E. dixi, nisi eum nitide scriptum esse monuissem. Ab hac enim laude longissime abest Par. G. qui neque inter bonos neque inter pulchros codices habendus est.

Parisienses E. G. e Laurentiano C. derivatos esse certissimo hoc argumento mihi constare videtur, quod quum omnes in eodem versu desinant, non eam scripturam exhibent Parisienses, quam a prima manu habuit Laurentianus, sed eam, quae in illo a correctore reposita est. Si primam Laurentiani C. scripturam exhiberent Parisienses, magnus dubitandi locus esset, utrum hi ab illo, an et hi et ille ab antiquiore quodam codice, qui in eodem fabulae versu desineret, nec jam exstaret, derivati essent. At primam Laurentiani scripturam, quae ex archetypo codice haud dubie orta

nem habuit. Unde in errores incidit, quorum unum indicatum vide ad v. 107.

f Scripsit v. c. τἀντεῦθεν pro τἀνθένδε v. 49. τοῖς χοροῖς pro καὶ χοροῖς v. 148. ἔκδημος ὢν pro ἔκδημος ὢν μὲν v. 215. ἦν ἄξια pro ἔστ' ἄξια v. 246. ἐῤῥάφη pro ἐνεῤῥάφη v. 286. διὸς pro πυρὸς v. 288. οὔκουν pro οὔτ' v. 327. τὰν βροτῶν pro τὰ βροτῶν v. 392. λέξον pro μοι λέξον v. 460. λόγοι pro νόμοι v. 484. εὗροι pro ἐξεύροι v. 488. ἐκάλεσε δ' εὔιον pro ἐκάλεσεν εὔιον v. 579. ὁ βάκχος pro ὁ βάκχος δῶμα v. 623. τί ποτ' ἂν pro τί ποτ' ἄρ' v. 639. προσώπιος pro προνώπιος v. 644. λόγου pro λόγον v. 668. εὗρον pro εὗδον v. 682. ἐλύετο pro ἐλέλυτο v. 696. τοῦτον pro τὸν νῦν v. 711. πλάνη pro πλάνης v. 716. δ' εἰς κέρας pro κεἰς κέρας v. 742. Parisiensis alter βροτοῖς pro θνητοῖς v. 42. παύσει pro παύει v. 280. λόγχαις pro λόγχης v. 304. νεανίδαι pro οὐρανίδαι v. 392. εὐαίων pro εὐαίωνα v. 426. πενθέα pro πενθέως v. 442. ἀνθρωπίνης pro θνητῆς v. 448. ἀγρίου pro ἀγρίους v. 699. καινῶν pro κοινῶν v. 714. Hoc καινῶν, quod admisit Musgravius, merum librarii errorem esse ostendit Laur. C. qui κοινῶν ut vulgo. Eodem argumento rejiciendum ἦν ἄξια v. 246. aliaque nonnulla, quae pro veris haberi possent, si non amplius exstaret Laur. C.

est, non exhibent Parisienses, sed secundam a correctore profectam. Non igitur ab archetypo illo descripti sunt Parisienses, neque ab alio ejus apographo descripti aut derivati, sed ab ipso Laurentiano a correctore jam emendato.

Eodem argumento Laurentianum D. ex C. originem traxisse statuendum est, licet librarius quatuor versus, quos addere potuisset, prorsus omiserit. Caussam omissionis supra indicavi.

Quid factum sit codice, quo usus est Aldus, hodie penitus ignoratur. Neque duo Stephani codices, quos in itinere Italico inspexisse se ait, quisquam praeter eum unquam vidisse videtur. Sed recte, opinor, de iis statuit Brunckius ad v. suae ed. 231. nostrae 235. In librorum deperditorum numero habendus est etiam MS. Cottonianus, de quo vide praefationem ad Med. p. 9.[g] De Florentino Vossii supra satis dictum est.

Haec fere habui, quae de scriptis libris dicerem. Quae licet maximam partem potius ad universas Euripidis fabulas quam ad hanc vel illam pertinerent; malui tamen in praefatione ad Bacchas proferre, quam omnino indicta relinquere.

Longe pauciora de impressis dicenda habeo. E sex editionibus, quas *veteres* appellare soleo, scilicet Aldina, tribus Hervagianis, Brubachiana et Stibliniana, maximi post Aldinam momenti est Hervagiana secunda, quae A. D. MDXLIV. in lucem prodiit. In ea enim

g Ex eo Barnesius ad titulum fabulae: *in Florentino tamen codice inscribitur Pentheus. MS. Cotton.* Ad v. 209. *MS. Cotton.* δίχα ὀνθμῶν. Ad v. 281. *Siccis omnia nam dare Deus proposuit. Horat. MS. Cotton. huc applicat.* Ad v. 1266. *Alludit ad Caliginem Homericam Iliad. E. v. 127. Vid. Simplicium in Epictet.* 10. *MS. Cotton.* Haec nec plura ad Bacchas.

multos superiorum editionum errores viri cujusdam docti ope sublatos haud injuria praedicat typographus. In annotatione relegenda video me semel iterumque hujus beneficii auctorem nominasse Jo. Brodaeum, cujus in undecim fabulas annotatio ex eadem officina typographica A. D. MDLXI publici juris facta, sed diu ante conscripta, haud exiguam earum lectionum partem exhibet, quas in Aldinarum locum repositas habet Hervagiana secunda. Quarum haud scio an nulla melior sit ea, quae nunc legitur v. 950. Tales conjecturae licet aliis praeter Brodaeum in mentem venire potuissent, non cuivis certe occurrere solent, adeo ut longe veri similius mihi videatur, ab ipso Brodaeo eas cum typographo Basiliensi communicatas esse [h].

Editionem hujus fabulae promiserat vir ingenio, doctrina et Graecarum literarum amore vix cuiquam secundus, Georgius Burgesius, qui in Troadum editione, quam paene puer instituit, talem de se spem excitavit, qualem, mea sententia, nemo ante eum huic studiorum generi addictus adolescentulus. Is si in Baccharum edendarum proposito perstitisset, ego manum

h En ipsa Oporini verba ex epistola nuncupatoria ad Sebastianum et Amandum Truchsesios: *officii ego mei esse praecipue duxi, ut quae prioribus aliquot aliorum editionibus depravata in eo loca erant, neque pauca certe illa, neque parvi momenti quaedam, pro virili quidem parte mea, quantum saltem ad urgentia praela licebat, emendarem, et in reliquis eruditi cujusdam viri (quem nominare ob singularem ejus modestiam non licet) exemplar castigatissimum, in hunc ipsum nobis usum concessum sedulo imitarer.* Exemplar, quod operis suis tradidit Oporinus, Hervagianae primae fuisse ostendunt errores plurimi et gravissimi utrique editioni communes, neque ex Aldina derivati. Brodaeum quidem Aldina editione usum esse multis argumentis constat. Quorum unum est, quod hujus fabulae v. 585. legendum monet ἀνὰ πόλιν, quae ipsa Hervagianae primae scriptura est. Sed Brodaei correctiones e margine Aldinae in marginem Hervagianae primae transcriptas habuisse videtur Oporinus, fere ut Magii lectiones, de quibus in praefatione ad Medeam egi, ex Hervagiana prima in secundam transcripsit Scaliger.

abstinuissem, et ad alium aliquem laborem literarium me contulissem. Sed constituto fabulae textu non ultra processit Burgesius, neque adhuc, ut ab ipso audio, quidquam annotationis scriptum habet. Textus sui inspiciendi copiam mihi fecit vir amicissimus. Multa in eo optime constituta reperi. Sed pruritum illum corrigendi, etiam ubi omnia integerrima sunt, quem in me reprehendit Hermannus, ego quoque nequeo non reprehendere in Burgesio.

His igitur subsidiis aliisque quibusdam instructus, editionem Euripidis Baccharum paravi superioribus aliquanto fortasse meliorem. Licet enim hac laude cumulare libellum, in quo concinnando plus temporis consumsi, quam quisquam alius eorum, qui eidem negotio operam dederunt. Sed multum abest, quin studio aut exspectationi meae responderit eventus: neque ullum unquam in hoc genere laborem aggressus sum, qui minus prospere mihi cessisse videatur. Est enim haec fabula plena difficultatum, quae meam et emendandi et explicandi facultatem longe superant. Meliora fortasse propediem dabunt alii. Etenim haec aetas feracissima est excellentium ingeniorum philologiae studiis deditorum.

Pergratum mihi fuisset, si veterum scriptorum loca, in quibus aliquid ex hac fabula allegassent, aut imitati essent, aut alio quopiam modo usurpassent, omnia indicare potuissem. Nullum enim annotationis genus est, quod majorem fructum lectoribus afferat. Sed tantum et temporis et laboris uni Euripidis tragoediae impendere non licuit. Quotquot a Musgravio aliisque prolata repereram, diligenter exhibui, nonnulla quoque de meo addidi. In hac re maximo sane adjumento mihi fuit Valckenarius, qui in exemplo editio-

nis Pauli Stephani, quod in Bibliotheca Academiae Leidensis hodie servatur, multa et veterum et recentiorum scriptorum testimonia ad hanc fabulam spectantia congesserat, vel potius breviter indicaverat. Valckenarii annotationem in adversariis suis descriptam mecum communicavit Gaisfordius. Pertinet ad vv. 32. 33. 38. 66. 124. 139. 193. 204. 236. 250. 266. 268. 314. 317. 385. 425. 456. 470. 472. 486. 492. 499. 503. 508. 600. 643. 644. 646. 677. 679. 683. 693. 704. 708. 710. 723. 742. 761. 770. 834. 916. 918. 1127. 1132. 1168. 1234.

Addidi collationem Aldinae editionis similem ei, quae ipsis poëtae verbis in Heraclidarum et Medeae editionibus subjecta legitur.

Librum claudit Euripidis Vita ex codice Mediolanensi nunc primum edita. Quae licet neque copiosa sit, neque multa de poëta nostro nondum vulgo nota habeat, digna tamen mihi visa est, quae ex Ambrosianae bibliothecae tenebris erueretur.

Dabam Oxonii, Kal. Mart. A. D. M.D.CCC.XXI.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΒΑΚΧΑΙ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΒΑΚΧΩΝ[a].

Διόνυσον οἱ προσήκοντες οὐκ ἔφασαν εἶναι θεόν· ὁ δὲ αὐτοῖς τιμωρίαν ἐπέστησε τὴν πρέπουσαν. ἐμμανεῖς γὰρ ἐποίησε τὰς τῶν Θηβαίων γυναῖκας· ὧν αἱ τοῦ Κάδμου θυγατέρες ἀφηγούμεναι, τοὺς θιάσους εἰσῆγον ἐπὶ τὸν Κιθαιρῶνα. Πενθεὺς δὲ ὁ τῆς Ἀγαυῆς παῖς, παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, ἐδυσφόρει τοῖς γινομένοις. καί τινας μὲν τῶν Βακχῶν συλλαβὼν ἔδησεν, ἐπ᾽ αὐτὸν δὲ τὸν θεὸν ἀγγέλους ἀπέστειλεν. οἱ δὲ ἑκόντος αὐτοῦ κυριεύσαντες, ἦγον πρὸς τὸν Πενθέα. κἀκεῖνος ἐκέλευσεν δήσαντας αὐτὸν ἔνδον φυλάττειν, οὐ λέγων μόνον ὅτι θεὸς οὐκ ἔστι Διόνυσος, ἀλλὰ καὶ πράττειν πάντα, ὡς κατ᾽ ἄνθρωπον τολμῶν. ὁ δὲ σεισμὸν ποιήσας, κατέστρεψε τὰ βασίλεια. ἀγαγὼν δὲ εἰς Κιθαιρῶνα, ἔπεισε τὸν Πενθέα κατόπτην γενέσθαι τῶν γυναικῶν, λαμβάνοντα γυναικὸς ἐσθῆτα. αἱ δ᾽ αὐτὸν διέσπασαν, τῆς μητρὸς Ἀγαυῆς καταρξαμένης. Κάδμος δὲ τὸ γεγονὸς καταισθόμενος, τὰ διασπασθέντα μέλη συναγαγὼν, τελευταῖον τὸ πρόσωπον ἐν ταῖς τῆς τεκούσης ἐφώρασεν χερσίν. Διόνυσος δὲ ἐπιφανεὶς μὲν πᾶσι παρήγγειλεν, ἑκάστῳ δὲ ἃ συμβήσεται διεσάφησεν ἔργοις, ἵνα μὴ λόγοις ὑπό τινος τῶν ἐκτὸς ὡς ἄνθρωπος καταφρονηθῇ.

a Hoc argumentum nunc primum typis descriptum prodit ex cod. Palatino, qui θράσους habet pro θιάσους v. 4. παραβὼν pro παραλαβὼν v. 5. ἄλλως pro ἀγγέλους v. 8. κιθερῶνα pro κιθαιρῶνα v. 13. Legendum quoque videtur πράττει pro πράττειν v. 11. quamquam ne sic quidem locum satis emendatum puto. Postrema verba Διόνυσος δὲ ἐπιφανεὶς κ. τ. ἑ. haud dubie corrupta sunt. Vide an scribendum: Διόνυσος δὲ ἐπιφανεὶς, τὰ μὲν πᾶσι παρήγγειλεν, ἑκάστῳ δὲ ἃ συμβήσεται διεσάφησεν, ἵνα μὴ ἔργοις ἢ λόγοις κ. τ. ἑ.

ΑΛΛΩΣ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ[b].

Διόνυσος ἀποθεωθεὶς, μὴ βουλομένου Πενθέως τὰ ὄργια αὐτοῦ ἀναλαμβάνειν, εἰς μανίαν ἀγαγὼν τὰς τῆς μητρὸς ἀδελφὰς, ἠνάγκασε Πενθέα διασπάσαι. ἡ μυθοποιΐα κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ[c].

b Aldus ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΒΑΚΧΩΝ. Cod. Pal. *ἀριστοφάνους γραμματικοῦ ὑπόθεσις*. Idem *διασπασθῆναι* pro *διασπάσαι*, cetera ut Aldus. A Laur. hoc argumentum omnino abest. Apud Barnesium haec ejus loco leguntur: *Διόνυσος ἀποθεωθεὶς, μηδὲ βουλομένου Πενθέως τὰ Ὄργια αὐτοῦ ἀναλαμβάνειν, εἰς μανίαν ἀγαγὼν τὰς τῆς Μητρὸς ἀδελφὰς, Σεμέλης λέγω, ἠνάγκασεν αὐτὰς τὸν Πενθέα διασπάσασθαι. Ἡ μυθοποιΐα κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ· Τὸ ὄνομα μόνον μεταπεποίηται Εὐριπίδῃ· Ὁ χορὸς μὲν συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν Βακχῶν. Ἡ δὲ σκηνὴ τοῦ Δράματος ἐν τῇ Θηβαΐδι.* Ita Barnesius quod in edd. superioribus repererat, ex ingenio amplificavit. Sequuntur eum Musgravius, Brunckius et Matthiae, nisi quod paullo propius ad Aldinam accedunt. Quum personam veteris grammatici induere statuisset Barnesius, recte fecisset, si nonnihil de aetate fabulae addidisset: quale est illud in argumento Medeae: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα.* Proximo post mortuum Euripidem anno, Olympiadis scilicet XCIII. quarto, hanc fabulam actam statuit Musgravius. Sed nihil tale tradit, quem hujus sententiae auctorem attulit Musgravius, scholiastes Aristophanis ad Ran. 67 cujus verba sunt: *οὕτω δὲ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου, τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας.* Non dicit grammaticus, utrum patre nuper mortuo, an aliquot annis elapsis, has tres tragoedias docuerit Euripides minor. Quamquam erunt fortasse qui putent, grammaticum potius *τετελευτηκότος* quam *τελευτήσαντος* dicturum fuisse, si de longo temporis intervallo loquutus esset. Ita enim loquitur scriptor argumenti in Oedipum Coloneum: *Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς ἐδίδαξεν, υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος, ὅς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου, ἐφ' οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι.* Sed vix tanti est haec quaestio, cui tot verba impendantur. Hoc saltem certum videtur, Euripidem sub extremum vitae tempus Bacchas scripsisse, idque in Macedonia, cujus regionis bis eam mentionem facit, ut ostendat se populo Macedonico placere voluisse. Vide ad vv. 407. 565. Numeri Baccharum tales sunt, quales in ultimis Euripidem fabulis usurpasse docuit Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 115. In Bacchis v. c. [illegible] plus minus quinquaginta primum pedem anapaestum habet: in Medea vero sex.

c Ex Aeschyli Pentheo nihil apud Stanleium aut Butlerum exstat, praeter unum versum a Galeno servatum, *μηδ' αἵματος πέμφιγα πρὸς πέδῳ βάλῃς.* De quo videndus Bentleius Ep. ad Mill. p. 51. Penthei mentionem facit Aeschylus Eum. 24. *Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον. οὐδ' ἀμνημονῶ, | ἐξ οὗ τε Βάκχαις ἐστρατήγησεν θεὸς, | λαγὼ δίκην Πενθεῖ καταῤῥάψας μόρον.* Ubi haec annotavit scholiastes: *νῦν φησὶν ἐν Παρνασσῷ εἶναι τὰ κατὰ Πενθέα· ἐν δὲ ταῖς Ξαντρίαις, ἐν Κιθαιρῶνι.* Penthei mors etiam Aeschyli Xantriarum argumentum fuit. Suidas v. *Ὀκτώπουν: ἐν δὲ*

ταῖς Αἰσχύλου Ξαντρίαις, ἡ Λύσσα ἐπιθειάζουσα ταῖς Βάκχαις φησίν· Ἐκ ποδῶν δ' ἄνω | ὑπέρχεται σπαραγμὸς εἰς ἄκρον κάρα, | κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω. Ad Xantrias alludit Philostratus Icon. I. p. 790. αἱ δὲ καὶ ξαίνουσι τὸ θήραμα, μήτηρ ἐκείνη, καὶ ἀδελφαὶ μητρὸς, αἱ μὲν ἀποῤῥηγνῦσαι τὰς χεῖρας, ἡ δὲ ἐπισπῶσα τὸν υἱὸν τῆς χαίτης. Cujus testimonium neglexerunt, qui Aeschyli fragmenta collegerunt. Nisi erravit Catalogi scriptor, diversae ab Aeschyli Pentheo fuerunt ejus Bacchae. Pro eo quod vulgo legitur, Βάκχαι, Βασσάραι, nescio an legendum, Βάκχαι ἢ Βασσαρίδες. Suspicatur Valckenarius Diatrib. p. 16. Aeschylei Penthei verum fuisse titulum Πενθεὺς ἢ Βάκχαι. Quae conjectura idoneo fundamento carere mihi videtur. Ut Aeschyli et Euripidis Ἱκέτιδας nihil commune praeter nomen habent, ita eorum Bacchae argumenta longe diversa habere potuerunt. Ante Aeschylum, Pentheum docuit Thespis; post eum, Sophoclis filius Iophon, qui et Bacchas docuit, nisi potius apud Suidam v. Ἰοφῶν legendum cum Valckenario Βάκχαι ἢ Πενθεύς. Chaeremonem addunt Fabricius Bibl. Gr. T. I. p. 673. (T. II. p. 292.) et Valckenarius. Sed apud Suidam et Athenaeum, quos auctores allegat Fabricius, nullam Chaeremonis Penthei mentionem offendi. De versu qui in ea fabula fuisse creditur, conjecturam meam dabo ad v. 508. Fuerunt etiam Xenoclis Bacchae, quas Olympiadis XCI. anno primo actas tradit Aelianus Var. Hist. II. 8. eodem scilicet quo Euripidis Troadas. Nec de his dissentit, ut putavit Musgravius, scholiastes ad Aristophanis Vesp. 1317. E comicorum numero Bacchas docuerunt Epicharmus, Diocles, Lysippus, Antiphanes, Epigenes, in quorum fragmentis nihil ex Euripidis Bacchis παρῳδημένον reperi. Hanc fabulam Latine reddidit L. Attius, quem in animo habuisse suspicor Servium ad Aeneid. IV. 469. cujus verba sunt: *Pentheus autem, secundum tragoediam Pacuvii, etiam ipse furuit.* De Neronis Bacchis videndus Casaubonus ad Persii Sat. I. 99. seqq.

ΕΚ ΤΗΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ[a].

Διόνυσος διελθὼν Θρᾴκην καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἅπασαν, στήλας ἐκεῖ στήσας, ἧκεν εἰς Θήβας, καὶ τὰς γυναῖκας ἠνάγκασε καταλιπούσας τὰς οἰκίας βακχεύειν ἐν τῷ Κιθαιρῶνι. Πενθεὺς δὲ γεννηθεὶς ἐξ Ἀγαυῆς Ἐχίονι, παρὰ Κάδμου εἰληφὼς τὴν βασιλείαν, διεκώλυε ταῦτα γίνεσθαι. καὶ παραγενόμενος εἰς Κιθαιρῶνα τῶν Βακχῶν κατάσκοπος, ὑπὸ τῆς μητρὸς Ἀγαυῆς κατὰ μανίαν ἐμελείσθη. ἐνόμισε γὰρ αὐτὸν θηρίον εἶναι. δείξας δὲ Θηβαίοις ὅτι θεός ἐστιν, ἧκεν εἰς Ἄργος. κἀκεῖ πάλιν οὐ τιμώντων αὐτὸν, ἐξέμηνε τὰς γυναῖκας. αἱ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι τοὺς ἐπιμαστιδίους ἔχουσαι παῖδας, τὰς σάρκας αὐτῶν ἐσιτοῦντο.

a Hoc argumentum addidi ex Apollodoro III. 5, 2. Alterum versibus politicis, quorum primus est, Τῷ Κάδμῳ πέντε γίνονται παῖδες ἐξ Ἁρμονίας, scripsit Joannes Tzetzes Chil. VI. 562—599. Plura

de Penthei interitu Theocritus Idyll. XXVI. Philostratus Icon. I. 18. p. 790. Oppianus Cyneget. IV. 228—317. Nonnus Dionysiac. XLIV. XLV. XLVI. et e Latinis Ovidius Metamorph. III. 511—733. Hyginus Fab. 184. Quorum plerique Euripidem ante oculos habuerunt, Nonnus totam fere tragoediam in usus suos convertit.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

Διόνυσος. Χορὸς Βακχῶν. Τειρεσίας. Κάδμος. Πενθεύς. Θεράπων. Ἄγγελος. Ἕτερος ἄγγελος. Ἀγαυή. Προλογίζει δὲ ὁ Διόνυσος.

e Personarum nomina hoc ordine vulgo leguntur: *Διόνυσος. Πενθεύς. Χορὸς Βακχῶν* (Laur. χορός). *Θεράπων. Τειρεσίας. Ἄγγελος. Κάδμος. Ἕτερος ἄγγελος. Γυνή* (Pal. *καὶ γυνή*). Addit Laur. *Διόνυσος ὁ προλογίζων.* Vetus index a grammaticis confectus talis fuisse mihi videtur:

Διόνυσος. *Πενθεύς.*
Χορὸς Βακχῶν. *Θεράπων.*
Τειρεσίας. *Ἄγγελος.*
Κάδμος. *Ἕτερος ἄγγελος.*
- - - - *Γυνή.*

Qui ordo ambiguus est, quippe de quo dubitari possit, utrum Penthei e. g. nomen secundum an quintum locum obtineat. Priorem rationem male sequutus est librarius codicis, cujus apographis hodie utimur. Alteram recte restituit Brunckius. Tiresiae in hac fabula nullum futurum fuisse locum, si temporum rationes diligentius attendisset poëta, ipsi monuerunt veteres. Agatharchides apud Photium p. 1332. *οὐδ' Εὐριπίδου κατηγορῶ, τῷ μὲν Ἀρχελάῳ περιτεθεικότος τὰς Τημένου πράξεις, τὸν δὲ Τειρεσίαν βεβιωκότα παρεισάγοντος πέντε γενεῶν πλέον.* Ceterum a Musgraviana abest Cadmi nomen typographi incuria omissum.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΒΑΚΧΑΙ.

Ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίων χθόνα
Διόνυσος, ὃν τίκτει ποθ' ἡ Κάδμου κόρη
Σεμέλη, λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί.
μορφὴν δ' ἀμείψας ἐκ θεοῦ βροτησίαν,
πάρειμι Δίρκης νάματ', Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ.
ὁρῶ δὲ μητρὸς μνῆμα τῆς κεραυνίας

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΒΑΚΧΑΙ.] Sic MS. Palatinus. Sed Laurentianus C. omnesque ab eo derivati, ni fallor, *Εὐριπίδου Πενθεύς*. [Victorius ad Aristotelis Rhet. II. 23, 29. *Apud Euripidem etiam Pentheo, quae falso in excusis inscribitur Bacchae, etc. Ex Addendis.*] Is. Vossius ad Catullum p. 221. *Euripides in Bacchis, seu in Pentheo, sic enim in libris antiquis ista inscribitur tragoedia.* Libri isti antiqui haud dubie sunt codex ille, quem Vossianum appellare solemus. Nonnihil de eo dixi in praefatione. Hanc fabulam sub Penthei nomine bis a Stobaeo citari monet Piersonus Verisim. p. 120. Loca indicabo ad vv. 268. 314. Nonnulli, in quibus est Matthiae, duplici nomine fabulam sive a poëta sive a grammaticis insignitam putant, nempe *Πενθεὺς ἢ Βάκχαι*. Conferunt Sophoclearum fabularum nomina, *Ἀκρίσιος ἢ Λαρισσαῖοι*, *Ἀτρεὺς ἢ Μυκηναῖαι*, *Μέμνων ἢ Αἰθίοπες*, alia multa. Sed haud scio an nulla Euripidis tragoedia duo nomina habuerit. Nec quisquam veterum ejus Penthei mentionem fecisse videtur. Bacchas hanc fabulam appellant Strabo, Plutarchus, Athenaeus, ut alios omittam. Qui eam Pentheum appellat codex Laurentianus, etiam Euripidis Hippolytum appellat Phaedram. Contra fuisse videntur, qui Sophoclis Phaedram appellarent Hippolytum. Simili errore Euripidei Orestis titulus est in multis libris *Εὐριπίδου Ἠλέκτρα*. In Baccharum nomine mutando eo facilior fuit error, quod Aeschyli tragoedia Pentheus dicta est.

1. Confer Hecubae et Troadum prologos, qui a verbo *ἥκω* incipiunt.

[1. Scholiastes Hephaestionis c. 6. p. 87=170. *τήνδε Θηβαίαν χθόνα*, nescio an rectius. Ita *τῆσδε Θηβαίας χθονὸς* vv. 659. 1041. *Θηβαίας χθονὸς* vv. 959. 1200. Libentius *Θηβαίαν χθόνα* quam *Θηβαίων χθόνα*, *Θηβαίων πόλιν* quam *Θηβαίαν πόλιν* dixisse videtur Euripides. *Ex Addendis.*]

[3. *Λοχευθεῖσα πυρὶ* pro *ὑπὸ πυρός*. Sic *Προμαθεῖ Τιτᾶνι λοχευθεῖσαν* Ion. 455. *Ex Addendis.*]

[5. Noster Cycl. 95. *πόθεν πάρεισι Σικελὸν Αἰτναῖον πάγον*. Ibid,

τόδ' ἐγγὺς οἴκων, καὶ δόμων ἐρείπια
† τυφόμενα, Δίου τε πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα,
ἀθάνατον Ἥρας, μητέρ' εἰς ἐμὴν, ὕβριν.
αἰνῶ δὲ Κάδμον, ἄβατον ὃς πέδον τόδε
τίθησι, θυγατρὸς σηκόν. ἀμπέλου δέ νιν
πέριξ ἐγὼ 'κάλυψα βοτρυώδει χλόῃ.
λιπὼν δὲ Λυδῶν [1] *τὰς πολυχρύσους γύας,* 1 τοὺς

106. *Πόθεν Σικελίαν τήνδε ναυστολῶν πάρει. Ex Addendis.*]

[7. Ita distinguunt omnes ante Brunckium: *τόδ', ἐγγὺς οἴκων.* Conjungenda sunt *τόδ' ἐγγύς.* Ita noster v. 777. *Ἤδη τόδ' ἐγγὺς ὥστε πῦρ ἐφάπτεται* | *ὕβρισμα Βακχῶν.* Or. 1626. *Φοῖβός σ' ὁ Λητοῦς παῖς ὅδ' ἐγγὺς ὢν καλεῖ. Ex Addendis.*]

8. Aldus: *τυφόμενα, δίου τε πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα.* Nec variare credo MSS. nisi quod Pal. Laur. ceterique fortasse omnes *τὲ* cum accentu scriptum habent. Barnesius hanc particulam, quae sententiae necessaria est, clam omisit. Revocavit eam Musgravius, vel potius a Barnesio omissam esse nescivit. Aug. vero Matthiae *Δίου τ' ἔτι πυρὸς* dedit ex conjectura Porsoni ad Or. 499. Cujus verba sunt: *Mutatus est verborum ordo ab aliquo, qui vocem ἔτι a verbo, ad quod pertinebat, disjunctam ferre non potuit. Sed ita in hac fabula* 416. [422.] *ἔτι πυρὰ θερμὴ τάφου.* Meliori exemplo uti non poterat. Sed maxime observatu digna est alia scriptura, quam suppeditat Plutarchus Solone p. 79. A. a Porsono indicatus Adversar. p. 264. *ὅθεν ὕστερον (ὡς ἔοικεν) εἰς διαφορὰν αὐτῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ καταστάντων, οὐδὲν ἤνεγκεν ἡ ἔχθρα σκληρὸν οὐδ' ἄγριον πάθος, ἀλλὰ παρέμεινεν ἐκεῖνα τὰ δίκαια ταῖς ψυχαῖς, καὶ παρεφύλαξε τυφομένην ἀδροῦ πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα τὴν ἐρωτικὴν μνήμην καὶ χάριν.* Loquitur de Solone et Pisistrato. Plutarchus igitur legisse videtur: *τυφόμεν', ἀδροῦ τὲ πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα.* Quae scriptura non nisi una literula differt ab Aldina. Admisissem eam, si constaret quemquam in re simili *ἀδρὸν πῦρ* dixisse. *Δῖον πῦρ* praeter alios dixit noster Alc. 5. *οὗ δὴ χολωθεὶς, τέκτονας Δίου πυρὸς* | *κτείνω Κύκλωπας.* [Idem Suppl. 934. *Τὸν μὲν Διὸς πληγέντα Καπανέα πυρί.* Adjectivo *ἀδρὸς* nunquam uti tragicos monet Porsonus apud Kiddium p. 224. *Ex Addendis.*] Quum scriptura valde incerta sit, vulgatam obelo confossam in textu reliqui.

9. Flammam Junonis matrem appellat, quod aether supra aërem sit. Brodaeus. Imo, *ἀθάνατον Ἥρας ὕβριν εἰς ἐμὴν μητέρα. Ἀθάνατον* autem *ὕβριν*, quia *πῦρ ἀθάνατον* erat, ut recte monet Musgravius. Confer omnino v. 523.

10. Ordo est, monente Musgravio: *ὃς πέδον τόδε, θυγατρὸς σηκὸν, ἄβατον τίθησιν. Ἄβατον, sacrum, inaccessum*, utpote de coelo tactum. Anaxippus apud Athenaeum p. 416. F. *ὁρῶ γὰρ ἐκ παλαίστρας τῶν φίλων* | *προσιόντα μοι Δάμιππον. Ἢ τοῦτον λέγεις* | *τὸν * * * ὃν οἱ φίλοι καλοῦσί σοι* | *νυνὶ δι' ἀνδρείαν, Κεραυνόν; Εἰκότως.* | *ἀβάτους ποιεῖν γὰρ τὰς τραπέζας οἴομαι* | *αὐτὸν, κατασκήπτοντά γ' αὐτῇ τῇ γνάθῳ.*

12. Aldus *ἐγὼ κάλυψα.* Apostrophum addendam monuit Heathius, addidit Brunckius. Exstat in Pal. Vide ad *ἐγὼ 'τασσον* v. 478.

Ibid. Βοτρυώδης hic et infra v. 534. pro *πολύβοτρυς*, quod legitur v. 650. Similiter *ἀνθεμώδης* v. 462. pro *πολυάνθεμος* sive *πολυανθής.*

13—16. Haec leguntur apud Strabonem p. 27. D. iterumque additis verbis *Ἀσίαν τε πᾶσαν* p. 687. B. Priore loco ostendit Strabo,

Φρυγῶν τε, Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας,
Βάκτριά τε τείχη, τήν τε δύσχιμον χθόνα

quantum circa res geographicas tragicis accuratior sit Homerus: altero agit de Bacchi in Asia expeditionibus.

13. Vulgatam τὰς πολυχρύσους agnoscit etiam Strabo utrobique. Si secus esset, libenter reponerem τῶν πολυχρύσων, ut olim monui ad Heracl. 839. Rectius enim ipsi Lydi, quam eorum γύαι, πολύχρυσοι appellantur. Noster τῶν πολυχρύσων Φρυγῶν dixit Hec. 492. αἱ πολύχρυσοι Λυδαὶ Iph. A. 787. Adde Nicolaum comicum apud Stobaeum Tit. XIV. p. 149=87. καὶ νῦν μ' ὁ Λυδῶν τῶν πολυχρύσων ἄναξ | σύνδειπνον αὐτῷ κέκρικεν εἶναι καὶ φίλον. Phrygum πολυχρύσους δόμους habes apud Euripidem Hel. 934. sed nemo, quod sciam, πολύχρυσα πέδια aut tale quid dixit. Quod si recte se habet πολυχρύσους, potius τοὺς quam τὰς legendum videtur. De qua re praeter ea quae dixi ad Heracl. 839. vide ad Sophoclis Oed. C. 58. ubi Aldinam scripturam οἱ δὲ πλησίοι γύαι inconsiderate improbat Brunckius.

Ibid. Pal. γυίας. Sic etiam Laur. ν a correctore cum gl. κοι. Quam scribendi rationem secutus est Aldus Phoen. 651. (ubi digna lectu habet Valckenarius) Alc. 593. 690. Andr. 1046. Hel. 5. 88. alteram Med. 479. Heracl. 839. Victorius etiam γύας El. 79.

14. Hunc versum ab utroque MS. Par. abesse monet Brunckius. Opinor, etiam a Laurentianis. Sed de hac re silent chartae meae.

Ibid. Bacchus in Lydia et Phrygia educatus est. Postea vir factus, Persiam, Bactriam, Mediam, Arabiam, Ioniam bello subegit. Constructio igitur est: λιπὼν δὲ τὰς πολυχρύσους γύας Λυδῶν Φρυγῶν τε, ἐπελθὼν τε ἡλιοβλήτους πλάκας Περσῶν, Βάκτριά τε τείχη, etc. Musgravius. Nescio igitur an legendum Περσῶν δ' ἡλιοβλήτους πλάκας. Neutram particulam agnoscit Pseudogregorius v. 1583.

15. Aldus Βάκτρυά τε τείχη, quod auctore Scaligero correxit Barnesius. Pal. Laur. βάκτριά τε τείχη. Aldus apud Strabonem Βάκτριά τε τείχη priore loco, altero Βάκτρυα τε, τείχη. Pseudogregorius v. 1584. βάρεια τείχη.

Ibid. Scripsi δύσχιμον pro δύσχειμον, licet cum Aldo consentiant Strabo et Pseudogregorius v. 1584. Quae de hoc adjectivo olim dixi in Diarii Classici T. IX. p. 55. hic repetam quam potero brevissime. Praeter nostrum locum, quater in Attica poësi scribendum videtur δύσχιμος. I. Aeschylus Theb. 509. εἶρξει νεοσσῶν ὡς δράκοντα δύσχιμον. Aldus ruente metro δύσχειμον. II. Idem Cho. 184. σταγόνες ἄφρακτοι δυσχίμου πλημμυρίδος. Sic omnes. III. Idem Pers. 566. Θρήκης ἀμπεδιήρεις | δυσχίμους τε κελεύθους. Olim ex interpretatione legebatur δυσχειμέρους. Heathius δυσχείμους. Blomfieldius δυσχίμους. IV. Euripides Suppl. 962. πνευμάτων ὑπὸ δυσχίμων ἀΐσσω. Ita recte Hermannus pro δυσχείμων. Saepius non legitur δύσχειμος. Similis formae adjectivum μελάγχιμος simili modo corruperunt librarii. Apud Aeschylum Pers. 301. optimum choliambum, καὶ λευκὸν ἦμαρ νυκτὸς ἐκ μελαγχείμου, exhibuit Aldus. Idem dedit apud Euripidem Rhes. 962. οὐκ εἶσι γαίας εἰς μελαγχεῖμον πέδον. His perpensis, nemo, opinor, obstabit, quo minus ex Atticorum scriptis expellatur δύσχειμος. Quocunque modo scribatur, optime ei convenire videtur Latinum *horridus*, quod ad hiemem et procellas saepe referri monet Forcellinus. De frigore Mediae testem habemus Strabonem p. 522. D. ubi de Ecbatanis loquitur: διατελοῦσι δὲ καὶ νῦν οἱ Παρθυαῖοι τούτῳ χρώμενοι βασι-

Μήδων ἐπελθὼν, Ἀραβίαν τ' εὐδαίμονα,
Ἀσίαν τε πᾶσαν, ἣ παρ' ἁλμυρὰν ἅλα
κεῖται, μιγάσιν Ἕλλησι βαρβάροις θ' ὁμοῦ
πλήρεις ἔχουσα καλλιπυργώτους πόλεις·
κἀκεῖ χορεύσας, καὶ καταστήσας ἐμὰς
τελετὰς, ἵν' εἴην ἐμφανὴς δαίμων βροτοῖς,
εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν.
πρώτας δὲ Θήβας τῆσδε γῆς Ἑλληνίδος
ἀνωλόλυξα, νεβρίδ' ἐξάψας χροὸς,
θύρσον τε δοὺς εἰς χεῖρα, κίσσινον βέλος,

λείφ. καὶ θερίζουσί γε ἐνταῦθα οἱ βασιλεῖς. ψυχρὰ γὰρ ἡ Μηδία. Iterumque p. 525. A. ἡ πολλὴ μὲν οὖν ὑψηλή ἐστι καὶ ψυχρά. Haec attulit Barnesius.

16. Laur. a correctore ἀρραβίαν. Pseudogregorius v. 1585. Μήδων παρελθὼν, ἀῤῥάβων τ' εὐδαίμονα, | ἔθνη τὰ μακρὰν καὶ σκότῳ βεβυσμένα. Qui consulto Ἀραβίαν in ἀῤῥάβων mutavit, ne scilicet versus pluribus quam duodecim syllabis constaret. Qua etiam de caussa scripsit βάρεια τείχη pro Βάκτριά τε τείχη v. 15. πᾶσάν τ' Ἀσίαν pro Ἀσίαν τε πᾶσαν v. 17. ἣν —Ἕλλησι κεῖσθαί φασι pro ἣ— κεῖται, μιγάσιν Ἕλλησι v. 18. σπονδῶν τ' ἄπο pro καὶ σπονδῶν ἄπο v. 45. ut sexcenta similia omittam, quae cave ne Euripidi obtrudas, utpote vulgata scriptura meliora. Sed nullum insignius exemplum novi quam v. 8. apud Euripidem, apud Pseudogregorium vero 1578. τεφρούμεν' ἤδη, πυρὸς ἄσβεστον φλόγα.

18. Non opus est ut moneam, Graecorum in Asia colonias Cadmo longe recentiores esse. Sed talia non curat Euripides. Vide ad Ion. 191.

Ibid. Πλήρης et similia plerumque genitivum regunt, neque alterum exemplum novi, quod cum hoc conferri possit. Hoc attulit Matthiae Gramm. Gr. §. 329. p. 470. [qui mox §. 330. πλήθειν dativum nonnunquam adsciscere monet. Ita noster Herc. 372. πεύκαισιν ὅθεν χέρας | πληροῦντες, χθόνα Θεσσαλῶν | ἱππείαις ἐδάμαζον. *Ex Addendis.*] Mihi μιγάσιν Ἕλλησι βαρβάροις θ' ὁμοῦ dixisse videtur noster, utpote οἰκουμένας vel aliquid ejusmodi dicturus.

19. Καλλιπύργωτος pro καλλίπυργος, quod legitur v. 1200. Male Pseudogregorius v. 1589. καλλοπυργώτους.

20. 21. 22. Hoc ordine vulgo leguntur hi tres versus: 22. 20. 21. Neque aliter collocatos reperisse videtur Pseudogregorius v. 1582—1590. monente Piersono Verisim. p. 120. quo auctore a Brunckio transpositi sunt.

22. Apollodorus III. 5, 2. p. 265. διελθὼν δὲ Θρᾴκην, καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἅπασαν, στήλας ἐκεῖ στήσας, ἧκεν εἰς Θήβας. Unde facile quemvis in eam incidere posse suspicionem, pro τελετὰς reponendum esse στήλας, monet Piersonus Verisim. p. 123. Monet etiam Platonem dixisse Phaedone p. 69. C. καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες, οὐ φαῦλοί τινες εἶναι.

Ibid. Pal. ἵν' εἴη ἐμφανὴς (scripserat ἐμφανεὶς). Pseudogregorius v. 1560. μυστήρι', ἵν' ᾗς ἐμφανῶς θεὸς βροτοῖς.

25. Pal. θύρσον τέ. Confer ὕπνον τε v. 283. αὐτῆς v. 1230.

Ibid. Aldus κίσσινον μέλος, quod nescio an defendi posset, si singulare μέλος *membrum* unquam significaret. Recte MSS. Stephani κίσσινον βέλος. Edd. recentiores

ἐπεί μ' ἀδελφαὶ μητρὸς, ἃς ἥκιστ' ἐχρῆν,
Διόνυσον οὐκ ἔφασκον ἐκφῦναι Διὸς,
Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος,
εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους,
Κάδμου σοφίσμαθ', ὧν νιν οὕνεκα κτανεῖν
Ζῆν' ἐξεκαυχῶνθ', ὅτι γάμους ἐψεύσατο.
τοιγάρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων ᾤστρησ' ἐγὼ

aut κίσσινον βέλος, aut accentu male posito κισσινὸν βέλος. Error ex Hervagiana secunda derivatus cum multis aliis etiam Musgravianam invasit. De confusione literarum β et μ vide ad Sophoclis Oed, C. 217. ubi MSS. antiqui μέμεις pro βαίνεις. Qui autem hic κίσσινον βέλος appellatur thyrsus, infra v. 363. κίσσινον βάκτρον dicitur, Ion. vero 217. ἀπόλεμον κίσσινον βάκτρον. Confer omnino v. 761.

26. Ἀνωλόλυξα, significatione transitiva, lexicographis non observata: πρὸς ὀλολυγμὸν ἐκίνησα. Brunckius.

28. Jo. Malala p. 51. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ Εὐριπίδης, μετὰ χρόνους εὑρηκὼς τὸ τοιοῦτον σύγγραμμα, τῶν Βακχῶν ἐξέθετο δρᾶμα, ὡς ἀπὸ Πενθέως εἰπὼν ταῦτα· Σεμέλη δὲ λοχευθεῖσα ἐκ βροτοῦ τινος, εἰς Ζῆνα φέρουσα τὴν ἁμαρτίαν, λέγει. Heathius, qui Malalae testimonium attulit, scribendum suspicatur μοιχευθεῖσαν.

Ibid. Olim legendum putavi ἐκ θνητῶν τινος. Sed nunc probo quod vulgo legitur tum apud Euripidem, tum apud Pseudogregorium v. 1547. Vide ad Sophoclis verba ὡς θεοῦ τινος Aj. 998.

29. Noster Or. 76. εἰς Φοῖβον ἀναφέρουσα τὴν ἁμαρτίαν.

30. Intelligo σοφίσματα, non σοφίσματι. Musgravius.

31. Aldus ἐξεκαυχώμεθ', quod in tertia persona exponendum, ut illud ἔφασκον, quod praecessit, monet Brodaeus, cujus ipsius verbis utor. Hinc Hervagiana secunda ἐξεκαύχωνθ', quod in ἐξεκαυχῶνθ' auctore Scaligero mutavit Barnesius. Stephani quoque codd. ἐξεκαυχῶνθ'.

Ibid. Confer v. 244. ὃς ἐκπυροῦται λαμπάσιν κεραυνίαις | σὺν μητρὶ, Δίους ὅτι γάμους ἐψεύσατο.

32. Revocavi τοιγάρ νιν αὐτὰς ex Aldina. [Scholiastes Pindari ad Nem. IV. 3. ἄμεινον δὲ φησὶν ὁ Δίδυμος ἐπὶ τῶν πόνων ἀκούειν τὴν νιν. οἱ γὰρ μεθ' Ὅμηρον οὐκ ἀκριβεύουσι τὴν ἀντωνυμίαν. καὶ Εὐριπίδης· Τοιγάρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγώ. Potius ob plurale νιν quam ob pleonasmum hoc exemplo usus videtur grammaticus. Sed *Ex Addendis*] nullus pleonasmus est in verbis νιν αὐτὰς, quae significant *eas ipsas*. Αὐτὰς antapodosin habere πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων v. 35. jam monui ad Med. 1263. Frustra igitur sunt, qui reponunt νυν, quod in Attica poësi τῷ γὰρ subjectum nusquam exstat, licet passim occurrat μὲν νυν. Τοιγάρ νιν legitur etiam apud Aeschylum Suppl. 315. Τοιγάρ νιν ἐκ γῆς ἤλασεν μακρῷ δρόμῳ. Musgravius in textu τοί γαρ (sic) νῦν αὐτὰς dedit, in annotatione vero haec dixit: *Ita Edd. monitu H. Steph. nec variant MSS. Ed. Ald. νιν.* Vix potuisset vir doctus longius a vero aberrare. Omnes quos vidi MSS. cum Aldo consentiunt. Quod de Parisiensibus ante me monuit Brunckius. Deinde non τοιγὰρ νῦν, multo minus τοί γαρ νῦν, sed τοιγάρ νυν scribendum monuit Stephanus. Edd. autem mire variant. Aldina et Hervagiana prima τοιγάρ νιν αὐτὰς. Hervagiana secunda τοιγάρ (sic) νῦν αὐτὰς. Hervagiana tertia τοιγὰρ νῦν αὐτὰς. Hoc νῦν

μανίαις (ὄρος δ' οἰκοῦσι παράκοποι φρενῶν),
σκευήν τ' ἔχειν ἠνάγκασ' ὀργίων ἐμῶν·
καὶ πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων, ὅσαι
γυναῖκες ἦσαν, ἐξέμηνα δωμάτων.
ὁμοῦ δὲ Κάδμου παισὶν ἀναμεμιγμέναι,
χλωραῖς ὑπ' ἐλάταις, ἀνορόφοις ἧνται πέτραις.
δεῖ γὰρ πόλιν τήνδ' ἐκμαθεῖν, κεἰ μὴ θέλει,
ἀτέλεστον οὖσαν τῶν ἐμῶν βακχευμάτων,

semel admissum retinuerunt omnes ante Barnesium, qui Stephani scripturam Scaligero auctore tacite adoptavit. Stephanum sequuntur etiam Brunckius et Schaeferus. Matthiae vero τοιγάρ νυν αὐτὸς dedit.

Ibid. Aldus οἴστρησ'. Porsonum sequor, qui ᾤστρησ' legendum monet ad Av. 1290. Plura de hac quaestione dicturus sum ad v. 686.

[33. Noster Hipp. 236. τάδε μαντείας ἄξια πολλῆς, | ὅστις σε θεῶν ἀνασειράζει, | καὶ παρακόπτει φρένας, ὦ παῖ. Unde παράκοποι φρένας in mentem mihi venit. Aeschylus Prom. 583. οἰστρηλάτῳ δείματι παράκοπον dixit. Restituendum hoc vocabulum Plutarcho T. II. p. 249. E. suspicatur Valckenarius. Vulgo: κατάκοποι δὲ οὖσαι, καὶ μηδέπω τοῦ φρονεῖν παρόντος αὐταῖς, ἐν τῇ ἀγορᾷ προέμεναι τὰ σώματα, σποράδην ἔκειντο καθεύδουσαι. *Ex Addendis.*]

34. Bacchicus apparatus qui fuerit, vel potius quae fuerint tres ejus praecipuae partes, his verbis docet noster v. 176. θύρσους ἀνάπτειν, καὶ νεβρῶν δορὰς ἔχειν, | στεφανοῦν τε κρᾶτα κισσίνοις βλαστήμασιν. Thystum et ferulam addit Brodaeus. De ferula vide ad v. 113. Thysti nulla certe apud Euripidem mentio. [Sed scribere voluisse videtur *thysthlum*, de quo Homeri interpretes ad Z. 134. *Ex Addendis.*]

[35. Attius apud Scriverium p. 108. *Deinde omnes stirpe cum incluta Cadmeide | vagant matronae, percitatae tumultu.* Ultimum vocabulum corruptum est. Hoc fragmentum praetermisit Scaliger ad Varronem p. 87. seq. ubi Latina Attii cum Graecis Euripidis conferre conatur. *Ex Addendis.*]

36. Γυναῖκες significat feminas adultas, et pro opposito habet παῖδας, non παρθένους. Vide infra v. 693. Musgravius.

Ibid. Apollodorus III. 5, 2. δείξας δὲ Θηβαίοις ὅτι θεός ἐστιν, ἧκεν εἰς Ἄργος· κἀκεῖ πάλιν οὐ τιμώντων αὐτὸν, ἐξέμηνε τὰς γυναῖκας.

38. Aldus ἀνορόφοις εἶνται πέτραις. Vertit Brodaeus: *super excelsos lapides sedent.* Unde constat eum ἧνται legendum vidisse. Pal. εἶνται et ἧνται, alterum a prima scriptura, alterum ex emendatione sive ejusdem manus sive diversae. Plura hujusmodi vitia sive admissa sive correcta, quae ex illo libro enotavit Amatius, silentio praetereo. Laur. ἧνται, quod licet in MSS. Par. repererit Musgravius, Brunckio admittendum reliquit. Mallem autem, modo consentirent libri, ἀνορόφους ἧνται πέτρας, eadem constructione qua dicitur λεπαίαν δ' ὀφρύην καθήμενος Heracl. 395. [Piersonus apud Valckenarium δικορύφοις pro ἀνορόφοις. Sed quis Cithaeronem δικόρυφον appellavit? *Ex Addendis.*]

39. Constructio est: ἐκμαθεῖν ἐμὰ βακχεύματα, ὧν ἀτέλεστός ἐστι, καὶ εἰ μὴ θέλων. Reiskius. Qui imprudenti excidisse videtur θέλων. Ordo est, ni fallor: δεῖ γὰρ πόλιν τήνδε, ἀτέλεστον οὖσαν τῶν ἐμῶν βακχευμάτων, ἐκμαθεῖν [αὐτά], κεἰ μὴ θέλει. Potest etiam ἐκμαθεῖν absolute dici pro διδαχθῆναι aut παιδευθῆναι, fere ut

Σεμέλης τε μητρὸς ἀπολογήσασθαί μ' ὕπερ,
φανέντα θνητοῖς δαίμον', ὃν τίκτει Διΐ.
Κάδμος μὲν οὖν γέρας τε καὶ τυραννίδα
Πενθεῖ δίδωσι, θυγατρὸς ἐκπεφυκότι,
ὃς θεομαχεῖ τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ σπονδῶν ἄπο
ὠθεῖ μ', ἐν εὐχαῖς τ' οὐδαμοῦ μνείαν ἔχει.
ὧν οὕνεκ' αὐτῷ θεὸς γεγὼς ἐνδείξομαι,
πᾶσίν τε Θηβαίοισιν. εἰς δ' ἄλλην χθόνα,
τἀνθένδε θέμενος εὖ, μεταστήσω πόδα,
δεικνὺς ἐμαυτόν. ἢν δὲ Θηβαίων πόλις
ὀργῇ [1] σὺν ὅπλοις ἐξ ὄρους Βάκχας ἄγειν
ζητῇ, [2] συνάψω Μαινάσι στρατηλατῶν.

1 ξὺν
2 ξυνάψω.

nostri dicere solent: *You ought to learn.* Minus recte, ut mihi quidem videtur, haec a plerisque accepta sunt, quasi scilicet verborum ἐκμαθεῖν ἀτέλεστον οὖσαν constructio sit ἐκμαθεῖν ὅτι ἀτέλεστός ἐστι. De qua vide ad verba ἐπιλελήσμεθ' ἡδέως γέροντες ὄντες v. 188. Atqui optime sciebant Thebani, se Bacchi sacris initiatos non esse.

41. Pal. σεμέλης τὲ μρς ἀπολογήσασθαι μ' ὕπερ. Quid velint ista puncta, quae voces male scriptas indicare solent, conjicere nequeo, nisi fortasse olim legebatur ἀπολογηθῆναι. Grammaticus apud Bekkerum Anecdot. p. 82. Ἀπολογηθῆναι: ἀντὶ τοῦ ἀπολογήσασθαι. Λέξεις Ἀμπελουργῷ. Meliorem auctorem Antiphontem allegare potuisset.

46. Pseudogregorius v. 1567. ἐν εὐχαῖς δ' οὐδαμοῦ. Laur. ἐν εὐχαῖς τ' οὐδαμῶς. Sic etiam e MSS. Par. Brunckius. Recte (ut mihi quidem videtur) sed tacite οὐδαμοῦ revocavit Matthiae.

47. Noster Alc. 152. πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐνδείξαιτό τις | πόσιν προτιμῶσ', ἢ θέλουσ' ὑπερθανεῖν. Diverso sensu ἐνδείξομαι Il. T. 84. unde Hesychius: Ἐνδείξομαι: ἀπολογήσομαι.

51. Aldus ἐξόρους, quod *nunc absentes* reddit Brodaeus, *in exilium* Portus, similique sensu *extorres* Barnesius. Recte Laur. ἐξ ὄρους, *e monte*, quod ex utroque Par. admisit Musgravius. Sic etiam Piersonus Verisim. p. 123. qui contulit v. 228. ὅσαι δ' ἀπεισιν, ἐξ ὄρους θηράσομαι. Adde v. 657. ὃς ἐξ ὄρους πάρεστιν ἀγγελῶν τί σοι. Bacchas autem, de quibus hic agitur, non esse Bacchi comites, ex quibus constat chorus, sed Thebanas mulieres in monte Cithaerone commorantes, ipsa res declarat. Vidit hoc Brodaeus; cujus interpretatio ceteroqui absurdissima est. Verba enim ἐξόρους ἄγειν interpretatur *nunc absentes in meum exercitum ducere.* Non vidit Barnesius aliique ante Piersonum, qui Thebanas Bacchas hoc versu intelligendas esse recte monet.

52. Pal. a correctore ζητῇ pro ζητεῖ. Vide ad v. 38.

Ibid. Verba συνάψω μαινάσι στρατηλατῶν alii aliter interpretantur. Brodaeus: *ego imperator cum Maenadibus congrediar.* Portus: *exercitus ducem me Maenadibus addam.* Recte Heathius: *praelio congrediar, Maenadibus me ducem praebens.* Recte etiam monet Brunckius, συνάψω significare συνάψω μάχην τοῖς Θηβαίοις. Ita noster Phoen. 1389. κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν, | ξυνῆψαν (Aldus ξυνῆψαν ἔγχη), ἀφρῷ διάβροχοι γενειάδας. Ambiguitatem vitasset noster, si

ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἔχω,
μορφήν τ' ἐμὴν μετέβαλον εἰς ἀνδρὸς φύσιν.
ἀλλ' ὦ λιποῦσαι Τμῶλον, ἔρυμα Λυδίας,

dixisset *μαινάδων στρατηλατῶν*. Quinetiam usitatior constructio *ἄρχειν τινός* quam *ἄρχειν τινί*, licet haec satis usitata sit. Ceterum Maenades sunt, quae superiore versu Bacchae appellantur. Quod monere supersederem, nisi Piersonum, Musgravium, et Brunckium aliter sentire viderem. Brunckii verba sunt: *Tum ξυνάψω μαινάσι στρατηλατῶν valet ξυνάψω μάχην τοῖς Θηβαίοις, στρατηλατῶν σὺν Μαινάσι, quo posteriori nomine designantur peregrinae mulieres, quae Bacchum comitabantur.* Hae mulieres, mihi crede, nunquam *μαινάδες* appellantur *), neque quidquam dicunt aut faciunt, quod sanas ac sobrias dedeceat. Maenadum mentio est vv. 52. 103. 224. 827. 915. 954. 979. 982. 1058. 1060. 1073. 1105. 1141. 1189. 1224. Semper intelliguntur aut Thebanae Maenades, aut aliae iis similes.

Ibid. Laur. *ξυνάψω* pro *συνάψω*. Mox vero v. 57. *συνεμπόρους* pro *ξυνεμπόρους*. His exceptis, neque Pal. neque Laur. ab Aldo in hac re dissentire videtur, nisi quod v. 728. pro *κἀγὼ ξυνεπήδησ'* uterque recte habet *κἀγὼ 'ξεπήδησ'*. Alius *σὺν* vv. 65. 126. 133. 297. 307. 549. 595. bis, 612. 633. 725. 799. 809. 1050. 1157. 1323. 1350. 1380. De quibus omnibus nulla controversia est. Dedit etiam *συνάψει* v. 547. quod in *ξυνάψει* mutandum hodie inter omnes convenit. Incertior est scriptura vv. 51. 52. 97. 163. 237. 245. 390. 443. 512. 563. 564. 615. 696. 728. 835. 870. 885. 1027. 1037. 1089. 1090. 1101. 1171. 1222. 1299. 1302. 1307. 1341. In quibus omnibus scribendum *ξὺν*, si vera sunt quae post Porsonum aliosque disputavi ad Med. 2. Respondet mihi Hermannus Diarii Classici T. XIX. p. 273. tragicos sibi in hac re non constitisse, nec regulam aliquam, sed quod in quoque loco auribus magis blandiretur, vel usitatius esset, secutos esse. Plura de hac quaestione alias. Interea lectorem hoc unum monitum velim, adeo apud me valuisse Hermanni sententiam, neque solius Hermanni, sed etiam Reisigii aliorumque, ut in locis de quibus nunc agitur, *σὺν* in textu, *ξὺν* non nisi in margine exhibuerim.

Ibid. In Laur. *στρατηλατῶν* gl. habet *μετοχή*.

55. Pal. et a prima manu Laur. *ἀλλ' ὦ λιποῦσαι*. Strabo p. 469. C. *ἀλλ' ὦ ἄπτουσαι*. Sed operae pretium videtur, Strabonis verba plenius apponere, propterea quod in sequente carmine haud exiguam variae lectionis copiam praebent. Ea vero in antiquis libris ita fere se habent: *εὐριπίδης τε ἐν ταῖς βάκχαις τὰ παραπλήσια ποιεῖ [τοῖς φρυγίοις ἅμα καὶ τὰ λύδια συμφέρων κατὰ τὸν ὅμηρον. ἀλλ' ὦ ἄπτουσαι τμῶλον ἔρυμα λυδίας θίασος ἐμὸς γυναῖκες ἐμά θ' εὑρήματα καὶ πόλις.] ὦ μάκαρ ὅστις εὐδαίμονα βιοτὰν ἁγιστεύει, τά τ' ἐμὰ πρὸς μεγάλας ἔρπων κυβέλας θεμιστεύων, ἀναθύρσων τε τινάσσων κισσῷ στεφανωθεὶς θεραπεύει. αἴτε βάκχαι βρόμιον παῖδα θεὸν θεοῖς διόνυσον κατάγουσαι φρυγίων ἐξ ὀρέων ἑλλάδος εἰς ευρυχώρους ἀγυιάς. πάλιν δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς καὶ τὰ κρητικὰ συμπλέκει τούτοις. ὦ θαλάμευμα κουρήτων τε ζάθεοί τε κρῆτας διογενέτορες ἔνθ' αὐλοί. ἔνθα τρικόρυθες ἀνθοῦσι, βυρσότονόν τε κύκλωμα τόδε μοι κορύβαντες εὗρον. ἀνὰ δὲ βακχείῳ συντόνῳ κέρας ἀνὰ δύο βοᾶν φρυγίων αὐλῶν πνεύματι. ματρὸς στερεᾶς εἰς χέρα θῆκαν καλλίκτυπον εὔασμα βακχᾶν. παρὰ δὲ μαινόμενοι σάτυ-*

[*) Vid. infra ad v. 671. *ED. LIPS.*]

θίασος ἐμὸς γυναῖκες, ἃς ἐκ βαρβάρων
ἐκόμισα παρέδρους καὶ ξυνεμπόρους ἐμοὶ,
αἴρεσθε τἀπιχώρι' ἐν πόλει Φρυγῶν
τύμπανα, Ῥέας τε μητρὸς ἐμά θ' εὑρήματα,
βασίλειά τ' ἀμφὶ δώματ' ἐλθοῦσαι τάδε
κτυπεῖτε Πενθέως, ὡς ὁρᾷ Κάδμου πόλις.
ἐγὼ δὲ Βάκχαις, εἰς Κιθαιρῶνος πτυχὰς
ἐλθὼν, ἵν' εἰσὶ, συμμετασχήσω χορῶν.
ΧΟ. Ἀσίας ἀπὸ γᾶς,
ἱερὸν Τμῶλον ἀμείψασα, θοάζω

ροι, ματέρος ἐξαύσαντο ῥέας, εἰς δὲ χορεύματα προσῆψαν τριετηρίδων, οἷς χαίρει διόνυσος. [καὶ ἐν παλαμίδη φησὶν ὁ χορὸς, οὐ σὺν διονύσω κομῶν, ὃς ἀν' ἴδαν τέρπεται σὺν ματρὶ φίλα τυμπάνων ἰάκχοις.] Ita cum aliqua scripturae diversitate tres MSS. Laurentiani plut. XXVIII. 5. 9. 40. quos posthac appellabo Strab. A. B. C. Uncinis inclusa absunt a B. Scripturam non longe diversam, sed tamen receptae paullo propiorem, exhibet Strabonis ed. Aldina.

56. De thiaso vide ad v. 679.

58. Si dixisset Euripides ἐν Φρυγῶν χθονὶ, quaerere supersedisset Brodaeus, utrum de Pessinunte an de Berecyntho loqueretur. Sed πόλις apud tragicos passim regionem significat. Vide ad Ion. 294. Εὔβοι' Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις.

62. Hic omnes libri πτύχας, ni fallor. Sed Pal. recte πτυχὰς v. 943. Noster Phoen. 84. ἀλλ' ὦ φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτύχας. Schol. πτύχας δὲ, ἐὰν μὲν ἀπὸ τοῦ πτὺξ, πτύχας· ἐὰν δὲ ἀπὸ τοῦ πτυχὴ, πτυχάς. Hanc rationem meliorem esse constat e dativo πτυχαῖς, qui bis in hac fabula legitur vv. 796. 1217. Vide ad Med. 1297=1264.

64. Hujus fabulae carmina melica maximam partem Ionica a minore esse monet Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 496. *Proprius enim* (inquit) *rebus Bacchicis hic numerus videtur habitus esse.* Quod sequitur carmen usque ad verba Διόνυσον ὑμνήσω omnes ante Hermannum pro anapaestico accepisse videntur. Is Ionicum a minore esse vidit, novamque ejus ἔκδοσιν dedit p. 498. in qua vix quidquam reprehendendum esset, nisi antistrophicum esse voluisset, cujus ea pars quae a τίς ὁδῷ incipit, alteri responderet. Mihi προῳδὸς esse videtur, ut ille apud Aeschylum Prometheo, quem excipit primus strophes versus 576. ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ. De quo videndus ipse Hermannus p. 768. Ut a me constituti sunt versus, Ionici a minore puri sunt secundus, quartus, sextus, septimus, octavus. Primum pedem anapaestum habet tertius. Anapaestici monometri sunt primus et quintus. De ultimo dicam suo loco.

Ibid. Hermannus Ἀσίας ἀπὸ γαίας. Quod mihi quoque in mentem venerat.

65. Initium hujus carminis ita vulgo dispositum est: Ἀσίας ἀπὸ γᾶς ἱερὸν Τμῶλον | ἀμείψασα, θοάζω βρομίῳ. Legendo παραμείψασα metro consultum iri monet Heathius. Musgravio placet μεταμείψασα. Brunckius vero versus ita disposuit: Ἀσίας ἀπὸ γᾶς ἱερὸν Τμῶλον ἀ | μείψασα, θοάζω Βρομίῳ. Alterum versum paroemiacum appellat. Quod nisi monuisset, neminem suspicaturum fuisse puto. Composuit has lites Hermannus.

Βρομίῳ; πόνον ἡδὺν, κάματόν τ' εὐ-
κάματον, Βάκχιον εὐαζομένα θεόν.
τίς ὁδῷ; τίς ὁδῷ;
μελάθροις ἔκτοπος ἔστω.

Ibid. Matthiae: θοάζω Βρομίῳ, | πόνον ἡδὺν κάματόν τ' εὐκάματον. Vulgo θοάζω βρομίῳ πόνον ἡδὺν sine distinctione. Quae ratio si vera est, conferendus noster Alc. 484. Τιρυνθίῳ πράσσω τιν' Εὐρυσθεῖ πόνον. Sed vereor ut aeque bene dici possit θοάζω πόνον ac πράσσω πόνον. Convenientior mihi videtur altera significatio, nempe κινοῦμαι, quam verbo θοάζω tribuit Plutarchus T. II. p. 22. E. Cujus alterum exemplum in hac fabula exstat v. 219. Ubi vide annotata. Noster Tro. 307. Οὐκ ἔστιν. οὐ πιμπρᾶσιν, ἀλλὰ παῖς ἐμὴ | μαινὰς θοάζει δεῦρο Κασάνδρα δρόμῳ. Ibid. 348. παράδος ἐμοὶ φῶς. σὺ γὰρ ὀρθὰ πυρφορεῖς | μαινὰς θοάζουσ'. οὐδὲ σαῖς τύχαις, τέκνον, | σεσωφρόνηκας, ἀλλ' ἔτ' ἐν ταὐτῷ μένεις. Plura de hoc verbo dabunt lexica. Ordo est: Ἀσίας ἀπὸ γᾶς θοάζω Βρομίῳ. Dativus autem Βρομίῳ duobus modis explicari potest. Quum θοάζω significet κινοῦμαι, Βρομίῳ reddi potest ὑπὸ Βρομίου, ut verborum θοάζω Βρομίῳ sensus sit κινοῦμαι ὑπὸ Βρομίου. Conferendum omnino οἰστρηθεὶς Διονύσῳ, quod legitur v. 119. Sed praestare videtur altera dativi Βρομίῳ interpretatio, *in honorem Bacchi* scilicet, cujus exemplum exstat Hel. 1380. βακχεύουσά τ' ἔθειρα Βρομίῳ, | καὶ παννυχίδας θεᾶς. Ita recte Matthiae. Similia passim leguntur. Noster infra v. 195. Μόνοι δὲ πόλεως Βακχίῳ χορεύσομεν; Item v. 494. Ἱερὸς ὁ πλόκαμος. τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω. Aristophanes Lys. 1277. ὀρχησάμενοι θεοῖσιν, εὐλαβώμεθα | τὸ λοιπὸν αὖθις μὴ ξαμαρτάνειν ἔτι. Quo exemplo utitur Matthiae Gramm. Gr. §. 387. a. p. 542.

66. De accusativis πόνον ἡδὺν et κάματον εὐκάματον videatur Matthiae Gramm. Gr. §. 432. p. 625. Confer στεφάνωμα μόχθων Herc. 355. πόνων τελευτὰν ibid. 427. et sexcenta alia apud Euripidem.

Ibid. Facile conjicias κάματόν τ' ἀκάματον. Cui similia sunt ἄναες νᾶες, ἀβίοτος βίος, et alia apud tragicos quamplurima. Plutarchus T. II. p. 758. B. ἀλλὰ πειθὼ καὶ χάρις ἐνδιδοῦσα πόνον ἡδὺν ὡς ἀληθῶς κάματον . ὑφηγεῖται πρὸς ἀρετὴν καὶ φιλίαν. Unde quid legerit, extricari non potest. Sed p. 467. D. Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τοσόνδε τέγξει μαλθακὰ γυῖα, κατὰ Πίνδαρον, ὡς δόξα ποιεῖ, καὶ τὸ τιμᾶσθαι μετά τινος δυνάμεως, πόνον ἡδὺν, κάματόν τ' εὐκάματον. Item p. 794. B. καθάπερ ἣν σὺ νῦν μεταχειρίζῃ, τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς ἐπιστασίαν, —— πόνον ἡδὺν κάματόν τ' εὐκάματον ἔχουσαν. Quae attulit Porsonus ad Med. 139, 40. p. 410. [Valckenarius etiam Proclum ad Hesiodum Opp. 475. *Ex Addendis.*]

67. Aldus τὸν βάκχιον εὐαζομένα θεόν. Pal. βάκχιον εὐαζομένα nec plura. Sic etiam Laur. a prima manu. Hermannus Βάκχιον ἀζομένα θεόν. Recte vulgo εὐαζομένα, cujus activa forma legitur infra v. 1035. Eodem sensu dicitur v. 155. εὔια τὸν εὔιον ἀγαλλόμεναι θεόν. De omisso θεὸν vide Porsonum ad Phoen. 5. vel potius Reisigium in Aristophanem p. 77.

69. Aldus: τίς δὲ μελάθροις ἔκτοπος ἔστω; Portus: Τίς δὲ μελάθροις; ἔκτοπος ἔστω. Vertit: *Quis in atriis? cedat loco.* *Atriis* potius quam *aedibus* posuit, ut verborum Graecorum difficultatem, quae nemini non obvia est, aliquatenus dissimularet. Reiskius: τοῖσδε μελάθροις ἐκτοπὸς ἔστω, *decedat ab his aedibus.* Idem εἰς ὁδῷ vertit

στόμα τ' εὔφημον ἅπας ἐξοσιούσθω.
τὰ νομισθέντα γὰρ αἰεὶ
Διόνυσον ὑμνήσω.
Ὦ μάκαρ, ὅστις εὐδαίμων,

qui (vel *quisquis*) *in via est.* Musgravius conjicit ἄκτυπος, *tranquillus.* Brunckius verba ἔκτοπος ἔστω ad eos pertinere putat, qui ἐν ὁδῷ erant, sequentia στόμα τ' εὔφημον ἅπας ὁσιούσθω, ad eos qui ἐν μελάθροις. Vel etiam ad hos pertinere putat ἔκτοπος ἔστω, *ut in interiore aedium parte se continere jubeantur, nec sacra usurpent oculis, ex tectis fenestrisve prospectantes.* Quae ipsius verba sunt. Nihil horum satis mihi facit. Hermannus et Matthiae ut Portus, nisi quod δὲ omittit Hermannus. Hermanni conjecturam confirmat MS. Palatini scriptura: τίς μελάθροις ἔκτοπος ἔστω. Ego nullam meliorem rationem novi, quam ut deleatur etiam τίς. Verbis μελάθροις ἔκτοπος ἔστω non eum sensum tribuo quem Reiskius, sed longe diversum: ἐκ τῆς ὁδοῦ ἔκτοπος ἔστω ἐν τοῖς μελάθροις. Si omnino servandum esset τίς, nescio an legi posset superiore versu: τίς ὁδῷ; τίς ὁδῷ; τίς;

70. Aldus ἅπας ὁσιούσθω. Si metrum anapaesticum esset, potius πᾶς ὁσιούσθω scripsisset poëta. Optime Pal. ἅπας ἐξοσιούσθω, quo admisso, versus nunc tribus pedibus Ionicis a minore constat. Simplex ὁσιοῦσθε legitur infra v. 113.

71. Multae edd. ex Hervagiana secunda κατὰ νομισθέντα. Hoc κατὰ, quod cogitatione supplendum in margine exempli sui monuerat Brodaeus, pro emendatione textus accepit typographus. Brodaei verba in impressis ita se habent: τὰ νομισθέντα, καλά· *ut solenne est ac legitimum.* Repone: τὰ νομισθέντα, κατά. Aldinam scripturam revocavit et explicuit Barnesius. Sensus est: αἰεὶ ὑμνήσω Διόνυσον, ὡς νομίζεται.

Ibid. Aldus αἰεί. Sic etiam Pal. et Laur. C. Hic tamen ita scriptum exhibet, ut facile pro ἀνὰ accipi possit. Unde ἀνὰ vel ἄνα Laur. D. Par. E. G. Omnes ante Musgravium hoc αἰεὶ cum ὑμνήσω conjunxisse videntur. Aldus ita interpungit: τὰ νομισθέντα γὰρ, | αἰεὶ Διόνυσσον ὑμνήσω. Musgravius vero τὰ ἀεὶ νομισθέντα significari contendit. Quo sensu rectius, ni fallor, diceretur τὰ ἀεὶ νομιζόμενα. Ambiguitatis vitandae caussa, tum etiam quia αἰεὶ in MSS. Par. non legitur, ἤδη reposuit Brunckius. [Jacobsius Animadvers. in Euripidem p. 106. aut εὐοῖ aut ὦνα, i. e. ὦ ἄνα. Matthiae αἰεὶ ut Aldus. *Ex Addendis.*]

72. Aldus Διόνυσσον v. 72. 82. 85. 155. Διονύσσου v. 555. Διόνυσσε v. 551. Διόνυσσ' v. 558. Haec omnia recte scripta exhibet Pal. qui tamen Διονύσσω habet v. 119. ubi Aldus Διονύσῳ. Laur. nonnunquam σ geminat a prima manu, sed saepius a correctore. Barnesius literam supervacaneam ubique delevit.

Ibid. Primam corripere ὑμνήσω monent Musgravius, Porsonus ad Med. 441. Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 47. aliique. Cujus licentiae exempla vide ad Sophoclis Ant. 352. οὔρειόν τ' ἀδμῆτα ταῦρον. Sed de horum numero eximendum est ὑμνήσω. Verba Διόνυσον ὑμνήσω versum faciunt ejusdem metri cujus sunt sex proxime sequentes, Ὦ μάκαρ, ὅστις εὐδαίμων, | τελετὰς θεῶν εἰδὼς, | βιοτὰν ἁγιστεύει, | καὶ θιασεύεται ψυχὰν, | ἐν ὄρεσσι βακχεύων, | ὁσίοις καθαρμοῖσιν, nisi quod primus et quartus longam syllabam initio additam habent.

73. Εὐδαίμων. Superfluum, ni fallor, epitheton praecedente μάκαρ. Lego igitur αἰδήμων, vere-

τελετὰς θεῶν εἰδὼς,
βιοτὰν ἁγιστεύει,
καὶ θιασεύεται ψυχὰν,
ἐν ὄρεσσι βακχεύων,
ὁσίοις καθαρμοῖσιν·
τά τε ματρὸς μεγάλας ὄρ-
για Κυβέλας θεμιτεύων,
ἀνὰ θυρσόν τε τινάσσων,
κισσῷ τε στεφανωθεὶς,
Διόνυσον θεραπεύει.
ἴτε Βάκχαι, ἴτε Βάκχαι,
Βρόμιον παῖδα θεὸν θεοῦ
Διόνυσον κατάγουσαι

cundus. Musgravius. Cujus conjecturam a Brunckio admissam recte repudiavit Matthiae. Obstat enim in primis Strabonis auctoritas, cui εὐδαίμονα (quod vulgatae anteponit Stephanus) tribuunt A. C. εὔδαιμον B. εὐδαίμων Aldus. Reiskii conjectura εὐδαιμόνων metro repugnat. Minime vero supervacaneum est εὐδαίμων, quippe quod θεοφιλὴς significet, vel potius peculiarem habeat sensum, quo Numa, verbi caussa, in deorum familiaritatem admissus, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ τὰ θεῖα πεπνυμένος dicitur a Plutarcho p. 61. A. Idem paullo post Endymionem aliosque simili fortuna usos εὐδαίμονας καὶ θεοφιλεῖς appellat. Εὐδαίμονες igitur οἱ μεμνημένοι, de quibus loquitur noster, non solum quia felices sunt, sed etiam quia majore quam ceteri mortales rerum divinarum scientia praediti. Noster Herc. 613. Μάχῃ. τὰ μυστῶν δ' ὄργι' εὐτύχησ' ἰδών.

74. Ἁγιστεύει pro ἁγνεύει.

75. Pal. θιασσεύεται. Vide ad v. 378.

76. Metri caussa scripsi ὄρεσσι pro ὄρεσι, et in antistrophico ἔτεκεν pro ἔτεκε.

77. Aldus ὁσίοισι καθαρμοῖς. Pal. ὁσίοισι καθαρμοῖσι. Heathius ὁσίοισιν καθαρμοῖς, quod tacite admisit Musgravius. Matthiae ut Aldus. Scripsi ὁσίοις καθαρμοῖσιν. In simili versu 89*. recte vulgo legitur λοχίαις ἀνάγκαισι.

78. Strab. A. B. τά τ' ἐμὰ πρὸς μεγάλας ἕρπων χυβέλας θεμιστεύων. Strab. C. τά τ' ἐμὰ πρὸς μεγάλας ὅπας θυμέλας θεμιστεύων. Ingeniosus esset, qui τά τε ματρὸς ex τά τ' ἐμὰ πρὸς erueret; longe ingeniosior, qui ὄργια Κυβέλας ex ὅπας θυμέλας, vel etiam ex ἕρπων κυβέλας.

79. Aldus Κυβέλας θεμιστεύων. Barnesius Κυβέλης θεμιστεύων. Matthiae ex emendatione Musgravii Κυβέλας θεμιτεύων.

80. Pal. ἀνᾶ θυρσόν (sic) τε τινάσσων. Pro Aldino ἀνὰ θύρσον Strab. A. habet ἀνὰ θύρσων, B. ἀναθύρσον, C. ἀναθύρσον. Vide ad v. 554.

81. Strabo κισσῷ στεφανωθεὶς θεραπεύει omisso Διόνυσον. Ejus testimonio defenditur κισσῷ. Metro melius conveniret πλόκαμον, vel alia quaevis ejusdem formae vox. Neque obstaret antistrophicus v. 97. ut suo loco dicetur.

83. Pal. ὦ ἴτε βάκχαι. ἴτε βάκχαι. Vide ad v. 153.

84. Strab. A. C. θεὸν θεοῖς. Strab. B. θεὸν θεοὺς. Strab. Ald. θεὸν θεοῦ.

Φρυγίων ἐξ ὀρέων Ἑλ-
λάδος εἰς εὐρυχόρους
ἀγυιὰς, τὸν Βρόμιον.
Ὅν ποτ', ἔχουσ' ἐν ὠδίνων 89
λοχίαις ἀνάγκαισι, 89*
πταμένας Διὸς βροντᾶς, 90
νηδύος ἔκβολον μάτηρ
ἔτεκεν, λιποῦσ' αἰῶ-
να κεραυνίῳ πλαγᾷ.
λοχίοις δ' αὐτίκα νιν δέ-
ξατο θαλάμοις Κρονίδας Ζεύς. 95
κατὰ μηρῷ δὲ καλύψας,
[1] *χρυσέαισιν συνερείδει*
περόναις κρυπτὸν ἀφ' Ἥρας.

1 χρυσέαισι ξυνερείδει

87. Aldus εὐρυχώρους. Barnesius ex emendatione Scaligeri recte εὐρυχόρους. Pal. a prima scriptura εὐρυχόρους, sed εὐρυχώρους ab eadem manu. Haud dissimili errore apud Euripidem El. 1198. in plerisque libris legitur χῶρον pro χορόν. Homericum εὐρύχορος saepius apud tragicos non legitur. [Euripidem fortasse in animo habuit grammaticus apud Demosthenem Midiana p. 611. D. μεμνῆσθαι Βάκχοιο, καὶ εὐρυχώρους κατ' ἀγυιὰς, | ἱστάναι ὡραίων Βρομίῳ χάριν ἄμμιγα πάντας. Ita vulgo. Hemsterhusius ad Lucianum T. I. p. 54. εὐρυχόρους—ὡραῖον—χορόν.

89. Ἔχουσα pro οὖσα. Euripides Cycl. 406. ἄλλοι δ', ὅπως ὄρνιθες, ἐν μυχοῖς πέτρας | πτήξαντες εἶχον. Aristophanes Ran. 716. καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. Quod exemplum attulit Musgravius. Insani esset vulgatam serio sollicitare. Speciosa tamen videtur Musgravii conjectura ὃν πόδ' ἔχουσ', *pedem habens in puerperii doloribus.* Euripides Hel. 74. εἰ δὲ μὴ 'ν ξένῃ | γαίᾳ πόδ' εἶχον, τῷδ' ἂν εὐστόχῳ πτερῷ | ἀπόλαυσιν εἰκοῦς ἔθανες ἂν Διὸς κόρης. Aldus πότ' εἶχον. Idem v. 986. ἢν δ', ἐς μὲν ἀλκὴν μή ποτ' ἀντιθῇ ποδί. [Schol. ad Il. Ξ. 325. Οὐδ' ὅτε περ Σεμέλης· Σεμέλης τῆς Κάδμου θυγατρὸς Ζεὺς ἐρασθεὶς, κρύφα συνευνάζεται. ἡ δὲ ἐξαπατηθεῖσα ὑπὸ Ἥρας, ἐπινεύσαντος αὐτῇ Διὸς πᾶν τὸ αἰτηθὲν ποιῆσαι, αἰτεῖται τοιοῦτον αὐτὸν ἐλθεῖν, οἷος ἦλθε μνηστευόμενος Ἥραν. Ζεὺς δὲ μὴ δυνάμενος ἀνανεῦσαι, παραγίνεται εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς ἐφ' ἅρματος ἀστραπαῖς καὶ βρονταῖς ὁμοῦ, καὶ κεραυνὸν ἵησιν. Σεμέλης δὲ διὰ τὸν φόβον ἐκλειπούσης, ἑξαμηνιαῖον τὸ βρέφος ὁ Ζεὺς ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάσας ἐνέῤῥαψε τῷ μηρῷ. ἡ ἱστορία παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Βάκχαις. *Ex Addendis.*]

93. Pal. κεραυνία πληγᾷ.

94. [Jacobsius Animadv. in Euripidem p. 107. λοχίαις παλάμαις, *manibus obstetricantibus.* Sic enim Latine reddit. *Ex Addendis.*] Aldus κρονίδα Ζεύς. Κρονίδα vocativum esse pro nominativo, ut νεφεληγερέτα et similia apud Homerum, monet Barnesius. Sed ea nominativi forma ne apud Homerum quidem in patronymicis obtinet. Recte igitur Pal. et Laur. κρονίδας, quod e MSS. Par. tacite admisit Brunckius. Matthiae Κρονίδα revocavit.

97. Pal. χρυσέαις. Laur. χρυσέαισι cum gl. συνίζησις. Quod etsi fortasse verum est, fortasse etiam

ἔτεκεν δ᾽, ἁνίκα Μοῖραι
τέλεσαν ταυρόκερων θεὸν,
στεφάνωσέν τε δρακόντων
στεφάνοις, ἔνθεν ἄγραν θυρ-
σοφόροι Μαινάδες ἀμ-
φιβάλλονται πλοκάμοις.
Ὦ Σεμέλας τροφοὶ Θῆ-
βαι, στεφανοῦσθε κισσῷ,
βρύετε, βρύετε χλοηρᾷ
μίλακι καλλικάρπῳ,

χρυσέαισι primam corripit, ut χρύσεα v. 372. Vide Hermannum Elem. Doctr. Metr. p. 44. Eadem ambiguitas apud Sophoclem Oed. T. 158. εἰπέ μοι, ὦ χρυσέας τέκνον ἐλπίδος ἄμβροτε φάμα.

100. Aldus recte ταυρόκερων. Hervagiana secunda ταυρόκερον, unde ταυροκέρων Barnesius. Sic etiam Musgravius, Schaeferus, Matthiae. Sed Brunckius recte ταυρόκερων, Quo epitheto jure usus est poëta. Nam Bacchus nascens patrem cornibus vulneravit. Etymologus p. 277, 35. οἱ μὲν Διόνυξον αὐτὸν ὀνομάζουσιν, ὅτι σὺν κέρασι γεννώμενος ἔνυξε τὸν Διὸς μηρόν. Plura vide ad vv. 920. 1157. [Scaliger ταυρόκερων θεάν, quod *lunam* significare videtur. *Ex Addendis.*]

101. Par. G. στεφάνωσαν natum e τέλεσαν superiore versu. Scaliger etiam στεφάνωσαν in eo libro, de quo dicturus sum ad v. 261.

102. Ἄγραν *captos serpentes* interpretatur Brodaeus. Neque meliorem interpretationem proferre possum.

103. Aldus θηροτρόφοι, quod ὀφιοτρόφοι significare monet Brodaeus. Defendi posset θηροτρόφοι, si opus esset, vel etiam θηροφόροι aut θηροφόνοι. Sed recte Laur. θυρσοφόροι, quod rejectum a Musgravio e MSS. Par. admisit Brunckius. Noster Cycl. 63. οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε χοροί, | Βάκχαι τε θυρσοφόροι. Verbum θυρσοφορεῖν exstat infra v. 557.

Ibid. Brunckius ἀμφεβάλλοντο. Versum strophicum, qui apud eum est Ἑλλάδος εἰς εὐρυχόρους ἀγυιάς, dimetrum anapaesticum appellat. *At ἀγυιάς non potest mediam brevem habere.* Verbis utor Hermanni p. 499. Matthiae ἀμφιβάλλονται revocavit.

105—110. De metro horum versuum vide Hermannum Elem. Doctr. Metr. p. 424.

107. MSS. E. G. χλοήρει, quod mihi elegantius videtur. Musgravius. In E. perspicue scriptum χλοηρᾷ: in G. χλοηρεῖ. Sed errorem in describendo admissum correxit ipse librarius, diphthongo ει superposita litera α. Χλοηρῆς autem an alicubi reperiatur, nescio: frustra illud quaesivi. Brunckius.

α

Pal. χλοηρεῖ. Laur. χλοηρεῖ. Mirum esset, si alicubi reperiretur nihili vox χλοηρῆς. Si in MSS. Par. conferendis accentuum rationem habuisset Musgravius, aliter de eorum scriptura judicasset. Si MSS. re vera praeberent χλοήρει, conferendum esset κισσήρεις apud Sophoclem Ant. 1132. Sed haud dubie recte se habet χλοηρᾷ, licet χλοηρὸς, quod sciam, nusquam alibi exstet. [Vix enim inter scriptores habendus est Pseudogregorius, apud quem legitur v. 675. πρῶτον μὲν εἰς χλοηρὸν ἷζον που νάπος. *Ex Addendis.*]

108. Aldus σμίλακι καλλικάρπῳ. Laur. σμίλακι καλικάρπῳ. Sed σ a correctore additum videtur. Recte

καὶ καταβακχιοῦσθε δρυὸς
ἢ ἐλάτας κλάδοισι.
στικτῶν τ' ἐνδυτὰ νεβρίδων
† στέφετε λευκοτρίχων πλοκάμων
μαλλοῖς. ἀμφὶ δὲ νάρθηκας ὑβριστὰς
ὁσιοῦσθ'. αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει.

Pal. μίλακι, quam scripturam e v. 702. a Brunckio expulsam revocavi. Aristophanes Nub. 1003. μίλακος ὄζων, καὶ ἀπραγμοσύνης, καὶ λεύκης φυλλοβολούσης. Hic etiam Brunckius σμίλακος.

109. *Καταβακχιοῦσθε*, *bacchamini*, eodem sensu quo dixit Virgilius: *virginibus bacchata Lacaenis Taygeta.* Ita Sophocles Incert. XCIV. Ὅθεν κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην | βροτοῖσι κλεινὴν Νύσαν, ἣν ὁ βούκερως | Ἴακχος αὑτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει. Plura ad Sophoclis Oed. T. 1093. καὶ χορεύεσθαι πρὸς ἡμῶν.

110. Pal. ἢ ἐλάτας κλάδοισιν. Laur. ἢ ἐλάτας ἐν κλάδοις, quod e MSS. Par. admisit Brunckius. Vulgatam revocavit Matthiae. Nihil autem obstat κλάδοισι, quo minus haec verba de coronis accipiantur. Dixit enim noster Alc. 762. στέφει δὲ κρᾶτα μυρσίνης κλάδοις. Confer omnino v. 701. ἐπὶ δ' ἔθεντο κισσίνους | στεφάνους, δρυός τε, μίλακός τ' ἀνθεσφόρου. Praeter ea tria coronarum genera, hic etiam memorantur abiegnae.

111. Pal. στικτῶν τ' ut Aldus. Par. E. G. et fortasse Laur. (cujus scripturam enotatam non habeo) στικτῶν δ'. Hoc δ' admisit Brunckius, repudiavit Matthiae.

Ibid. Aldus ἐνδυτὰν, quod ex emendatione Brodaei in ἐνδυτὸν mutavit Barnesius. Pal. ἐνδυκτά. Laur. recte ἐνδυτὰ, quod accentu mutato e MSS. Par. admisit Musgravius. Reiskius jam ἔνδυτα legendum monuerat. Brunckius et Matthiae ἔνδυτα. Plura de accentu vide ad vv. 138. 745.

112. Reiskius conjicit λευκοτρίχων ποκάδων (ovium) μαλλοῖς. Musgravius aut sic, aut λευκοτρίχων πλοκάμοις μαλλῶν. Hanc conjecturam admisit Brunckius. Matthiae ut Aldus. Si πρόβατον apud Euripidem exstaret, libenter legerem λευκοτρίχων προβάτων μαλλοῖς. Sed ne sic quidem nulla superesset difficultas. Sensus haud dubie est νεβρίδας ἐρίοισι στέφετε. Quid sint ἐριόστεπτοι κλάδοι, omnibus satis notum est. Quid autem sint ἐριόστεπτοι νεβρίδες, nemo monere operae pretium duxit.

113. Νάρθηκος sive ferulae mentio est apud nostrum Bacch. 113. 147. 251. 705. 1155. Hel. 1377. Re vera diversam a thyrso fuisse copiose ostendit Musgravius ad v. 705. Sed discrimen neglexit Euripides, qui νάρθηκα εὔθυρσον dixit v. 1155. fere ut κάματον εὐκάματον v. 66. Hunc Penthei νάρθηκα εὔθυρσον appellarat θύρσον vv. 835. 939. Simili modo, quod in manu tenet Cadmus, νάρθηξ dicitur v. 251. mox vero v. 254. θύρσος.

Ibid. Ad ὑβριστὰς haec scripsit Brodaeus: *quibus mystae obvios quosque per jocum caederent.* Mihi potius ὑβρισταὶ appellari videntur, quia ὑβρισταὶ habentur, qui eos gestant. Eadem sunt ναρθηκοφορεῖν et βακχεύειν, quod quantulum distet ab ὑβρίζειν, ostendit Athenaeus p. 36. E. Ὅθεν τινὲς τὴν Διονύσου γένεσιν καὶ τὴν τῆς ὕβρεως κατὰ ταὐτὰ γενέσθαι φασίν. Confer ὕβρισμα Βακχῶν v. 778. et similia.

114. Hoc ὁσιοῦσθε conjecturis frustra sollicitant Reiskius et Musgravius. Significat ὅσιοι ἴστε sive εὐσεβεῖτε. Verba ἀμφὶ νάρθηκας ὑβριστὰς ὁσιοῦσθε eandem habent constructionem, quam ὅσιοι περὶ ξένους, quod dixit noster Cycl.

Βρόμιος, ὅστις ἄγει θιάσους
εἰς ὄρος, εἰς ὄρος, ἔνθα μένει
θηλυγενὴς ὄχλος,
ἀφ' ἱστῶν, παρὰ κερκίδων τ'
οἰστρηθεὶς Διονύσῳ.
Ὦ θαλάμευμα Κουρή-
των, ζάθεοί τε Κρῆτας
Διογενέτορες ἔναυλοι,

125. Sensus est, monente Barnesio: *sanctis ritibus ferulas sumite.*

Ibid. Brodaeus *αὐτίκα γᾶ πᾶσα* (*omnibus in terris*) *χορεύσει | Βρόμιος*. Paullo melius Matthiae: *αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει | Βρόμιον*. Ita v. 1151. *Ἀναχορεύσωμεν Βάκχιον*. De qua constructione vide Brunckium ad Sophoclis Ant. 1151. Distinguo post *χορεύσει*, ut vulgo. Ceterum verba *γᾶ πᾶσα* non de universo genere humano, sed de solis Thebanis accipienda sunt.

115. Pal. *βρόμιος ὅτ' ἄγη θιάσους*. Laur. *ὅτ' ἄγη* a prima manu, *ὅστις ἄγει* a correctore. Quod si recte se habet, sensus est: *Βρόμιός ἐστιν, ὃς ἄγει θιάσους*. Simile est, quod legitur v. 141. *ὁ δ' ἔξαρχος, Βρόμιος*. Sed magnopere vereor, ne metri caussa ex conjectura repositum sit *ὅστις*. Quum MSS. praebeant *ὅτ' ἄγη*, suspicor Euripidem aut *ὁπότ' ἂν ἄγη* aut *εὖτ' ἂν ἄγη* scripsisse, quorum utrumvis metro satis facit.

118. Aldus *ἀφ' ἱστὸν*. Pal. *ἀμφ' ἱστῶν*. Laur. *ἀφ' ἱστῶν*, quod ex emendatione Brodaei in Hervagianam secundam admissum est. Sic etiam Stephanus.

Ibid. Pal. *παρακερκίδων | τ'*. Laur.
ὲ
π κερκίδων | τ'. Verba *ἀφ' ἱστῶν παρὰ κερκίδων τε* vertit Brodaeus: *telis radiisque textoriis relictis*. Conferendum Homericum *παρὰ νηῶν* et similia. Reiskio placet *ἀπὸ κερκίδων τ'*. *Nam παρὰ* (inquit) *notat caussam efficientem, quae hic erat Bacchus, non radii textorii*. Imo, caussam efficientem notat dativus *Διονύσῳ*, quem *ὑπὸ Διονύσου* significare monui ad v. 65. Confer ipsius Bacchi verba v. 32. *τοιγάρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων ᾤστρησ' ἐγὼ | μανίαις*.

[120. *Ὧι*, *cui*, scil. Baccho. Reiskius. Heathius *τῶν θαλάμευμα Κουρήτων*. Confer cum vulgata, si tanti est, exordia Alcestidis, Andromaches et Electrae, necnon hujus fabulae v. 519. et sequentes. *Ex Addendis.*]

121. *Κρῆτες* adjectivum est cum *ἔναυλοι* connectendum. Musgravius. Aldus: *ζάθεοί τε Κρῆτες, | διογενέτορες ἔναυλοι*. Pal. *ζάθεοί τε κρήτας | διογενέτορες ἔναυλοι*. Sic etiam Laur. a prima manu,
ε
qui nunc habet *κρῆτας*. Strab. A.
ε ε
ζάθεοί τε κρῆτας διογενέτορας ἔνθ' αὐλὸς. Strab. B. *ζαθέοιό τε κρήτας διογενέτορος ἔνθ' αὖλοι*. Strab. C. *ζάθεοί τε κρῆτες διογενέτορες ἔνθ' αὖλις*. Strab. Ald. *Ζάθεοί τε κρῆτες Διογενέτορες ἔναυλοι*. Admisi *Κρῆτας*, quod inter duos nominativos plurales positum facile in *Κρῆτες* mutari potuit. Nec male legeretur *διογενέτορος*. Sed praestare videtur quod in pluribus libris exstat. Vide ad Heracl. 750. ubi vereor ut recte mutarim Aldinam scripturam: *καὶ λαμπρόταται θεοῦ | φαεσίμβροτοι αὐγαί*.

122. *Διογενέτορες ἔναυλοι* non sunt *Jove geniti incolae*, quae Porti interpretatio est, neque *Jovis genitores incolae*, quae Heathii, sed potius *natalicia Jovis domicilia*, ut Musgravius. Brodaeus *ἔναυλοι* interpretatur *μυχοί*. Noster Temenid. XVIII. *βὰς κατ' ἐναύλους ὀρέων*

ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις
βυρσότονον κύκλωμα τόδε
μοι Κορύβαντες ηὗρον·
ἀνὰ δὲ βάκχια συντόνῳ

ἀβάτους, | ἐπὶ λειμῶνας ποιμένι' ἄλση τ'. Confer etiam Hel. 1113. Herc. 371. [Ineptissime Reiskius ἔναυλοι idem significare monet quod σύναυλοι, *sub concentu tibiarum. Alias* (inquit) *mallem* ἔνοπλοι, cum scutis. Nec melius Heathius Διογενέτορος ἐν αὐλῇ. *Saturni in aula. Ex Addendis.*] Quod ad Διογενέτορες attinet, fatendum est ὁμογενέτορα apud Euripidem Phoen. 168. significare ὁμογενῆ. Συγγενέτειρα etiam (quod a συγγενέτωρ derivatum est) ab eo El. 746. pro συγγενὴς dictum est. Sed exstant γενέτωρ, *genitor*, γενέτειρα, *genitrix*, unde magis analogiae consentaneum videtur Διογενέτορες activo quam passivo sensu.

123. Aldus τρικόρυθές τ' ἐν ἄντροις. Pal. ἔνθα τρικόρυθες ἐν ἄντροις. Sic etiam Laur. nisi quod ἔνθα a correctore περιγέγραπται. De quo more vide Bastium Comment. Palaeogr. p. 857. Par. G. ut Laur. Alter Par. τρικόρυθες ἐν ἄντροις omisso ἔνθα. Strab. A. ἔνθα τρικόριθες ἀνθοῦσι. Strab. B. ἔνθα τρικόρυθες ἀνθ' ὧν. Strab. C. ἔνθα τρικόρυθες ἀνθοῦσι. Strab. Ald. ἔνθα τρικόρυθες ἀνθ' οἷς. Recte Musgravius ἔνθα (in textu Ἔνθα) τρικόρυθες ἄντροις. Duae breves syllabae κόρυ uni longae καὶ respondent. Brunckius τρικόρυθές γ' ἔν' ἄντροις scripsit. Sed ἔνθα vix et in MSS. nostris et apud Strabonem reperiretur, nisi ab Euripide profectum esset.

Ibid. Grammaticus apud Eustathium p. 803, 58. φάλοι, ὀμφαλοὶ ἀσπίσι μικραῖς παραπλήσιοι. καὶ κεῖνται κατὰ τὸ μέτωπον, ὑπερέχοντες τῶν ὀφρύων, ἀποσκιάζοντες τὴν τοῦ ἡλίου αὐγὴν, οἷαι τῶν Παλλαδίων καὶ τῶν Κορυβάντων αἱ κόρυθες. Exstant τρίκορυς et τρικόρυθος. Hoc legitur apud nostrum Or. 1430.

124. [Eustathius p. 771, 54. ἐκεῖ εὑρέθη αὐλὸς καὶ τύμπανον, ὃ βυρσότονον κύκλωμα Εὐριπίδης καλεῖ. *Ex Addendis.*] Hesychius: Βυρσότονον [κύκλωμα]: τύμπανον. Ita vulgatam corrigunt viri docti. Altera forma βυρσοτενὴς exstat Hel. 1362. ubi Aldus: τύμπανά τε λάβετε πυρσογενῆ.

Ibid. Delendum forte τόδε ob metrum. Musgravius. Deleri non potest, nisi deleatur etiam δρυὸς v. 109. quod sensus abesse non patitur.

125. [*Μοι* abundat, vel debet reddi: *quod in manibus, prae manibus habeo.* Reiskius. *Ex Addendis.*] Aldus εὗρον. E Pal. admisi ηὗρον. Vide v. 203. 279. 682. 1389.

126. Aldus: ἀνὰ δὲ βακχεία συντόνῳ | κέρασαν ἡδυβόα Φρυγίων | αὐλῶν πνεύματι. E Pal. nihil enotatum est. Laur. incertum βακχείᾳ an βακχία, cetera ut vulgo. Strabo: ἀνὰ δὲ βακχεία συντόνῳ κέρας, ἀνὰ δύο βοᾶν φρυγίων αὐλῶν πνεύματι. Brodaeus: ἀνὰ δὲ βακχείᾳ, σὺν τῇ βακχείᾳ, *aut*, τῇ βακχείᾳ ἀνεκέρασαν, *et tympani strepitum cum tibiarum Phrygiarum sono miscuerunt.* Idem: ἡδυβόᾳ, *suavi.* Portus in textu βακχείᾳ, cetera ut Aldus. Vertit tamen ἡδυβόα—πνεύματι *dulcisono—flatus*, quasi πνεύματα legerit. Quum vero non dicatur ἡδύβοος, sed potius ἡδυβόας, conjicit in annotatione βακχείαν σύντονον (φωνὴν scilicet) et ἡδυβόᾳ πνεύματι. Barnesius ἡδυβόᾳ, cetera ut Portus, cujus versionem quoque servavit. Reiskius aut βακχείῳ (πνεύματι) legendum censet; aut βακχείαις, ut sensus sit ἀνεκέρασαν δὲ ἐν βακχείαις κ. τ. λ. Heathius Porti βακχείαν σύντονον probat. Musgravius in textu Aldum

κέρασαν ἁδυβόᾳ Φρυγίων
αὐλῶν πνεύματι, ματρός τε Ῥέας εἰς
χέρα θῆκαν, κτύπον εὐάσμασι Βακχᾶν.
παρὰ δὲ μαινόμενοι Σάτυροι
ματέρος ἐξανύσαντο θεᾶς,
εἰς δὲ χορεύματα
[1] *συνῆψαν τριετηρίδων,*
[2] *αἷς χαίρει Διόνυσος.*

1 ξυνῆψαν
2 οἷς

sequitur, in annotatione vero haec habet: βάκχεια [sic], *Edd. recentiores errore typographico βακχείᾳ. MS. G. βάκχια. Legendum ni fallor* βάκχικα [sic], *subintelligendo* ὄργια *vel* ἱερά. Deinde: *Legendum puto cum Barnesio* ἡδυβοᾷ [sic], *sive id casu in Barnesianae contextum venit, sive aliter.* Brunckius Porti conjecturam admisit. Schaeferus: *ἀνὰ δὲ Βάκχεια συντόνῳ | κέρασαν ἡδυβόᾳ κ. τ. ἑ.* Tandem veram scripturam, metro quoque necessariam, protulit Matthiae. Idem valet *ἀνὰ δὲ βάκχια* quod *ἐν βακχίοις*. Ipsum vide Gramm. Gr. §. 579. p. 888.

127. Aldus *κέρασαν ἡδυβόα*, ut jam monui. Strabo *κέρας ἀνὰ δύο βοᾶν* (vel *βοάν*). Ex qua scriptura quamvis corrupta constare videtur legendum esse *ἁδυβόᾳ*.

128. Strab. A. B. C. *ματρὸς στερεᾶς εἰς χέρα θῆκαν*. Strab. Ald. ut vulgo apud Euripidem. Brunckius, ut τῷ *καλλίκτυπον* locum faceret, intoleranda sane audacia *θῆκαν τε Ῥέας εἰς χέρα* dedit ex conjectura Musgravii. Vulgatam, quod miror, non revocavit Matthiae.

129. Aldus: *κτύπον ἔν τ' ἄσμασι βακχᾶν*. Pal. *κτύπον ἐν ἄσμασι βακχᾶν*. Laur. ut Aldus, sed τ' additum videtur a correctore. Strabo *καλλίκτυπον εὔασμα βακχᾶν*. Quam scripturam vulgata longe meliorem appellat Stephanus. Brunckius ex conjectura Musgravii *καλλίκτυπον εὐάσμασι Βακχᾶν*. Revocavi Canteri conjecturam a Barnesio olim admissam. Dativus *εὐάσμασι* iterum legitur v. 151. Vide ad *εὐάζω* v. 1035.

[150. Reiskius: *παρὰ δὲ δεχόμενοι* pro *παραδεχόμενοι*. Ejus interpretationem silentio praetereo. *Ex Addendis.*].

131. Strabo A. B. C. *ματέρος ἐξαῦσαντο ῥέας*. Strab. Ald. *ματέρος ἐξαννύσαντο ῥέας*. Recte vulgo *ἐξανύσαντο*, quod *peregerunt* vertunt Portus aliique, subaudito scilicet *sacra*, et activa forma cum media confusa. Unde Brodaeus: *Θεᾶς. placet θέας, Ludos, Megalesia. Qui θεᾶς legunt, his necesse est μητρῷα subaudire.* Rectius Heathius *obtinuerunt.* Ordo est: *παρὰ δὲ ματέρος θεᾶς ἐξανύσαντο μαινόμενοι σάτυροι.* Confert Brunckius Aeschylum Prom. 699. *Τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα | κούφως.* Miror autem Musgravium potius conjecisse *ματέρος ἐξάνυσαν τελετὰς*, quam in Heathii interpretatione acquievisse.

133. Strabo *προσῆψαν*.

Ibid. Oppianus Cyneg. IV. 235. *οἰνάδες, ὀσχοφόροι, τριετηρίδες, ἀνθοκάρηνοι, | Βάκχου φοιταλιῆος ἐγερσιχόροιο τιθῆναι.* Unde fortasse Joannes Nicolai apud Jac. Gronovium Thes. T. VII. p. 201. F. inter Bacchi sacerdotes sive ministras etiam *Τριετηρίδας* enumerat. Nihil tale docet Statius Theb. IV. 722. *Ludus et atra sacrum recolet trieteris Ophelten.* Neque Cicero de Natura Deor. III. 23. *Dionysos multos habemus:——quintum Niso natum et Thyone, a quo trieterides constitutae putantur.* Plura de Trietericis Virgilii interpretes ad Aen. IV. 302.

134. Strabo *οἷς, χορεύμασι* scilicet, nescio an rectius.

† Ἡδὺς ἐν ὄρεσιν, ὅτ' ἂν
ἐκ θιάσων δρομαίων
πέσῃ πεδόσε, νεβρίδος ἔχων
ἱερὸν ἐνδυτὸν, ἀγρεύων
αἷμα τραγοκτόνον, ὠμοφάγον χάριν,
ἱέμενος εἰς ὄρεα Φρύγια, [1] Λύδια.

[1] Λύδιά θ'.

135. Sequitur epodus, cujus neque metrum neque sensus ex omni parte perspicuus est. Ceteris difficiliora sunt prima verba, quae in Aldina ita leguntur: ἡδὺς ἐν ὄρεσιν, ὅταν | ἐκ θιάσων δρομαίων | πέσῃ πεδόσε. Nihil valet Musgravii conjectura ἦδος ἐν ὄρεσιν, *voluptas in montibus*. Aliae sunt conjecturae hac nihilo meliores.

Ibid. Laur. οὔρεσιν, quod e MSS. Par. admisit Brunckius, in cujus recensione primi duo versus ita se habent: ἡδὺς ἐν οὔρεσιν, ὅταν ἐκ θιάσων | δρομαίων πέσῃ. Prior anapaesticus est, alter dochmiacus. Ego potius ὀρέσσιν scribendum puto, ut epodus a duobus paeonibus incipiat. Confer vv. 140. 157. 161. 163. Jam dedi ὄρεσσι pro ὄρεσι v. 76.

[136. Jacobsius Exercitationibus Crit. T. I. p. 146. verba ἐν ὄρεσιν ὅταν ἐκ θίασος δρόμων (sic enim legendum statuit) πέσῃ πεδόσε in parenthesi ponenda censet. *Ex Addendis.*]

137. Pal. πεύσῃ πεδός σε νεβρίδος ἔχων. Unde nihil extrico. Reiskius πεδόθεν legendum contendit.

138. Matthiae ἔνδυτον. Ceteri omnes ἐνδυτόν. Ipse Matthiae ἐνδυτὰ v. 111.

Ibid. Pal. ἀγορεύων. Sic etiam Laur. a prima manu.

139. Praestaret προπαροξυτόνως scribere τραγόκτονον, ἤγουν αἷμα τῶν τράγων τῶν κτανθέντων, εἴτε φονευθέντων. Portus. Αἷμα hic φόνον significat, ut apud nostrum Or. 829. τίς νόσος, ἢ τίνα δάκρυα, | καὶ τίς ἔλεος μείζων κατὰ γᾶν, | ἢ ματροκτόνον αἷμα χειρὶ θέσθαι; Ibid. 1649. δίκην ὑπόσχες αἵματος μητροκτόνου. Idem θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις dixit Iph. T. 384. βορᾷ χαίρουσιν ἀνθρωποκτόνῳ Cycl. 127. Activo sensu sumuntur adjectiva ἀνθρωποκτόνος, βροτοκτόνος, μητροκτόνος, τραγοκτόνος.

Ibid. Ὠμοφάγον χάριν. Bacchae, ut alias docui, crudis carnibus vesci solitae sunt. Brodaeus. [Schol. ad Apollonium I. 636. Θυάσιν ὠμοβόροις ἴκελαι:—τὸ δὲ ὠμοβόροις ὅτι πολλάκις τῇ μανίᾳ κατασχεθεῖσαι, καὶ ὠμοσπάρακτα ἐσθίουσιν, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις φησίν. *Ex Addendis.*] Clemens Alex. Cohort. ad Gentes p. 11, 15. a Musgravio allegatus: Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ (an Ὠμοφάγια) τὴν ἱερομηνίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεανομίας τῶν φόνων, ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν, ἐπολολύζοντες Εὐάν. Apud Plutarchum Themistocle p. 119. A. ὠμηστοῦ Διονύσου mentionem esse monet Heathius. Typographi errore, necne, apud Brodaeum legatur ὠμοφάγον χάριν, incertum est. Hervagiana secunda ὠμοφάγων, quod consulto admissum videtur. Aldinam revocavit Brunckius. Revocare voluit, ni fallor, Musgravius, cujus annotatio ita se habet: ὠμοφαγὸν [sic]. *Ita MSS. E, G. Ed. Ald.* ὠμοφαγὸν [sic]. Reiskius etiam, qui ed. Aldina non utebatur, ὠμοφάγον χάριν, *voluptatem crudivoram.* Simile est χαρμοναῖσιν ἀνδροβρῶσι, quod dixit noster Herc. 385. Apud Hesychium legendum videtur: Ὠμοφάγους δαιταλεῖς: τοὺς τὰ ὠμὰ κρέα μερίζοντας καὶ ἐσθίοντας.

140. Noster Phoen. 153. Ἀλλά νιν ἁ κατ' ὄρη μετὰ ματέρος | Ἄρτεμις ἱεμένα, | τόξοις δαμάσασ' ὀλέ-

ὁ δ' ἔξαρχός, Βρόμιος, εὐοῖ. 141
ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν 143
νέκταρι, Συρίας δ' ὡς λιβάνου καπνός. 144
ὁ Βακχεὺς δ' ἔχων 145
πυρσώδη φλόγα πεύκας
ἐκ νάρθηκος, ἀΐσσει,

σειεν. Hiatus vitandi caussa fortasse legendum Λύδιά θ', Reiskius αὐδᾷ, *clamat.*

141. Aldus: ὅδ' ἔξαρχος βρόμιος, εὐοῖ. Recte interpungunt alii, ut sensus sit: ὁ δὲ ἔξαρχος, Βρόμιός ἐστιν. ["Εξαρχος vox Homerica. Il. Ω. 720. παρὰ δ' εἷσαν ἀοιδοὺς | θρήνων ἐξάρχους. Demosthenes de Cor. p. 516. R. ἔξαρχος καὶ προηγεμὼν καὶ κιττοφόρος καὶ λικνοφόρος καὶ τὰ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν γραδίων προσαγορευόμενος. *Ex Addendis.*] Plutarchus T. II. p. 65. C. ἦν δὲ ὁ Μήδιος τοῦ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον χοροῦ τῶν κολάκων οἷον ἔξαρχος. Apud eundem Numa p. 67. C. legitur ἔξαρχος τῶν ἱερῶν. Quo exemplo usus est Stephanus in Thesauro Ling. Gr.

Ibid. Pal. εὖ οἶ.

142. Simile est, quod ita reddunt Alexandrini Exod. 3, 8. καὶ εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς εἰς γῆν ἀγαθὴν καὶ πολλήν, εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Confert Brunckius Horatium Carm. II. 19, 9. *Fas pervicaces est mihi Thyades, | vinique fontem, lactis et uberes | cantare rivos, atque truncis | lapsa cavis iterare mella.* Confert etiam hujus fabulae vv. 705—710.

144. Pal. νέκταρ.

Ibid. Pal. συρείας. Aeschylus Ag. 1321. Οὐ Σύριον ἀγλάϊσμα δώμασιν λέγεις. Reiskius legendum censet: Συρίας δ' ὠλιβάνου κάπνος | ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει. Ut versus ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει huc transferri possit, aut aliquid deesse, aut ῥίπτων v. 150. in ῥίπτει mutandum statuit. Rectius alii ἐστὶν supplendum monent. Portus: *Syriaci vero tanquam thuris fumus* inde spirat.

145. Laur. a prima manu: ὁ βακχεὺς δ' ἔχων πῦρ: ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει. | πυρσώδη φλόγα πεύκας. Corrector πῦρ delevit, transpositionis notas β α addidit. Locum ita distinguit Aldus: ὁ βακχεὺς δ' ἔχων | πυρσώδη φλόγα πεύκας, | ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει. Nulla certe difficultas in verbis ἔχων πυρσώδη φλόγα πεύκας, quibus similia φλέγοντ' ἀγλαῶπι πεύκα habet Sophocles Oed. T. 215. Major in ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει, quae ita vertit Portus: quae [φλὸξ scilicet] *ex ferula emicat.* Barnesius vero: *ex ferula emicare* facit, *quassando.* Tertia ratio est Heathii, qui tres versus ita reddit: *Bacchus habens rutilantem flammam facis ferulae affixam, vel e ferula pendentem, impetu fertur.* Monet etiam Musgravius: *Videntur Bacchantes tedas suas non manibus prehensas, sed ferulis insertas gestasse.*

147. Ἀΐσσει Hebraeorum more, *emicat* pro *emicare* facit. Barnesius. Quem turpiter hallucinari statuit Piersonus Verisim. p. 124. emendandum vero αἰθύσσει. Hodie inter omnes convenit, activam significationem τῷ ἀΐσσειν sine soloecismo tribui posse. De qua re videndus in primis Porsonus ad Or. 1427. Altera quaestio est, utrum scribendum ἀΐσσει an ᾄσσει. Licet metrum incertum sit, eo melior videtur forma trisyllaba, quod hunc versum superiori similem reddit. Qui ἀΐσσειν Atticis omnino abjudicant, eodem errore teneri mihi videntur, quo teneretur, qui ex eo quod ᾄδειν apud eos passim legitur, omnia alterius formae ἀείδειν exempla corrupta pronunciaret. Vide Porsonum ad Hec. 31. cujus exemplis adde Euripidem Suppl. 962.

δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων πλανάτας,
ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων,
τρυφερὸν[1] πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων. [1] πλόκων
ἅμα δ' ἐπ' εὐάσμασιν ἐπιβρέμει
τοιάδ'· Ὦ ἴτε Βάκχαι,
ὦ ἴτε Βάκχαι,
Τμώλου χρυσορόα χλιδᾷ,
μέλπετε τὸν Διόνυσον
βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων,

148. Aldus δρόμῳ καὶ χοροῖς. Pal. δρόμω καὶ χοροῖς. Etiam Laur. καὶ χοροῖς, quod ideo moneo, quia Par. E. ab eo derivatus τοῖς χοροῖς habet. Brunckius τοὺς χοροὺς reposuit. Matthiae καὶ χοροῖς revocavit. [Si recte, sensus est εἰς δρόμον καὶ χοροὺς ἐρεθίζων. Ita fere v. 869. θωΰσσων δὲ κυναγέτας | συντείνῃ δρόμημα κυνῶν, | μόχθοις τ', ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις. Ubi vide annotata. Mihi in mentem venerat δρόμῳ τε χοροὺς. *Ex Addendis.*] Quod ad χοροὺς attinet, favere videtur cod. Palatini scriptura χοροῖς. Neque nimis audax conjectura τε pro καί. Confer omnino Rhes. 374. ubi pro Aldina scriptura, σχιστὰν παρ' ἄντυγα κώλοις ἐρεθίζων, reponendum statuunt viri docti: ξεστὰν παρ' ἄντυγα πώλους ἐρεθίζων.

Ibid. Pal. πλάνας. Reiskio placet πλανάταις. Recte, ut mihi quidem videtur, modo retineatur χοροῖς. Πλανάτας accusativum esse monet Heathius. Nescio an scribendum πλάνατας sive πλάνητας. Nominativus πλάνης in hac ipsa fabula legitur v. 716. Sed metrum incertum etiam scripturam incertam reddit.

149. Laur. ἰαχαῖς τ' ἂν ἀπ' ἄλλων. Ἰαχαῖς hic mediam producere videtur, ut plerumque apud Atticos. De ἀναπάλλων vide ad v. 1188.

150. Metrum melius se habiturum monet Heathius, si legatur πλόκαμόν τ'. Opinor, ut versus sit hexameter heroicus ab initio mutilus. Brunckius dedit πλόκαμον ἐς, proceleusmaticum pro anapaesto. Matthiae ut Brunckius. Burgesius πλόκον εἰς, quod haud dubie praeferendum, si metrum re vera anapaesticum est. Πλόκος enim pro πλόκαμος dictum exstat apud nostrum Ion. 1266. Herc. 233. El. 527. Diverso sensu Med. 786. ubi cod. Vossianus πλόκαμον.

151. Laur. ἅμα δ' ἐπευάσμασιν. Malim ἅμα δ' εὐάσμασιν. Sed vulgata recte se habere videtur.

Ibid. Laur. post ἐπιβρέμει inserta habet verba ἐπὶ (sic) λίγει ἤχει cum gl. περισσόν. Quae e glossemate orta videntur. Talia additamenta apud tragicos haud raro occurrunt. Nonnulla indicabo ad Sophoclis Oed. T. 896. ubi post verba τί δεῖ με χορεύειν multi codices et ipsae membranae Laurentianae addunt: πονεῖν ἢ τοῖς θεοῖς.

153. Laur. ἴτε βάκχαι omisso ὦ. Superiori versu ut vulgo.

154. [Χρυσορόου. Nam e monte Tmolo profluit Pactolus auriferum flumen. Brodaeus. Herodotus I. 93. θώματα δὲ γῆ Λυδίη ἐς συγγραφὴν οὐ μάλα ἔχει, οἷά τε καὶ ἄλλη χώρη, πάρεξ τοῦ ἐκ τοῦ Τμώλου καταφερομένου ψήγματος. Vide etiam Strabonem p. 625. D. *Ex Addendis.*] Χλιδᾷ, μετὰ χλιδῆς. Brodaeus. Aldus Τμώλου χρυσορόου χλιδᾷ. Quae scriptura, ni fallor, bis mendosa est. Genitivum χρυσορόου a nominativo χρυσόροος derivat Heslerus. Ego vero a χρυσορόας derivandum puto. Ejus-

εὔια τὸν εὔιον ἀγαλλόμεναι θεὸν 158
ἐν Φρυγίαισι βοαῖς ἐνοπαῖσί τε, 159
λωτὸς ὅτ' ἂν εὐκέλαδος ἱερὸς ἱερὰ 161
παίγματα βρέμῃ[1] *σύνοχα Φοιτάσιν. —* 1 ξύνοχα 163
εἰς ὄρος, εἰς ὄρος ἡδομένα δ' ἄρα 165
(πῶλος ὅπως ἅμα ματέρι φορβάδι) 167
κῶλον ἄγει ταχύπουν· σκιρτήμασι Βάκχα. 169

dem formae est ὠκυρόας, cujus accusativus legitur v. 569. Minus poëticum, nec tamen analogiae contrarium, est χρυσόροος sive χρυσόῤῥοος. Reposui igitur χρυσορόα. Deinde Musgravium aliosque sequutus dedi χλιδὰ ex conjectura Reiskii, qui vertit: *o Bacchae, quae estis decus atque deliciae Tmoli.*

158. *Εὔια* adverbii loco, *Bacchico more.*

161. Pal. recte ὅτ' ἂν vv. 161. 281. nec saepius in hac fabula, modo solita diligentia usus sit Amatius. Ego semper ὅτ' ἂν scribo, licet codices optimi et vetustissimi haud raro ὅταν exhibeant.

η

163. Pal. βρέμει.

Ibid. *Σύνοχα*, *congrua.* Hervagiana tertia typographi errore σύνωχα, quod pro varia lectione consulto admissa accepit Barnesius. Noster Hel. 168. εἴθ' ἐμοῖς γόοις | μόλοιτ', ἔχουσαι τὸν Λίβυν | λωτὸν, ἢ σύριγγας, αἰλίνοις κακοῖς | τοῖς ἐμοῖσι σύνοχα δάκρυα, | πάθεα πάθεσι, μέλεα μέλεσι.

Ibid. Φοιτάσιν est nomen loco participii φοιτώσαις, quod sui verbi constructionem servat. Portus. Vulgo enim φοιτάσιν εἰς ὄρος sine distinctione, quod *euntibus in montem* reddit Portus. Sed φοιτάσιν plus significat quam *euntibus*, nempe Μαινάσιν. Aeschylus Ag. 1282. καλουμένη δὲ φοιτὰς, ὡς ἀγύρτρια, | πτωχὸς, τάλαινα, λιμόθνης ἠνεσχόμην.

165. A quo verbo vel participio pendeant verba εἰς ὄρος, εἰς ὄρος, quae vulgo plenam distinctionem sibi subjectam habent, non adeo facile esse dictu recte monet Musgravius, cui quidquid inter ὦ ἴτε Βάκχαι v. 153. et εἰς ὄρος interjectum legitur, διὰ μέσου positum videtur. Mutavi distinctionem, ut ordo sit: ἡδομένα δ' ἄρα Βάκχα, κῶλον ταχύπουν εἰς ὄρος ἄγει σκιρτήμασι. Ab eodem verbo ἄγει pendent eaedem voces εἰς ὄρος, εἰς ὄρος v. 116. Eadem interpretatio tandem Musgravio in mentem venisse videtur. Scripsit enim in margine exempli sui: *An horum versuum sedes intermutanda.* Scilicet ut legatur: ἡδομένα δ' ἄρα εἰς ὄρος, εἰς ὄρος. Sed obstat vocalium concursus. Neque raro particulam δὲ post plures voces collocant tragici, quod Musgravio displicuisse videtur. [Exemplum insigne vide apud nostrum Ion. 1187. κοὐδεὶς τάδ' ᾔδειν. ἐν χεροῖν ἔχοντι δὲ | σπονδὰς μετ' ἄλλων παιδὶ τῷ πεφηνότι, | βλασφημίαν τις οἰκετῶν ἐφθέγξατο. Plura exempla dedisse Erfurdtium in Observationibus Crit. ad Athenaeum in Horreo philosophico Regiomontano ad Athenaei p. 225. F. monet Seidlerus ad Tro. 831. *Ex Addendis.*]

Ibid. Verba ἡδομένα δ' ἄρα et quae sequuntur alii aliter distinguunt. Aldus post πῶλος iterumque post ταχύπουν interpungit. Optima videtur Musgravii ratio, quo auctore verba πῶλος ὅπως ἅμα ματέρι φορβάδι parenthesi inclusa nunc leguntur.

169. Aldus βάκχου. Bacchi σκιρτήματα sunt; quorum auctor est Bacchus. Sed in vulgata scriptura nihil habet ἄγει a quo pendeat. Sequor igitur Brunckium, qui Musgravii conjecturam Βάκχα ad-

ΤΕΙ. Τίς ἐν πύλαισι Κάδμον ἐκκαλεῖ δόμων,
Ἀγήνορος παῖδ᾽, ὃς πόλιν Σιδωνίαν
λιπὼν, ἐπύργωσ᾽ ἄστυ Θηβαίων τόδε;
ἴτω τις, εἰσάγγελλε, Τειρεσίας ὅτι
ζητεῖ νιν. οἶδε δ᾽ αὐτὸς, ὧν ἥκω πέρι,
ἅ τε ξυνεθέμην πρέσβυς ὢν γεραιτέρῳ,
θύρσους ἀνάπτειν, καὶ νεβρῶν δορὰς ἔχειν,
στεφανοῦν τε κρᾶτα κισσίνοις βλαστήμασιν.
ΚΑ. Ὦ φίλταθ᾽, ὡς σὴν γῆρυν ᾐσθόμην κλύων,

misit. Reiskio placet *Βάκχος*. Addit: *redit enim ad ἔχει*. Quod vix intelligo. Melior est Burgesii scriptura ἄγω σκιρτήμασι Βάκχου.

170. Hunc versum cum duobus sequentibus Tiresiae famulo tribuit Laur. qui ad v. 170. personam habet Θεράπων, ad v. vero 173. Τειρεσίας. Idem de MSS. Par. monet Brunckius. In indice personarum legitur Θεράπων. Sed is Penthei servus est, qui non nisi post v. 433. in scenam inducitur.

Ibid. Vulgatam hujus versus scripturam non improbo. Ita noster Hel. 898. τίς εἰσ᾽ ἀδελφῷ τόνδε σημανῶν ἐμῷ | παρόνθ᾽, ὅπως ἂν τοὐμὸν ἀσφαλῶς ἔχῃ. Sed non male legeretur, ne una quidem litera mutata: Τίς ἐν πύλαισι; Κάδμον ἐκκάλει δόμων. [Ita Bergler. ad Aristophan. Pac. 179. *ED. LIPS.*] Ut hic Τίς ἐν πύλαισι, ita Τίς πρὸς πύλαισι dicitur Hel. 444. Paullo plenius noster Phoen. 1074. Ὠή, τίς ἐν πύλαισι δωμάτων κυρεῖ; | ἄνοιγετ᾽, ἐκπορεύετ᾽ Ἰοκάστην δόμων.

173. Pal. ἴτω τίς v. 173. λάβῃ τίς v. 265. δόκει τί v. 312. στειχέτω τίς v. 346. δόξει τίς v. 480. ἐξεύροι τίς v. 488. καί τίς v. 822. et fortasse plura. Similia nonnulla in Laur. leguntur. Aut meliores codices sequutus est Aldus, aut suo judicio usus est. Vide tamen annotata ad vv. 473. 612. 832. 1028.

176. Malim ἀναίρειν, *elevare, attollere*. MUSGRAVIUS. Sensus videtur esse θύρσους ἀνάπτειν κισσῷ, ut ἀνάπτειν significet ἐξαναστέφειν, quo verbo utitur noster v. 1053.

178. Si codex sanus, haec [ᾐσθόμην κλύων] idem valent ac αἰσθάνεσθαι ἐδόκουν, *sentire videbar*. Sic alter interpres rem accepit. Alter videtur ἠδόμην legisse, quae lectio melior. *Quam laetatus sum tuam vocem audiens.* PORTUS. Ηἰσθόμην ab αἰσθάνομαι, sin ἥσθημαι, ab ἥδομαι. Al. ἠδόμην. BARNESIUS. Malim ᾐσθήμην [sic], *ut laetatus sum*, prout et legisse videtur Interpres vulgaris. HEATHIUS. Interpres vulgaris est Portus, cujus codex est ed. Basiliensis, quam Stiblinianam appellare soleo. Nihil omnino valet Barnesii Heathiique conjectura ᾐσθήμην, sic enim eos scribere voluisse censeo. Nam si verbum ἥδομαι haberet παρακείμενον, quem nullum habet, potius ἥσμαι quam ἥσθημαι haberet. Praestat igitur ἠδόμην, quod a Musgravio probatum admisit Brunckius. Si recte, conferendus noster v. 609. ὡς εἰσιδοῦσ᾽ ἀσμένη σε, μονάδ᾽ ἔχουσ᾽ ἐρημίαν. Sed objici potest huic scripturae, quod potius ἥδομαι vel ἥσθην in simili sensu dici solet, quam ἠδόμην. Deinde vulgatam agnoscit Pseudogregorius v. 1145. licet ejus auctoritati non multum tribuam. Sed quod maximum est, dixit noster Hec. 1114. Ὦ φίλτατ᾽, ᾐσθόμην γάρ, Ἀγάμεμνον, σέθεν | φωνῆς ἀκούσας, εἰσορᾷς ἃ πάσχομεν; Dixit etiam Rhesi scriptor v. 608. Δέσποιν᾽ Ἀθάνα, φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην | τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν (ἐν πόνοισι γὰρ |

σοφὴν σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς, ἐν δόμοισιν ὤν·
ἥκω δ' ἕτοιμος, τήνδ' ἔχων σκευὴν θεοῦ.
δεῖ γάρ νιν ὄντα παῖδα [1] θυγατρὸς ἐξ ἐμῆς
Διόνυσον, ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεὸς,
ὅσον καθ' ἡμᾶς δυνατὸν, αὔξεσθαι μέγαν.
ποῖ δεῖ χορεύειν; ποῖ καθιστάναι πόδα,
καὶ κρᾶτα σεῖσαι πολιόν; ἐξηγοῦ σύ μοι
γέρων γέροντι, Τειρεσία. σὺ γὰρ σοφός.
ὡς οὐ κάμοιμ' ἂν οὔτε νύκτ' οὔθ' ἡμέραν

[1] παιδὸς

κροῦσ' ἀμύνεις τοῖς ἐμοῖς ἀεί ποτε)· | τὸν ἄνδρα δ' ἡμῖν ποῦ κατεύνασται φράσον, | πόθεν τέτακται βαρβάρου στρατεύματος. Sic etiam Sophocles Oed. C. 891. Ὦ φίλτατ', ἔγνων γὰρ τὸ προσφώνημα σόν, | πέπονθα δεινὰ τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως. Ex his exemplis constare mihi videtur, revocandam esse vulgatam ᾐσθόμην. Quod ad ὡς attinet, significat ἐπεὶ, ni fallor, ut apud Aristophanem Lys. 1109. αὐτὴ γὰρ, ὡς ἤκουσεν, ἥδ' ἐξέρχεται. Confer Bacch. 624. 690. 1086. 1093. [Ita Sophocles Oed. C. 1629. ὁ δ' ὡς ἐπήσθετ' ἐκ θεοῦ καλούμενος, | αὐδᾷ μολεῖν οἱ γῆς ἄνακτα Θησέα. Euripides Cycl. 419. ἡσθέντα δ' αὐτὸν ὡς ἐπησθόμην ἐγὼ, | ἄλλην ἔδωκα κύλικα. *Ex Addendis.*] Minus plene igitur post v. 179. distinxi.

179. Pal. σοφ'' σοφοῦ, quod est σοφὸν σοφοῦ.

180. Maluissem ἕτοιμος ἥκω, praeeunte scilicet ὡς sive ἐπεὶ. Sed dixit Sophocles Oed. T. 1266. ἐπεὶ δὲ γῇ | ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν. [Quod in MSS. nonnullis meaque editione legitur, δεινά γ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν, non magis genuinum est quam δεινὰ τἀνθένδ' ἦν ὁρᾶν, quod ex ingenio reposuit Brunckius. Sophocles imitatus est Homerum, apud quem legitur Il. A. 57. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἤγερθεν, ὁμηγερέες τ' ἐγένοντο, | τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Heynius: *Occurrit nunc primo loco quod locis multis Homeri memoria tenendum,* δὲ *in apodosi.* Idem recte mea sententia legendum suspicatur Il. A. 464. αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο, | μίστυλλον δ' ἄρα τἄλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν. Exempla ex Atticis poëtis ad Sophoclem proferam. *Ex Addendis.*]

181. Malim παῖδα παιδὸς ἐξ ἐμῆς. Idem valet apud tragicos παῖς παιδὸς, quod apud prosae orationis scriptores υἱδοῦς et θυγατριδοῦς. Ita noster infra v. 1336. σὸς (vel σῆς) δ' ἔχει δίκην | παῖς παιδός. Ubi vide annotata. Θυγατρὸς ex interpretatione natum videtur. Apud Euripidem Or. 374. veram scripturam, τῆς Τυνδαρείας παιδὸς ἀνόσιον φόνον, e MSS. admisit Porsonus. Si Iphigeniam Tauricam unquam edidero, ex sola conjectura scribam v. 5. τῆς Τυνδαρείας παιδὸς Ἰφιγένεια παῖς. Vulgo legitur Heracl. 211. Ἡρακλέης ἦν Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς, | κείνη δὲ Πέλοπος θυγατρός. Quum praeter 212. nullus in ea fabula exstet senarius, qui duos pedes trisyllabos habeat, veri simile mihi videtur, poëtam scripsisse Πέλοπος παιδός.

182. Aldus ὃς πέφην' ἀνθρώποις. Laur. ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις. Barnesius ex emendatione Stephani ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις. Vix mentione dignae sunt Musgravii conjecturae οἷς πέφην' ἐν ἀνθρώποις, et ὡς (vel ὅτι, vel οὗ, *ubi*) πέφηνεν ἀνθρώποις.

184. Pal. et Laur. ποῖ δὴ χορεύειν. Quo exemplo conjecturam

θύρσῳ κροτῶν γῆν. ἐπιλελήσμεθ᾽ ἡδέως
γέροντες ὄντες. ΤΕΙ. ταὐτά μοι πάσχεις ἄρα.
κἀγὼ γὰρ ἡβῶ, κἀπιχειρήσω χοροῖς.
ΚΑ. Οὐκ οὖν ὄχοισιν εἰς ὄρος περάσομεν;
ΤΕΙ. Ἀλλ᾽ οὐχ ὁμοίαν ὁ θεὸς ἂν τιμὴν ἔχοι.

suam ad v. 224. defendere potuisset Stephanus. De Pal. hoc monet Amatius: *In margine γρ. Fortasse δεῖ, quod est rescissum in libro reconcinnando.* Quod ad ποῖ attinet, licet in hac re vix ulla sit librorum auctoritas, recte se habere videtur vulgata, quum sensus sit ποῖ ἐλθόντας. Recte, ni fallor, vulgo legitur apud Aristophanem Eccl. 831. ὅπως ἂν ὑμῖν ἡ τύχη κληρουμένοις | φράσῃ καθ᾽ ἕκαστον ἄνδρ᾽, ὅποι δειπνήσετε. Plura ad Sophoclis Oed. C. 23. ubi nostrum versum citat Brunckius.

188. Aldus: ἐπιλελήσμεθ᾽ ἡδέων, | γέροντες ὄντες. Musgravius: *Nihil melius, quam quod mihi a Tyrwhitto suggestum est, ἡδέων.* Imo, longe melius ἡδέως ex conjectura Miltoni, de qua Porsonus apud Kiddium p. 224. *Palmariam emendationem ἡδέως Miltono surripuit Barnesius, Barnesio Brunckius.* Vertit Barnesius: *Suaviter sumus obliti, quod senes simus.* Constructionis exempla vide vv. 47. 1111. *ceteris omissis.* Plura apud Brunckium, qui Barnesii conjecturam tanquam suam admisit.

189. Recte Aldus ταυτά μοι πάσχεις ἄρα. Hervagiana secunda ταῦτά μοι, quod corrigendum monuit Portus, correxit Barnesius.

190. Ab hoc versu usque ad v. 209. quae Tiresiae sunt, Cadmo tribuit Aldus, quae vero Cadmi, Tiresiae. Barnesius auctore Cantero quinque versus 190. 192. 194. 196. 198. Tiresiae tribuit, reliquos quindecim Cadmo. Musgravius autem Tyrwhitto et MSS. Parisiensibus obsequutus, decem versus 200—209. qui Cadmo adhuc relicti erant, Tiresiae restituit. Ita faciendum jam viderat Scaliger. In Laur. personae recte constitutae sunt. Stephani vero codd. verba ἐπιλελήσμεθ᾽ ἡδέων γέροντες ὄντες Tiresiae tribuunt, ταῦτά μοι πάσχεις ἄρα cum v. seq. Cadmo. Recte monet Stephanus, utrieunque tribuantur verba ταυτά μοι πάσχεις ἄρα, ei etiam necessario tribuendum esse v. 190. Quae vero addit de personarum distributione, melius omisisset. Vide ad v. 193.

Ibid. Aldus κἀπιχειρήσω κακοῖς. In quo explicando frustra laborarunt interpretes ante Musgravium, qui e MSS. Par. reposuit χοροῖς. Consentiunt Pal. et Laur.

191. Aldus οὐκοῦν sine interrogatione. Vertit Heathius: *Nonne igitur vehiculis in montem transibimus?* Is igitur interrogationem addidisset, si hujus fabulae editionem parasset. Scripsisset etiam οὔκουν. Sed apud veteres, ut saepe monui, nullum discrimen est inter οὐκοῦν et οὔκουν, quorum loco scribendum οὐκ οὖν. Sophocles El. 779. Οὐκ οὖν ἀποστείχοιμ᾽ ἄν, εἰ τάδ᾽ εὖ κυρεῖ; Euripides Hel. 1430. Οὐκ οὖν ὅδ᾽ ἄρξει ναὸς, ὃς κοσμεῖ τάφον; Etiam si dixissent veteres οὐκοῦν λέγε pro λέγε οὖν, in his et similibus exemplis praestaret negativa particula cum interrogatione.

192. Aldus: ἀλλ᾽ οὐχ ὁμοίως ἂν ὁ θεὸς τιμὴν ἔχοι. Pal. οὐχ᾽ (ut fere semper) et ἔχει (οι), cetera ut Aldus. Vitiosa videtur hujus versus scriptura, propterea quod in brevem syllabam ἂν cadit ictus metricus, de quo Dawesius p. 189. Diu est, quum dixi in Censurae Trimestris T. VII. p. 448. *It is certain, that in tragic iambics, a monosyllable which is incapable of beginning a verse, as ἂν, γὰρ, δὲ, μὲν, τε, τις, is very rarely employed as the second*

ΚΑ. Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ.
ΤΕΙ. Ὁ θεὸς ἀμοχθὶ κεῖσε νῦν ἡγήσεται.
ΚΑ. Μόνοι δὲ πόλεως Βακχίῳ χορεύσομεν;
ΤΕΙ. Μόνοι γὰρ εὖ φρονοῦμεν. οἱ δ' ἄλλοι κακῶς.
ΚΑ. Μακρὸν τὸ μέλλειν. ἀλλ' ἐμῆς ἔχου χερός.
ΤΕΙ. Ἰδοὺ ξύναπτε, καὶ ξυνωρίζου χέρα.
ΚΑ. Οὐ καταφρονῶ 'γὼ τῶν θεῶν, θνητὸς γεγώς.

syllable of a tribrach or dactyl. Quae de primo pede dicenda habeo, rectius ad v. 285. dicentur. Nunc non nisi de mediis pedibus loquor. Dixit quidem Aristophanes Eccl. 1079. ἕλκοντε τοὺς κλωτῆρας ἂν ἀπεκναίετε. Sed ne comici quidem talibus exemplis abundant. Neque Aristophanem ἂν ἀπεκναίετε dicturum fuisse opinor, nisi ἂν verbo suo praepositum pene unam vocem efficeret. Longe diversum ab hoc ἂν ἀπεκναίετε est ἂν ὁ θεὸς, de quo nunc agitur. Neque exempla e comicorum scriptis petita in hac quaestione multum ponderis habent. Dixit igitur Euripides Phoen. 541. συνδεῖ. τὸ γὰρ ἴσον, νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ. Sed neque hoc exemplo, quod unicum apud tragicos reperi, res confici potest. Duae enim monosyllabae voces τὸ γὰρ unam disyllabam valent, praecipue in initio sententiae, neque auribus ingratior est hic versus quam Ion. 931. Τί φής; τίνα λόγον Λοξίου κατηγορεῖς; De quo plura dicturus sum ad v. 938. Ea vero scriptura quam impugno, cum hoc ficto exemplo conferri potest: ἀλλ' οὐκ ἐπαρκοῦσαν ὁ θεὸς τιμὴν ἔχει. Mutavi igitur sedem particulae auctore Porsono apud Kiddium pp. 225. 303. Tres syllabae ὁ θεὸς nunc eandem sedem habent in hoc versu quam v. 206. οὐ γὰρ διῄρηχ' ὁ θεὸς, εἴτε τὸν νέον. Sic etiam v. 333. κεἰ μὴ γάρ ἐστιν ὁ θεὸς οὗτος, ὡς σὺ φής. Legi etiam potest ἂν θεὸς sine articulo. Sed altera ratio melior est. Mutavi etiam ὁμοίως in ὁμοίαν. Quod neminem improbaturum spero, qui perspectum habeat, quoties in adjectivorum locum irrepserint adverbia in ως desinentia. Exempla vide ad Sophoclis El. 800. ubi nondum me persuasit Hermannus, ut vulgatam καταξίως pro sano habeam. Error ortus est e scripturae compendiis, ut in re simili monet Porsonus ad Med. 12. Nescio an operae pretium sit monere, in Pal. legi ὁμοί, cum nota tachygraphica syllabae ως, quam non imitantur nostri typographi. [Aut ὁμοίαν τιμὴν ἔχειν aut ὁμοίως τιμῆς ἔχειν dicendum mihi videtur. *Ex Addendis.*]

193. Hunc versum recte nunc Cadmo tribui, non difficulter animadvertet (ut Canteri verbis utar) qui et utrumque senem esse qui loquitur, et alterum caecum meminerit. Nescio quid in animo habuerit Stephanus, quum dixit: *praepostere enim induceretur ita loquens Cadmus.*

[*Ibid.* Gellius XIII. 18. *Sed etiam ille versus non minus notus*, γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγὼ, *et in tragoedia Sophocli scriptus est, cui titulus est* Φθιώτιδες, *et in Bacchis Euripidi. Ex Addendis.*]

194. Aldus ἀμοχθεὶ 'κεῖσε νῶν. Pal. Laur. ἀμοχθεὶ κεῖσε νῶϊν. Reposui ἀμοχθὶ, ut semper in similibus. De qua scriptura vide ad Sophoclis Oed. Col. 1646. ubi ultimam producit ἀστακτί.

197. An τὸ μέλλον, pro ἡ μέλλουσα διατελεῖσθαι ὁδός Barnesius. Vertit: *iter est longum.* Merito hanc rationem improbat Heathius.

199. Hic versus et sequentes usque ad 249. sunt Tiresiae. A vs. 210. incipit Cadmus loqui. Etiam

ΤΕΙ. Οὐδὲν σοφιζόμεσθα τοῖσι δαίμοσι.
πατρίους παραδοχὰς, ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ
κεκτήμεθ', οὐδεὶς αὐτὰ καταβαλεῖ [1] λόγος,
οὐδ' εἰ δι' ἄκρων τὸ σοφὸν ηὕρηται φρενῶν.

[1] λόγοις,

vetus editio hic loci a Barnesiana in digerendis personis discrepat. Reiskius. Vetus editio Brubachiana Aldinam sequitur. Recte personas constituit Reiskius, nisi quod versum 199. Tiresiae tribuit. De qua re jam satis dictum ad v. 190.

200. Σοφιζόμεσθα, *de diis curiosius loquemur, scrutemurve.* Brodaeus. Qui manifesto σοφιζώμεσθα legere voluit, quod ex conjectura Valckenarii Diatrib. p. 38. admisit Brunckius. Ità etiam correxerat Scaliger. Male Graecum esse οὐδὲν σοφιζώμεσθα monet Porsonus Adversar. p. 264. Similem soloecismum οὔπω θρήνει Euripidi Med. 1396. tribuit Brunckius. Matthiae in Medea οὔπω θρηνεῖς, ut vulgo; in Bacchis vero οὐδὲν σοφιζώμεσθα, ut Brunckius. Musgravius jam conjecerat οὐδ' ἐνσοφιζόμεσθα, ut ἐν eandem vim haberet, quam apud Sophoclem Aj. 1315. καὶ δειλὸς εἶναι μᾶλλον, ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς. Meliora exempla collegit Dobraeus ad Aristophanem Plut. 427. οὐ γὰρ ἂν τοσουτονὶ | ἐνέκραγες ἡμῖν, οὐδὲν ἠδικημένη. Satis mihi facit vulgata, quam ita reddit Portus: *Nihil argute comminiscimur in deos.* Nova fortasse constructio σοφιζόμεσθα δαίμοσι, quod quum dixit poëta, πολεμεῖν, ἐπιβουλεύειν aut ejusmodi aliquid in animo habuisse videtur.

Ibid. Aldus δαίμοσιν. Idem ἄρκυσι v. 231. τάξεσιν v. 303. ὑπέσπασε v. 436. δρομήμασιν v. 1089. οἰμώγμασι v. 1110. λευκοπήχεσιν v. 1204. ζητήμασι v. 1216. ἀγρεύμασι v. 1239. ἐλάμβανεν 1311. Haec omnia in fine versus ante consonam. Ante vocalem σπαράγμασι v. 738. ubi Pal. recte σπαράγμασιν. Idem ἄρκυσιν, ὑπέσπασεν, οἰμώγμασιν, ἀγρεύμασιν, sed λευκοπήχεσι et ζητήμασι. Quae ratio melior mihi videtur.

201. Aldus πατρὸς παραδοχάς. MSS. aut sic, aut solito compendio πρς. Barnesius in exemplo ipsius manu correcto scripsit γρ. Πατρῷν. Voluit, opinor, Πατέρων. Brunckius πατρίους ex conjectura Valckenarii, quam quodammodo confirmare videntur Plutarchi verba ἡ πάτριος καὶ παλαιὰ πίστις. Vide ad v. 203.

202. Aldus: οὐδεὶς αὐτὰ καταβάλλει λόγος. Pal. οὐδ' εἰς αὐτὰ καταβάλλῃ λόγος. Barnesius tacite dedit ex emendatione Scaligeri οὐδεὶς αὐτὰ καταβαλεῖ λόγος. Musgravius καταβάλλει, Brunckius καταβαλεῖ, Matthiae iterum καταβάλλει, omnes celato lectore. Futurum habet noster Erechth. I. 49. monente Valckenario: οὐκ ἔσθ', ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς, πάτερ, | προγόνων παλαιὰ θέσμι' ὅστις ἐκβαλεῖ. Deinde legendum videtur καταβαλεῖ λόγοις. Si recte se habet λόγος, aut ηὕρηται passivo sensu accipiendum est, quae Porti interpretatio est; aut subaudiendum τις, quod Brunckio in mentem venisse suspicor. Quod si reponendum λόγοις, conferendus Euripides Phoen. 1455. φίλοις γὰρ ἐχθρὸς ἐγένετ', ἀλλ' ὅμως φίλος. Suppl. 867. φίλος τ' ἀληθὴς ἦν φίλοις, παροῦσί τε, | καὶ μὴ παροῦσιν. Utrobique Aldus φίλος.

203. Plutarchus T. II. p. 756. B. a Valckenario allegatus: ἀρκεῖ γὰρ ἡ πάτριος καὶ παλαιὰ πίστις, ἧς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν οὐδ' ἀνευρεῖν τεκμήριον ἐναργέστερον, οὐδ' εἰ δι' ἄκρας τὸ σοφὸν εὕρηται φρενός. Vulgo οὐ δι' ἄκρας, quod corrigere neglexit Wyttenbachius. Brunckius οὐδ' ἢν cum hac annotatione: *Sic omnino scribendum, non εἰ. Haec particula cum subjunctivo non construitur.* Est au-

ἐρεῖ τις, ὡς τὸ γῆρας οὐκ αἰσχύνομαι,
μέλλων χορεύειν, κρᾶτα κισσώσας ἐμόν.
οὐ γὰρ διῄρηχ' ὁ θεὸς, εἴτε τὸν νέον
ἐχρῆν χορεύειν, εἴτε τὸν γεραίτερον,
ἀλλ' ἐξ ἁπάντων βούλεται τιμὰς ἔχειν
κοινὰς, δι' ἀριθμῶν δ' οὐδὲν αὔξεσθαι θέλει.
ΚΑ. Ἐπεὶ σὺ φέγγος, Τειρεσία, τόδ' οὐχ ὁρᾷς,
ἐγὼ προφήτης σοι λόγων γενήσομαι.

tem *εὕρηται* *subjunctivus aor. 2. medii.* Utrum *εἰ* cum subjunctivo construatur, rectius disputari potest ad Sophoclis Oed. T. 198. *τέλει γὰρ εἴτι νὺξ ἀφῇ.* Nam quis Brunckium docuit, *εὕρηται* subjunctivum esse? Mihi indicativus esse videtur. Ambiguitatem tollit scriptura quam nunc exhibeo. Matthiae jam *εἰ* revocavit.

204. 205. Edd. veteres et recentiorum pleraeque notam interrogationis post *ἐμὸν* addunt, quasi sensus sit: *Dicetne aliquis,* etc. Recte Portus: *Dicet* fortasse *quis.* Ceterum huc respicere Themistium Or. XVI. p. 199. D. monet Porsonus Adversar. p. 264. Themistii verba sunt: *οὐχ οἷός τε εἰμὶ κατέχειν ἐμαυτὸν, οὐδὲ τὸ γῆρας αἰσχύνομαι, κατ' Εὐριπίδην, μέλλων χορεύειν.*

206. Ante illud *οὐ γὰρ* supplendum *κακῶς φρονῶν.*

207. Pal. *εἰ χρὴ χηρεύειν.* Paullo melius Laur. *εἰ χρὴ χορεύειν.*

209. Vix quidquam est in hac fabula, quod majorem interpretibus molestiam attulerit, quam verba *δι' ἀριθμῶν δ' οὐδὲν αὔξεσθαι θέλει, numeris vero nihil augeri vult.* Sic enim Portus. Stolida in primis est Brodaei interpretatio: *nihil autem per omnes numeros augeri vult: nihil ex omni parte beatum esse sustinet. Hoc ideo* (inquit) *infert Cadmus, quod Teiresias magnus in primis vates, caecus esset.* Portus in annotatione *οὐδὲν* pro *οὐδένα* dictum monet, ut sensus sit: *ὁ θεὸς οὐδένα τῶν ἀνθρώπων θέλει αὔξεσθαι, καὶ τιμιώτερον εἶναι, μᾶλλον τιμᾶσθαι, διὰ τῶν ἀριθμῶν, τουτέστι διὰ τοῦ πλήθους τῶν ἐτῶν.* Magis tamen ei placet *δι' ἀριθμὸν δ' οὐδέν' αὔξεσθαι θέλει.* Latine reddit: *Deus non vult homines ob majorem annorum numerum ceteris honoratiores esse.* Tacet Barnesius, nisi quod in margine scripsit: *al. ἀριθμόν.* Sed in exemplo ipsius manu correcto legitur: *MS. Cotton. δίχα ῥυθμῶν.* Reiskius: *δι' ἀριθμῶν non intelligo, neque puto sanum: nisi forte sint* ordines, classes hominum. *Sententia tum foret: non vult deus a certis numeris, ordinibus hominum, ut a juvenibus e. c. solis coli, senibus exclusis.* Haec ille, in cujus interpretatione acquiescendum mihi videtur. Eodem redit altera Heathii conjectura, *δι' ἀριθμὸν δ' οὐδέν' αὔξεσθαι θέλει, per nullum autem numerum hominum certum et a ceteris discriminatum coli vult.* Longe pejor est altera *διαριθμῶν δ' οὐδέν' αὔξεσθαι θέλει, distinguens aut discriminans neminem amplificari vult.* Idem fere significat *δι' ἀριθμῶν,* quod nostra lingua *by halves.* Male Musgravius: *per homines nullius pretii aut existimationis. Αὔξεσθαι* pro *τιμᾶσθαι* legitur paullo ante v. 183. *Οὐδὲν* nominativus esse potest, ut sensus sit: *nihil est quod a paucis coli velit.* Sed malo *οὐδὲν θέλει* pro *οὐ θέλει.*

210. Cadmi personam, quae in Aldina deest, recte praefigit Laur. ut jam monui ad v. 190.

Πενθεὺς πρὸς οἴκους ὅδε διὰ σπουδῆς περᾷ,
Ἐχίονος παῖς, ᾧ κράτος δίδωμι γῆς.
ὡς ἐπτόηται. τί ποτ᾽ ἐρεῖ νεώτερον;
ΠΕ. Ἔκδημος ὢν μὲν τῆσδ᾽ ἐτύγχανον χθονὸς,
κλύω δὲ νεοχμὰ τήνδ᾽ ἀνὰ πτόλιν κακά·
γυναῖκας ἡμῖν δώματ᾽ ἐκλελοιπέναι
πλασταῖσι βακχείαισιν· ἐν δὲ δασκίοις
ὄρεσι θοάζειν, τὸν νεωστὶ δαίμονα
Διόνυσον, ὅστις ἐστὶ, τιμώσας χοροῖς·
πλήρεις δὲ θιάσοις ἐν μέσοισιν ἑστάναι
κρατῆρας· ἄλλην δ᾽ ἄλλοσ᾽ εἰς ἐρημίαν
πτώσσουσαν, εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν·
πρόφασιν μὲν ὡς δὴ Μαινάδας θυοσκόους,

212. Aldus διὰ σπονδῆς. Edd. recentiores ex emendatione Stiblini et Stephani διὰ σπουδῆς, quod exhibent etiam Pal. et Laur.

216. Expunge δέ. Brodaeus. Quem reprehendit Stephanus, quod mediam in νεοχμὰ corripi posse nescierit. Sed talia non solet attendere Brodaeus, qui de anapaestis in paribus locis minime sollicitus fuisse videtur. Suspicor eum τῆσδε τυγχάνων legere voluisse, quo admisso, necessario expungendum δέ.

217. Vocem ἡμῖν supervacuam appellat Brodaeus. Cui recte respondet Stephanus, tale esse γυναῖκας ἡμῖν ἐκλελοιπέναι δώματα, quale *quo mihi mater abis* et sexcenta alia. Plura vide ad Sophoclis Oed. C. 1021. ubi vulgo mendose legitur ἡμῶν.

Ibid. Pal. σώματ᾽. Contrario errore vulgo legitur δώματα v. 600.

218. Aldus: ἐν δὲ δασκίοις | ὄρεσι θοάζειν τὸν νεωστὶ δαίμονα | Διόνυσον, ὅστις ἐστὶ, τιμώσας χοροῖς. Quae scriptura interpretes fefellit. Portus verba θοάζειν τὸν νεωστὶ δαίμονα vertit *celebrare novum hunc deum*, τιμῶσας χοροῖς vero *honorantes* eum *choreis*. Recte Brunckius post θοάζειν interpunxit, ut verba τὸν νεωστὶ δαίμονα penderent a sequentibus τιμώσας χοροῖς. Quae addit de verbo θοάζειν, partim vera sunt. Sed verborum θοάζω Βρομίῳ πόνον ἡδὺν v. 65. falsam affert interpretationem, quum dicit θοάζω ibi significare ἀνύω vel τελῶ. Vix exspectandum erat, ut bis in una fabula verus hujus verbi sensus prava distinctione obscuratus esset.

220. Pal. διόνυσος ὅστις ἐστί. Qui librarii error esse videtur. Secus esset, si diverso ordine haec verba legerentur. Vide ad v. 247.

223. Pal. πτώσσουσαν. Iterum hoc verbo utitur noster Hec. 1064. ὦ κατάρατοι, ποῖ καί με φυγᾷ | πτώσσουσι μυχῶν; Cum Baccharum loco confer Andr. 753. ὅρα δὲ μή νυν εἰς ἐρημίαν ὁδοῦ | πτήξαντες αἵδε, πρὸς βίαν ἄγωσί με. Cum altero Cycl. 406. ἄλλοι δ᾽ ὅπως ὄρνιθες, ἐν μυχοῖς πέτρας | πτήξαντες εἶχον. Haec attuli, ut ostenderem πτήσσειν et πτώσσειν non nisi forma differre.

224. Pro δὴ non dubium est quin reponi debeat δεῖ, in sequenti versu τὴν δ᾽ Ἀφροδίτην. Stephanus. Quum vulgo legatur τὴν δ᾽ Ἀφροδίτην. Unde oritur talis scriptura: πρόφασιν μὲν ὡς δεῖ Μαινάδας θυοσκόους | τὴν Ἀφροδίτην πρόσθ᾽ ἄγειν τοῦ Βακ-

τὴν δ' Ἀφροδίτην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου.
ὅσας μὲν οὖν εἴληφα, δεσμίους χέρας
σώζουσι πανδήμοισι πρόσπολοι στέγαις.
ὅσαι δ' ἄπεισιν, ἐξ ὄρους θηράσομαι,
Ἰνώ τ', Ἀγαυήν θ', ἥ μ' ἔτικτ' Ἐχίονι,
Ἀκταίονός τε μητέρ', Αὐτονόην λέγω.
καὶ σφᾶς σιδηραῖς ἁρμόσας ἐν ἄρκυσι,
παύσω κακούργου τῆσδε Βακχείας τάχα.
λέγουσι δ', ὥς τις εἰσελήλυθε ξένος,
γόης, ἐπῳδὸς, Λυδίας ἀπὸ χθονὸς,
ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὔκοσμος κόμην,
οἰνωπὸς, ὄσσοις χάριτας Ἀφροδίτης ἔχων,

χίου. Vulgatam recte defendunt Barnesius et Brunckius. Plena oratio est ὡς δὴ Μαινάδας θυοσκόους οὔσας. Participium simili modo omittit noster Andr. 233. Τί σεμνυνθεὶς, κεἰς ἀγῶν' ἔρχει λόγων, | ὡς δὴ σὺ σώφρων, τἀμὰ δ' οὐχὶ σώφρονα; Sic etiam Aristophanes Vesp. 1306. οὗτος δὲ διεμύλλαινεν, ὡς δὴ δεξιός.

Ibid. Hesychius: Θυοσκόος: εἶδος μάντεως, διὰ σπλάγχνων τὸ μέλλον δηλοῦντος. οἱ δὲ τὸν δι' ἐμπύρων ἱερῶν τὰ σημαινόμενα νοοῦντα. Neutrum horum significat θυοσκόους apud Euripidem, sed potius *furibundas* aut ejusmodi aliquid. Θυοσκόος apud tragicos saepius non legitur.

226. Ita interpungo, ut verba δεσμίους χέρας potius ad σώζουσι referantur quam ad εἴληφα. Sic etiam Brunckius aliique. Male Reiskius: ὅσαις μὲν οὖν εἴληφα δεσμίους χέρας.

227. Aldus πανδόμοις—στέγαις. Pal. πανδήμοις—δόμοις. Recte Laur. πανδήμοισι—στέγαις. Sic etiam Hervagiana secunda ex emendatione Brodaei, cujus verba sunt: *Corrige πανδήμοις, aedibus publicis ac carcere.* Ita typographi fortasse potius quam suo errore. Confert Stephanus πανδήμου στέγης v. 440.

229. Laur. οἰνώ τ' ἀγαυήν θ'. Si Hippolyti noverca recte Φαίδρα appellatur, Penthei mater potius Ἀγαύη quam Ἀγαυὴ dicenda videtur. [Vid. Jacobs. ad Antholog. Palat. T. III. p. 809. *ED. LIPS.*]

230. De genitivo Ἀκταίονος vide ad Ἀκταίωνος v. 337.

[231. Brunckius καὶ σφας. Matthiae καὶ σφᾶς ut vulgo. Omnes δοκῶ σφᾶς v. 955. ἴσως σφᾶς v. 958. Plura vide ad Med. 1378=1345. ubi Aldus ἐπεῖσφας. *Ex Addendis.*]

233. Pal. Laur. λέγουσι δ' ὅστις.

235. Aldus εὔοσμον. MSS. Stephani εὔκοσμος. Sic etiam edd. recentiores ante Brunckium, qui εὔοσμος reposuit. Matthiae iterum εὔκοσμος, quod mihi quoque melius videtur, licet omnino Brunckio assentiar, quum suspecta sibi esse monet, quae de codicibus in Italico itinere inspectis tradiderit Stephanus.

236. Aldus οἰνωπὰς ὅσσοις. Pal. a prima manu οἰνωπὰς τ' ὄσοις, ni fallor, a correctore οἰνωπὰς τ' ὄσσοις. Laur. et Par. G. οἰνωπά (sic) τ' ὄσσοις. Par. E. οἰνωπάς τ' ὄσσοις. Scaliger οἰνῶπας ὄσσοις. Hi omnes οἰνωπὰς sive οἰνῶπας cum χάριτας conjungunt. Nominativum οἰνωπὸς reposuit Barnesius, in cujus conjectura acquieverunt omnes praeter Reiskium, cui scribendum videtur: ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὔοσμον κόμης, | οἰ-

ὃς ἡμέρας τε κεὐφρόνας [1] συγγίγνεται, 1 ξυγγίγνεται,
τελετὰς προτείνων εὐΐους νεανίσιν.
εἰ δ' αὐτὸν εἴσω τῆσδε λήψομαι στέγης,
παύσω κτυποῦντα θύρσον, ἀνασείοντά τε
κόμας, τράχηλον σώματος χωρὶς τεμών.
ἐκεῖνον εἶναι φησὶ Διόνυσον θεὸν,
ἐκεῖνος ἐν μηρῷ ποτ' ἐῤῥάφη Διὸς,
ὃς ἐκπυροῦται λαμπάσιν κεραυνίαις

νωπας ὄσσοις χάριτας Ἀφροδίτης ἔχων. Confert Musgravius v. 438. ubi de Baccho dicitur: οὐδ' ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν. [Huc respexisse putat Valckenarius anonymum in Callistrati statuarum descriptione p. 900. ἦν δὲ ἀνθηρὸς, ἁβρότητος γέμων, ἱμέρῳ ῥεόμενος, οἷον αὐτὸν Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις εἰδοποιήσας ἐξέφηνε. *Ex Addendis.*]

242. Aldus: ἐκεῖνος εἶναί φησι Διόνυσον θεόν. Id est, interprete Barnesio: *Ille se dicit esse Dionysum deum.* Cui recte respondet Reiskius: Διόνυσος θεὸς, *si interpretes sequimur.* Reiskii conjecturam adoptarunt Schaeferus et Matthiae, qui Graece dici ἔφη εἶναι στρατηγὸς, *dicebat se esse ducem*, monet Gramm. Gr. §. 535. p. 807. Sed inepta mihi videtur haec sententia: *Ille se deum esse dicit, qui jampridem mortuus est, vel potius nunquam natus.* Ἐκεῖνος in hac scriptura ad τὸν ξένον referendum diserte monet Reiskius, cujus verba sunt: *Nam alias esset hic juvenis diversus a Baccho.* Unde iterum falsa evadit sententia. Hunc enim juvenem esse Bacchum ne ipsae quidem comites suspicantur. Heathius Barnesii interpretationem ita corrigit: *Ille dicit Dionysum esse deum.* Quae ratio si vera est, altero ἐκεῖνος significatur Lydius hospes, altero Bacchus. Hujus incommodi caussa sequentem versum sollicitarunt nonnulli, ut mox videbimus. Ego vero pro priori ἐκεῖνος reposui ἐκεῖνον. Ita noster Or. 594. ἐκεῖνον ἡγεῖσθ' ἀνόσιον καὶ κτείνετε. | ἐκεῖνος ἥμαρτ', οὐκ ἐγώ. τί χρῆν με δρᾶν; Ordo igitur est: φησὶν ὁ ξένος ἐκεῖνον εἶναι Διόνυσον θεὸν, ὃς ἐκπυροῦται κ. τ. ἑ.

Ibid. Aldus εἶναί φασι. Idem τραφῆναί φασιν v. 295. κἀκεῖνό φασιν v. 770. Pal. εἶναι φησι, τραφῆναι φασιν, κἀκεῖνο φασιν. Omnes, ni fallor, οὔ φημι. v. 788.

243. [Cum interrogatione legendi hi duo versus videntur. STIBLINUS. *Ex Addendis.*] Haec et quae sequuntur, sunt qui interrogative legenda censeant: ego minime necessariam hic interrogationem esse puto. Si cui tamen placeat interrogatio, inclusam habebit indignationem: at sine interrogatione ἐκεῖνος per contemptum dicetur, ut passim a Latinis *iste.* STEPHANUS. Aut ἐκεῖνος corruptum est, et male repetitum e versu praecedente, aut ἐν, et pro eo leg. est ὃς atque ἔῤῥαψεν aut ἐῤῥάφθαι. 244. ὅς σφ' ἐμπυροῖ ποτε λαμπάσιν. REISKIUS. Legendum cum Reiskio ἐῤῥάφθαι. MUSGRAVIUS. Brunckius νιν ἐῤῥάφθαι pro ποτ' ἐῤῥάφη, quod revocavit Matthiae. Jam nulla superest difficultas in hoc versu, modo suppleatur ὥς φησιν ὁ ξένος. Salvo metro dicere potuisset Euripides: ἐκεῖνον ἐν μηρῷ ποτ' ἐῤῥάφθαι Διός. Sed eadem manente sententia constructionem mutare maluit. Praeter eos quibus respondet Stephanus, Heathius etiam haec interrogative legenda statuit.

244. Aldus λαμπάσι v. 244. θυέλλαισι v. 350. ἐλπίσι v. 617. χείλεσι

[1] σὺν μητρὶ, Δίους ὅτι γάμους ἐψεύσατο. 1 ξὺν
ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἐπάξια,
[2] ὕβρεις ὑβρίζειν, ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος; 2 ὕβρισμ'
ἀτὰρ τόδ' ἄλλο θαῦμα, τὸν τερασκόπον
ἐν ποικίλαισι νεβρίσι Τειρεσίαν ὁρῶ,
πατέρα τε μητρὸς τῆς ἐμῆς, πολὺν γέλων,
νάρθηκι βακχεύοντ'. ἀναίνομαι, πάτερ,

v. 621. *ἐποίησε* v. 630. *ἔῤῥηξε* v. 633. *σώμασι* v. 682. *ἐξιχνεύσουσί* v. 815. *τείνουσι* v. 934. *ἐλάταισι* v. 952. Quae omnia praeter *θυέλλαισι* v. 550. correxit Barnesius. Omnes *ἐτύγχανε* v. 1130. MSS. etiam minus sibi constant quam impressi. [Reiskius: *ὅς σφ' ἐμπυροῖ ποτε λαμπάσιν κεραυνίαις. Ex Addendis.*]

246. Hesychius: *Ἀγχόνη: πνιγετός. Ἀγχόνης: ἰξία.* Corrigunt interpretes: *Ἀγχόνη: πνιγετός. ἢ ἀγχόνης ἄξια.* Grammaticum respexisse putant ad Aristophanem Ach. 125. *Ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγχόνη;*

Ibid. Aldus *ἔστ' ἄξια.* Sic etiam Pal. et Laur. Quod ideo moneo, quia Par. E. *ἦν ἄξια* habet in textu, *ἔστ'* in margine. Non nisi librarii oscitationi tribuendum videtur *ἦν*, quod admisissem, si in Pal. aut Laur. repertum esset. Noster Or. 614. *μᾶλλον δ' ἐκείνη σοῦ θανεῖν ἐστ' ἀξία.* His exceptis, nullum senarium apud tragicos exstare puto, qui in initio quinti pedis *ἔστ'* vel *ἐστ'* habeat. Itaque legendum arbitror in Bacchis *ἐπάξια*, in Oreste *ἐπαξία.* Ita noster v. 715. *ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τ' ἐπάξια.*

247. Noster Herc. 741. *ὕβρεις ὑβρίζων εἰς ἀμείνονας σέθεν.* Fortasse utrobique legendum *ὕβρισμ'*, ut Heracl. 18. *ὕβρισμ' ἐς ἡμᾶς ἠξίωσεν ὑβρίσαι.* Plurale *ὕβρεις* saepius non legitur apud tragicos. Nam apud Euripidem Heracl. 924. metro repugnat Aldina scriptura *ἔσχε δ' ὕβρεις ἀνδρός.* Apud eundem Suppl. 495. pro vulgata *ὕβρις ἀπώλεσεν*, alii *ὕβρεις ἀπώλεσαν* reponunt, alii *ὕβρισμ' ἀπώλεσεν*, quod Porsono placet. Plura vide ad v. 1296.

Ibid. Aldus *ὅστίς ἐστιν.* Pal. *ὅστις ἐστίν.* Omnes *ὅστις ἐστὶ* v. 220. Noster Hel. 313. *Ἑλένη, τὸν ἐλθόνθ', ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος, | μὴ πάντ' ἀληθῆ δοξάσῃς εἰρηκέναι.* Herc. 840. *γνῷ μὲν τὸν Ἥρας, οἷός ἐστ' αὐτῷ χόλος, | μάθῃ δὲ τὸν ἐμόν.* Plura de hac constructione Porsonus ad Or. 1645.

[250. Valckenarius: *conf. Anthol. L.A. c. 25. ep. 7. Ex Addendis.*]

251. Laur. a correctore *βακχεύοντας.* Sic etiam Par. E. G. quorum auctoritate uti potuisset Porsonus, quum *ἀναίνομαι* in *αἰδοῦμαι* mutavit.

Ibid. Lego: *ἐναίρομαι, πάτερ.* Sic Horatius: *occidis saepe rogando.* Forte nec absurdum esset: *νάρθηκι βακχεύοντα. μαίνομαι, πάτερ.* Musgravius. Neutram conjecturam in textum admisit, sed in versione Latina *improbo*, quod a Porto acceperat, mutavit in *insanio.* Porsonus Adversar. p. 264. *βακχεύοντες* (voluit *βακχεύοντας*) et *αἰδοῦμαι.* In Laur. *ἀναίνομαι* primam literam a correctore scriptam habet. Quae fuerit prima scriptura, mihi non liquet. Sanissimum est *ἀναίνομαι*, quod *ἄχθομαι* significare videtur. Ita noster Iph. A. 1502. *Ἔθρεψας Ἑλλάδι με φάος, | θανοῦσα δ' οὐκ ἀναίνομαι.* Herc. 1124. *Καὶ νῦν γε δήσαντ' εἴπ'. ἀναινόμεσθα γάρ.* Subaudi *δεθέντες.* Ibid. 1255. *Ἐπῄνεσ'. εὖ δράσας δέ σ' οὐκ ἀναίνομαι.* Hoc exemplum Brunckio debetur, qui recte vertit *piget aut pudet.* Pessime Heathius: *Re-*

τὸ γῆρας ὑμῶν εἰσορῶν, νοῦν οὐκ ἔχον.
οὐκ ἀποτινάξεις κισσόν; οὐκ ἐλευθέραν
θύρσου μεθήσεις χεῖρ', ἐμῆς μητρὸς πάτερ;
σὺ ταῦτ' ἔπεισας, Τειρεσία. τόνδ' αὖ θέλεις
τὸν δαίμον' ἀνθρώποισιν εἰσφέρων νέον,
σκοπεῖν πτερωτοὺς, κἀμπύρων μισθοὺς φέρειν.
εἰ μή σε γῆρας πολιὸν ἐξεῤῥύετο,
καθῆσ' ἂν ἐν Βάκχαισι δέσμιος μέσαις,
τελετὰς πονηρὰς εἰσάγων. γυναιξὶ γὰρ
ὅπου βότρυος ἐν δαιτὶ γίγνεται γάνος,

apud senectutem intuens mentis haud compotem.

252. Pal. εἰσορῶν ουν οὐκ ἔχον. Laur. a prima manu εἰσορῶν (ν supra scripto) νοῦν οὐκ ἔχων.

255. 256. 257. Male haec vulgo interrogative accipi mihi videntur.

257. *Πτερωτοὺς* et ἔμπυρα conjungit noster etiam Hel. 752. Verba mox dabo ad v. 262.

Ibid. Laur. φέρων supra scripto ειν a correctore.

258. Similia ab Oedipo audit idem Tiresias apud Sophoclem Oed. T. 402. εἰ δὲ μὴ 'δόκεις γέρων | εἶναι, παθὼν ἔγνως ἂν οἷάπερ φρονεῖς.

Ibid. Brunckius ex Par. E. ἐξεῤῥύετο. Vulgatam revocavit Matthiae, nec nisi metri caussa eam mutare debebat Brunckius.

259—262. Solae Hervagiana secunda et tertia haec Cadmo tribuunt. Caussa erroris fuisse videtur, quod aliquis in Hervagianae primae exemplo ἐκά in κά mutandum monuit.

259. Aldina 'κάθησ' ἂν. Hervagiana prima ἐκάθησ' ἂν typographi errore, de quo vide ad v. 352. Hervagiana secunda κάθησ' ἂν. Matthiae recte καθῆσ' ἂν. Sic etiam Pal. et Laur. Simili errore Aldus κάθηντ' v. 1051. sed καθῆστο v. 1100.

261. Aldus γάμος, quod frustra explicare conatur Brodaeus. Barnesius γάνος ex emendatione Scaligeri. Confirmant hanc emendationem Laur. et Etymologus p. 221, 20. Γανυμήδης: ὁ ἥρως ὁ οἰνοχόος, παρὰ τὸ γάνος μήδεσθαι τῷ Διὶ, ὅπερ ἐστὶ, τὸ πόμα τὸ λαμπρόν. Εὐριπίδης· Ὅπου βότρυος ἐν δαιτὶ γίνεται γάνος. Noster infra v. 381. ὁπότ' ἂν βότρυος ἔλθῃ | γάνος ἐν δαιτὶ θεῶν. [Ceterum non solum Scaligerum verum etiam Duportum γάνος reposuisse monet Barnesius, cuius verba sunt: *Scaliger mecum legit, et Duportus γάνος in margine suo semel scripserat, sed postea a Brodaeo, ut puto deceptus, bonam conjecturam male improbans virgula notavit.* Praeter hanc conjecturam, Duporto tribuit σωφρονεῖν pro μὴ σωφρονεῖν v. 514. ἀνὰ πτόλιν pro ἀνὰ πόλιν v. 352. ἀσεβοῦντα νῦν pro ἀσεβοῦντ' v. 490. δίχα pro δίκα v. 737. ἄνω τε pro ἄνω v. 740. σώσεις pro σώσει v. 792. (ἴσως) ὅσσοις νοσῶν pro ὅσοι νόθων v. 1058. οὔκουν ἐγὼ μὲν pro ἐγὼ μὲν οὖν v. 1146. εὐγενεστάτου pro ἐκγενέτα τοῦ v. 1153. θροεῖς pro ὀρθεῖς v. 1167. τήνδε pro τόνδε v. 1189. σῆς pro σὸς v. 1326. ἐσίδοιμ' ἐγὼ pro ὅσσοισιν μ' ἐγὼ v. 1383. Quae omnes praeter eas ad vv. 1326. 1383. memoratas, quas mendose exhibuit Barnesius, non Duporti sed Scaligeri sunt, in eo scilicet libro scriptae, quem Barnesio ignotum fuisse dixi ad Med. 11, 2. in annotatione secundaria. Nunc autem persuasus sum, eum librum a Barnesio ita

οὐχ ὑγιὲς οὐδὲν ἔτι λέγω τῶν ὀργίων.
ΧΟ. Τῆς δυσσεβείας. ὦ ξέν', οὐκ αἰδεῖ θεοὺς,
Κάδμον τε τὸν σπείραντα γηγενῆ στάχυν;
Ἐχίονος δ' ὢν παῖς, καταισχύνεις γένος;

usurpatum esse, ut omnia, quae Duporto tribuit, ex eo manarint. Mira tamen parsimonia in variis lectionibus enotandis usus est sive Barnesius, sive quisquis eas cum Barnesio communicavit. In annotatione ad Hecubam semel tantum Duporti meminit Barnesius ad v. 1256. Ἀλγεῖς; τί δέ με τοῦ παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς; Ita enim legit, neque Aldinae scripturae meminisse dignatur. *Vera* (inquit) *lectio et vetus; quod dico, nequis authoritate libri Duportiani ductus, cum illo mutet in* τί δ' αὖ, *vel* τί δ' ἡμᾶς, *quorum neutrum stabit*. En ipsa Scaligeri annotatio: δ' αὖ *aut* δ' ἡμᾶς. Ex eodem libro profectae sunt conjecturae ad Medeam omnes, quas sub Duporti nomine profert Barnesius. Sunt autem, ni fallor, σαυτῆς v. 610. πόμπιμός v. 848. οὐκ οἶδά γ' εἰ πείσαιμι v. 941. ἀλλ' οὓς κατάξω v. 1016. ὡς φίλταθ' v. 1247. nec plures. Sed revertor ad Bacchas. Quod de Duporto ad v. 261. monet Barnesius, eum bonam conjecturam γάνος virgula notasse, de Scaligero verissimum est. Scripsit enim γάνος, sed scriptum lineola transversa delevit. Quod ad v. 1326. attinet, Barnesii verba sunt: *incogitanter ergo notavit Duportus vel* σὸς *in margine suo*. Non *vel* σὸς sed *vel* σῆς scripsit Scaliger, neque quisquam, qui σῆς in exemplo suo reperisset, de reponendo σὸς cogitasset. Fallitur etiam Barnesius, quum dicit ad v. 1383. *Duportus legit* ὅσσοις ἐσίδοιμ' ἐγὼ, *Scaliger* ὅσσοισιν ἴδοιμ' ἐγώ. Uterque liber in textu habet ὅσσοισιν μ' ἐγώ. In illo ἐσίδοιμ' reposuit Scaliger; in hoc ὅσσοις ἴδοιμ', utrumque pro ὅσσοισιν μ'. Quo auctore tot Scaligeri conjecturas Duporto tribuerit Barnesius, ab aliis discere velim. In ipso libro nullam Duporti mentionem reperi. *Ex Addendis*.]

262. Euripides Hel. 752. οὔτ' ἦν ἄρ' ὑγιὲς οὐδὲν ἔμπυρον φλογὸς, | οὔτε πτερωτῶν φθέγματ'. Aristophanes Plut. 362. Φεῦ. ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενός. Plura exempla collegit Dobraeus. [Paullo aliter Herodotus VI. 100. τῶν δὲ Ἐρετριέων ἦν ἄρα οὐδὲν ὑγιὲς βούλευμα. *Ex Addendis*.]

263. Aldus: τῆς εὐσεβείας ὦ ξέν', οὐκ αἰδῇ θεοὺς. Pseudogregorius v. 190. τῆς ἀσεβείας ὦ τάλ' οὐ φοβῇ θεόν; Genitivus τῆς εὐσεβείας interpretes satis exercuit. Brodaeus χάριν aut ἕνεκα supplendum monet. Vertit Portus: *O hospes, non vereris deos, per pietatem?* Longe melius Barnesius: *Proh, Pietas! O hospes, non vereris deos.* Musgravio placet: τῆς εὐσεβείας, ὦ ξέν', οὐκ αἰδῇ σθένος. Vel etiam φεῦ τῆς ἀσεβείας, cetera ut vulgo. Hanc conjecturam admisit Brunckius, nisi quod ἀσεβίας dedit. Matthiae τῆς εὐσεβείας eodem sensu quo Barnesius. De constructione dixit ipse Matthiae Gramm. Gr. §. 348. p. 492. cujus exemplis adde Euripidem Iph. A. 327. Ποῦ δὲ κἄλαβές νιν; ὦ θεοί, σῆς ἀναισχύντου φρενός. Neque necessarium est ὦ θεοί, οἴμοι, φεῦ, aut tale quid, ut putasse videtur Musgravius. Aristophanes Nub. 816. τῆς μωρίας, | τὸν Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί. Eccl. 782. τῆς μωρίας, | τὸ μηδὲ περιμείναντα τοὺς ἄλλους, ὅτι | δρῶσιν, εἶτα τηνικαῦτ' ἤδη. [Xenophon Paed. II. 2. 3. ἐνταῦθα δὴ ἐκεῖνος πάνυ ἀνιαθεὶς

ΤΕΙ. Ὅτ' ἂν λάβῃ τις τῶν λόγων ἀνὴρ σοφὸς
καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν.
σὺ δ' εὔτροχον μὲν γλῶσσαν, ὡς φρονῶν, ἔχεις,
ἐν τοῖς λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες.
θρασύς τε δυνατὸς, καὶ λέγειν οἷός τ' ἀνὴρ,
κακὸς πολίτης γίγνεται, νοῦν οὐκ ἔχων.
οὗτος δ' ὁ δαίμων ὁ νέος, ὃν σὺ διαγελᾷς,
οὐκ ἂν δυναίμην μέγεθος ἐξειπεῖν ὅσος
καθ' Ἑλλάδ' ἔσται. δύο γὰρ, ὦ νεανία,

δῆλος ἐγένετο, καὶ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, Τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν. *Ex Addendis.*] Bene Graecum igitur est τῆς εὐσεβείας. Sed sententiae longe convenientior Reiskii conjectura τῆς δυσσεβείας, quam auctore Porsono apud Kiddium p. 225. admisi. Eadem varietas apud nostrum Hel. 1026. εὐεργετῶ γὰρ κεῖνον, οὐ δοκοῦσ' ὅμως, | ἐκ δυσσεβείας ὅσιον εἰ τίθημί νιν. Aldus ἐξ εὐσεβείας. Idem paullo ante v. 978. ἢ νῦν ἐκείνους ἀπόδος ἐμψύχους πάλιν, | ἢ τήνδ' ἀνάγκασόν γ' εὐσεβοῦς πατρὸς | κρείσσω φανεῖσαν, τἄμ' ἀποδοῦναι λέχη. Legendum δυσσεβοῦς alias ostendam.

264. 265. Vulgatum horum versuum ordinem agnoscere videtur Oppianus Cyneget. IV. 289. οὐ Τυρίου Κάδμοιο καταιδόμενος τρίχα λευκὴν, | οὐδὲ κυλινδομένην οἷσι πρὸ πόδεσσιν Ἀγαυήν. Neque assentior Musgravio legendum statuenti: Ἐχίονος δ' ὢν παῖς καταισχύνεις γένος, | Κάδμον τε τὸν σπείραντα γηγενῆ στάχυν;

[266. Plutarchus Alexandro p. 695. D. λέγεται δέ ποτε, πολλῶν παρακεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἐπαινέσαι κελευσθεὶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου Μακεδόνας ὁ Καλλισθένης, οὕτως εὐροῆσαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, ὥστε ἀνισταμένους κροτεῖν καὶ βάλλειν τοὺς στεφάνους ἐπ' αὐτόν· εἰπεῖν οὖν τὸν Ἀλέξανδρον, ὅτι κατ' Εὐριπίδην, τὸν λαβόντα τῶν λόγων καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὐλογεῖν. Sic impressi. Sed scripti nonnulli, ut videtur, εὖ λέγειν, ut apud Euripidem. *Ex Addendis.*]

268. 269. Hoc distichon legitur apud Stobaeum Tit. XXXVI. p. 217 = 143. Lemma apud Gesnerum est *Euripidis in Pentheo.* [Citat Heinsius Exercitat. Sacr. p. 592, 11. *Ex Addendis.*]

270. 271. Haec etiam leguntur apud Stobaeum Tit. XLV. p. 302 = 173. Eandem fere sententiam diversis verbis inclusit noster Or. 905. ὅτ' ἂν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις, φρονῶν κακῶς, | πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα. Utrobique Cleophontem perstringere videtur, in quem dicta monent interpretes proxime superiora in Oreste: κἀπὶ τῷδ' ἀνίσταται | ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει, κ. τ. ἑ.

270. Aldus θρασὺς δὲ. Pal. θρασὺς τὲ. Sic etiam, vel θρασύς τε, MSS. Stobaei. Admisi τε. Δυνατὸς pro δυναστὴς dici monet Musgravius. Is scilicet, ὃς ἂν δύνηται πόλεος, ἔν τ' ἀρχαῖσιν ᾖ, ut ait noster Or. 895. Hos δημαγωγοὺς appellant comici, tragici vero plerumque προστάτας. Ordo est: θρασύς τε προστάτης, κακὸς πολίτης γίγνεται, καὶ λέγειν οἷός τε ἀνὴρ, νοῦν οὐκ ἔχων. Confer Suppl. 508. σφαλερὸν ἡγεμὼν θρασὺς, | νεώς τε ναύτης. ἥσυχος καιρῷ, σοφός. Matthiae ita interpungit: θρασὺς δὲ, δυνατὸς καὶ λέγειν οἷός τ' ἀνὴρ, κ. τ. ἑ.

271. Pal. κακὸς πολίτης γίνεται. Inutilem Musgravii conjecturam,

τὰ πρῶτ᾽ ἐν ἀνθρώποισι· Δημήτηρ θεὰ
(γῆ δ᾽ ἐστὶν, ὄνομα δ᾽ ὁπότερον βούλει, κάλει),
αὕτη μὲν ἐν ξηροῖσιν ἐκτρέφει βροτούς·
ὃ δ᾽ ἦλθεν ἐπὶ τἀντίπαλον, ὁ Σεμέλης γόνος
βότρυος ὑγρὸν πῶμ᾽ ηὗρε, κεἰσηνέγκατο
θνητοῖς, ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
λύπης, ὅτ᾽ ἂν πλησθῶσιν ἀμπέλου ῥοῆς·
ὕπνον τε, λήθην τῶν καθ᾽ ἡμέραν κακῶν,
δίδωσιν, οὐδ᾽ ἔστ᾽ ἄλλο φάρμακον πόνων.
οὗτος θεοῖσι σπένδεται θεὸς γεγὼς,
ὥστε διὰ τοῦτον τἀγάθ᾽ ἀνθρώπους ἔχειν.

κακὸν πολίταις γίγνεται, a Brunckio admissam repudiavit Matthiae.

276. Aldus: ὁ πόμα δ᾽ ὁπότερον. Hervagiana prima: ὁ πόμα δ᾽ ὁ πότερον. Hervagiana secunda: ὁ πόμα τ᾽, ὁπότερον. Brubachiana: ὁ πόμα τ᾽ ὁπότερον. Brodaeus: ὃ πόμα δ᾽, *hic vero potus.* Idem: ὁπότερον, *potum an Bacchum, terram an Cererem.* Copiose contra Brodaeum disputat Stephanus, ex cujus codd. ὄνομα habent edd. recentiores. Sic etiam Laur. Inepta est Reiskii conjectura: χὤδ᾽ ἐστὶν, ὃν ὄνομ᾽ ὁπότερον βούλει, κάλει.

278. Aldus ὅδ᾽ ἦλθ᾽. Stephanus ὃ δ᾽ scribendum monet, de altero tacet. Laur. ὅδ᾽ ἦλθεν. Aut ὃ δ᾽ ἦλθεν aut ὁ δ᾽ ἦλθεν legendum. Illud admiserunt Barnesius et Brunckius, hoc Musgravius et Matthiae. Ego Barnesium et Brunckium sequor, vel potius Brunckium. Barnesius enim haec verba male explicat. Ὃ ad βότρυος ὑγρὸν πῶμα referendum esse recte statuit Heathius.

279. Aldus πόμ᾽ εὗρε. Nec variant ceterae editiones, licet recentiores recte πώματος habeant v. 707. Hanc scripturam ubique admittendam esse docuit Porsonus ad Hec. 492. ubi nunc legitur: καὶ δὶς τόσον πῶμ᾽ αἵματος γενήσεται. Recte Aldina Cycl. 191. βότρυος ἐμοὶ πῶμ᾽ ἀντιδόντες εὔῖον. Eadem tamen haud raro alteram formam metro repugnante exhibet. Omnia in μα desinentia penultimam apud veteres producunt, praeter ὄνομα, στόμα, ἔρυμα. Recentiorum sunt εὕρεμα, θέμα et similia.

282. Aldus ὕπνου τε. Pal. ὕπνον τὲ. Laur. ὕπνον τὲ. Genitivus ὕπνου Brodaei sententia significat διὰ τὸν ὕπνον. Respondet Stephanus: *Malo* ὕπνον, *ut sit per appositionem dictum*, ὕπνον, λήθην τῶν καθ᾽ ἡμέραν κακῶν. Admisit hanc conjecturam Barnesius.

Ibid. Aldus καθημέραν. Pal. Laur. καθ᾽ ἡμέραν. Sic etiam Matthiae.

285. Huius versus oblitus videtur Porsonus, quum de particulis τε et γε scripsit Praefat. p. xvi. neutram earum secundam pedis trisyllabi syllabam ne apud comicos quidem in iambico metro esse posse. Si hujusce ὥστε διὰ τοῦτον recordatus esset, haud dubie legendum monuisset διὰ τοῦτον ὥστε, quae ejus conjectura exstat Adversar. p. 264. Confert Euripidem Hec. 540. ἔστι γὰρ τέκνα | καὶ τῷδε, τὴν σὴν ὥστ᾽ ἐποικτεῖραι τύχην. Phoen. 509. τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ᾽ ἔχειν τυραννίδα. Ex quibus exemplis satis constat, Euripidem non male scripturum fuisse, si scripsisset διὰ τοῦτον ὥστε. Nam διὰ τοῦ-

καὶ καταγελᾷς νιν, ὡς ἐνεῤῥάφη Διὸς
μηρῷ. διδάξω σ' ὡς καλῶς ἔχει τόδε.
ἐπεί νιν ἥρπασ' ἐκ πυρὸς κεραυνίου
Ζεὺς, εἰς δ' Ὄλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν νέον,
Ἥρα νιν ἤθελ' ἐκβαλεῖν ἀπ' οὐρανοῦ,
Ζεὺς δ' ἀντεμηχανήσαθ', οἷα δὴ θεός.
ῥήξας μέρος τι τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου
αἰθέρος, ἔθηκε, τόνδ' ὅμηρον ἐκδιδοὺς
Διόνυσον Ἥρας νεικέων. χρόνῳ δέ νιν

τον in initio versus eodem jure dixisset, quo *παρὰ σοὶ λεγέσθω* v. 334. *παρ' ἐμοὶ* v. 502. *ἐπὶ δαῖτα* v. 1245. Sed vulgatam sanam puto. Quod de particulis *τε* et *γε* statuit Porsonus, etiam de *ἂν*, *δὲ*, *γὰρ*, *μὲν* aliisque nonnullis plerumque verum esse monui ad v. 192. Sed in mediis pedibus (de quibus solis ibi agebatur) aliquam licentiam sumunt scenici poëtae, in primo vero longe majorem. Duo exempla ex Aristophanis Pluto regulae suae contraria attulit ipse Porsonus. Sex e comicis, unum e satyrico dramate addidi Censurae Trimestris T. VII. p. 448. Numerum auxit Dobraeus ad Aristophanem p. 104. Nullum horum ex tragoedia sumtum fateor. Sed neque illud *τὸ γὰρ ἴσον*, quod ad v. 192. attuli, quidquam sibi simile habet apud tragicos. Neque magis aures laedit *ὥστε διὰ τοῦτον* in initio senarii, quam si *ὥστε* re vera vox disyllaba esset. Non valde numerosus est versus, *πάντα διὰ τοῦτον τἀγάθ' ἀνθρώπους ἔχειν*, sed qualis in hac fabula (quam pene ultimam scripsit Euripides) locum habere sine suspicione posset. In eadem tetralogia fuit Iphigenia in Aulide, cujus v. 1142. ita se habet: *αὐτὸ δὲ τὸ σιγᾶν ὁμολογοῦντας ἐστι σου.*

286. Aldus *ἐν ἐῤῥάφη*. Conjunctim Pal. Laur. et edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam. Par. E. *ἐῤῥάφη*: omisso *ἐν*. Si Stiblinianam, cujus errores acriter reprehendit, paullo diligentius inspexisset Stephanus, conjecturam suam *ἐνεῤῥάφη* aliasque complures in ea anticipatas vidisset.

289. Aldus: *Ζεὺς εἰς δ' ὄλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν νέον*. Pal. *ζεὺς εἰς ὄλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν θεόν*. Laur. *ζεὺς εἰς δ' ὄλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν θεὸν*. Particulam *δὲ* in Hervagiana secunda omissam revocavit Musgravius. Scaligeri conjecturam *εἰς τ' ὄλυμπον* tacite adoptarat Barnesius.

292. Locus obscurissimus, cujus difficultatem dissimulant interpretes. Distinguit Aldus: *ῥήξας μέρος τι τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου | αἰθέρος ἔθηκε, τόνδ' ὅμηρον ἐκδιδοὺς | Διόνυσον Ἥρας νεικέων*. Nemo quidquam annotavit, praeter Brodaeum, qui *Ἥρας νεικέων* interpretatur *depositae cum Junone inimicitiae*. Vertit Portus: *Rupta parte quadam terram ambientis aetheris*, hic istum *posuit*, *hunc obsidem tradens Dionysum*, *propter rixas Junonis*. Musgravius vero: *posuit hunc*, *obsidem amovens*, *Dionysum extra rixas Junonis*. Eo igitur auctore distinguendum: *ἔθηκε τόνδ', ὅμηρον ἐκδιδοὺς, | Διόνυσον Ἥρας νεικέων*. Brunckius hoc modo: *ἔθηκε, τόνδ' ὅμηρον ἐκδιδοὺς, | Διόνυσον, Ἥρας νεικέων*. Id est, ni fallor: *ἔθηκε Διόνυσον, τόνδ' ὅμηρον ἐκδιδοὺς Ἥρας νεικέων*. Matthiae ut Aldus. Nihil horum mihi placet.

βροτοὶ[1] τραφῆναι φασὶν ἐν μηρῷ Διὸς, [1] ῥαφῆναι
ὄνομα μεταστήσαντες, ὅτι θεᾷ θεὸς
Ἥρᾳ ποθ' ὡμήρευσε, συνθέντες λόγον.
μάντις δ' ὁ δαίμων ὅδε. τὸ γὰρ βακχεύσιμον
καὶ τὸ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει.
ὅτ' ἂν γὰρ ὁ θεὸς εἰς τὸ σῶμ' ἔλθῃ πολὺς,
λέγειν τὸ μέλλον τοὺς μεμηνότας ποιεῖ.
Ἄρεώς τε μοῖραν μεταλαβὼν ἔχει τινά.
στρατὸν γὰρ ἐν ὅπλοις ὄντα κἀπὶ τάξεσι,
φόβος διεπτόησε, πρὶν λόγχης θιγεῖν.
μανία δὲ καὶ τοῦτ' ἔστι Διονύσου πάρα.

295. Aldus: *βροτοὶ τραφῆναί φασιν ἐν μηρῷ Διός.* Pal. *βροτοὶ τραφῆναι φασὶν ἐκ μρς διός.* Piersonus Verisim. p. 126. *Conjeceram:* *βροτοὶ ῥαφῆναί φασιν ἐν μηρῷ Διός. Quam conjecturam praeter alios ipse confirmat Euripides v. 96. 243. 286. Nunc tamen dubito, anne Bacchus etiam dici possit τραφῆναι ἐν μηρῷ Διός.* Reiskius nihil opus esse Piersoni conjectura statuit, neque eam necessariam, sed tantum elegantem, appellat Musgravius.

297. *Συνθέντες λόγον, mentientes.* Aeschylus Prom. 686. *νόσημα γὰρ | αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.* Ubi schol. *τοὺς ψευδεῖς.*

298. Schol. ad Euripidis Hec. 1267. *ὅτι δὲ διόνυσος μάντις, καὶ ἐν βάκχαις φησί. μάντις δ' ὁ δαίμων ὅδε. τὸ γὰρ βακχεύσιμον καὶ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει.* Ita ed. Juntina. Verba *τὸ γὰρ βακχεύσιμον καὶ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει* pro ipsius scholiastae verbis accepit Gisb. Cuperus Observat. III. 12. p. 311. apud Porsonum Adversar. p. 265. Huc respicit Plutarchus T. II. p. 428. F. *τὸ γὰρ βακχεύσιμον καὶ τὸ μανιῶδες μαντευτικὴν* (*μαντικὴν* corrigit Porsonus) *πολλὴν ἔχει, κατ' Εὐριπίδην, ὅταν ἔνθερμος ἡ ψυχὴ γενομένη κ. τ. ἑ.* Idem T. II. p. 716. B. *Τοὐναντίον δὲ οἱ παλαιοὶ τὸν θεὸν Ἐλευθέριον καὶ Λύσιον ἐκάλουν, καὶ μαντικῆς πολλὴν ἔχειν ἡγοῦντο μοῖραν, οὐ διὰ τὸ βακχεύσιμον καὶ μανιῶδες, ὥσπερ Εὐριπίδης εἶπεν, ἀλλ' ὅτι τὸ δουλοπρεπὲς κ. τ. ἑ.*

Ibid. Hervagiana prima *καὶ γὰρ βακχεύσιμον.* Quem typographi errorem octies repetitum tandem correxit Barnesius. Canterus: *Si divinare licet, malim τὸ γὰρ, quam καὶ γάρ.* Non opus erat divinatione, sed exemplo Aldinae editionis. Quam si usurpasset Canterus, multo melius hanc provinciam administrasset.

302. Pal. *ἄρεος τε.* Sed v. 1354. recte *ἄρεως* ut vulgo. Non nisi metri causa dicitur *Ἄρεος*, ut *πόλεος, ὕβρεος* et similia.

304. Aldus *θίγειν.* Barnesius diserte *θιγεῖν*, quam scripturam apud Sophoclem fere semper exhibet Aldus. Barnesii emendationem neglexerunt Musgravius, Brunckius et Matthiae. Plura vide ad Aj. 1410. ubi male vulgo *θίγων.*

305. Hunc versum spurium censet Piersonus Verisim. p. 127. Non nisi corruptum Musgravius, cui legendum videtur: *μανία δὲ τότε κατέσχε Διονύσου πάρα.* Hanc conjecturam paullulum immutatam, *μανία δέ νιν κατέσχε* scilicet, admisit Brunckius. Schaeferus: *μανία δὲ, καὶ τοῦτ' ἔστι Διονύσου πάρα.* Matthiae ut Al-

ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις
πηδῶντα σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα,
βάλλοντα, καὶ σείοντα Βακχεῖον κλάδον,
μέγαν τ' ἀν' Ἑλλάδ'. ἀλλ' ἐμοὶ, Πενθεῦ, πιθοῦ.
μὴ τὸ κράτος αὔχει δύναμιν ἀνθρώποις ἔχειν,

dus. [Jacobsius Animadv. in Euripidem p. 107. μανιώδ' (eliso scilicet η) ἐπεὶ νοῦν ἔσχε Διονύσου πάρα. *Ex Addendis.*] Hoc dicit poëta: καὶ τοῦτο (nempe τὸ διαπτοεῖσθαι πρὶν μάχης θιγεῖν) μανία ἐστὶν παρὰ Διονύσου πεμφθεῖσα. Quod cur Piersono aliisque displicuerit, equidem non video. Ceterum recte monet Barnesius, hos terrores Pani potius quam Baccho a vulgo tributos esse. Vide ad Med. 1172 = 1141.

306 Attius apud Jos. Scaligerum ad Varronem p. 87. *Laetum in Parnaso inter pinus tripudiantem in circulis ludere, atque taedis fulgere.* Multa apud poëtas mentio est flammae in monte Parnasso noctu lucentis, quam qui videbant, Bacchum utraque manu facem gestantem cum solito famularum comitatu saltare credebant. Cujus ignis quae fuerit natura, eorum est investigare, qui in physicis versantur. Quod grammatici officium est, tragicorum nonnulla de eo testimonia apponam. Sophocles Ant. 1126. Σὲ δ' ὑπὲρ διλόφου πέτρας | στέροψ ὄπωπε λιγνὺς, ἔν | θα Κωρύκιαι νύμφαι | στείχουσι Βακχίδες. Euripides Phoen. 233. Ἰὼ λάμπουσα πέτρα πυρὸς | δικόρυφον σέλας ὑπὲρ | ἄκρων βακχείων Διονύσου. Ion. 711. ἤδη πέλας δείπνων κυρεῖ | παῖς καὶ πατὴρ νέος νέων, | ἵνα δειράδες Παρνασοῦ, | πέτρας ἔχουσαι σκόπελον, | οὐράνιόν θ' ἕδραν, | ἵνα Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων | πεύκας, λαιψηρὰ πηδᾷ | νυκτιπόλοις ἅμα σὺν Βάκχαις. Ibid. 1125. Ξοῦθος μὲν ᾤχετ', ἔνθα πῦρ πηδᾷ θεοῦ | Βακχεῖον, ὡς σφαγαῖσι Διονύσου πέτρας | δεύσειε δισσὰς, παιδὸς ἀντ' ὀπτηρίων. Idem Hypsipyles prologo apud Aristophanem Ran. 1242. Διόνυσος, ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς | καθαπτὸς, ἐν πεύκαισι Παρνασὸν κάτα | πηδᾷ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσιν.

Ibid. Pal. δελφοῖσιν, cetera ut Aldus. Laur. vero hanc scripturam exhibet: ἐν δελφοῖς ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ δελφίσιν πέτραις. Ultima vox praeter primam literam erasa est. In margine legitur πέτραις a diversa manu.

307. Pal. πεύκοισι. Recte haec distinguit Aldus. Recte etiam Portus, licet in interpretatione dederit: *salientem cum facibus, et bicipitem rupem percutientem.* Pessime Musgravius: πηδῶντα, σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα | βάλλοντα. Confert Brunckius Sophoclem Aj. 30. πηδῶντα πεδία σὺν νεοῤῥάντῳ ξίφει. [Conferre potuisset nostrae fabulae v. 872. θρώσκει πεδίον | παραποτάμιον. *Ex Addendis.*]

308. Brunckius, qui falli ostendit eos, qui δικόρυφον πλάκα βάλλοντα conjungunt, βάλλοντα et Βακχεῖον κλάδον conjungere videtur. Aldus vero post βάλλοντα interpungit, quasi sensus sit βάλλοντα γῆν.

Ibid. Aldus βάκχιον. Brunckius e MSS. Par. βακχεῖον, quod exhibent etiam Pal. et Laur. Omnes βακχείῳ ποδὶ v. 1228. Legendum etiam βακχείῳ ποτῷ Cycl. 445. Saepius non legitur βάκχιος in hoc metro apud Euripidem, nisi quando ipse Bacchus intelligendus est.

309. Pal. μέγαν τὰν ἑλλάδ'.

310. Μὴ αὔχει mihi μὴ νόμιζε significare videtur, ut passim apud tragicos. Male Portus: *Ne propter imperium glorieris.* Ali-

μηδ' ἢν δοκῇς μέν (ἡ δὲ δόξα σου νοσεῖ),
φρονεῖν δόκει τι. τὸν θεὸν δ' εἰς γῆν δέχου,
καὶ σπένδε, καὶ βάκχευε, καὶ στέφου κάρα.
† οὐχ ὁ Διόνυσος σωφρονεῖν ἀναγκάσει

quanto melius Barnesius: *Ne imperium gloriare* etc.

Ibid. Ne figura Colophonia hic opus sit, legerim: μὴ τὸ κράτος αὔχει δυνάτ' ἐν ἀνθρώποις ἔχειν. i. e. μὴ αὔχει τὰ δυνατὰ ἔχειν κράτος ἐν ἀνθρώποις. MUSGRAVIUS. Nihil opus.

Ibid. Abest ἔχειν a tribus editionibus, Commeliniana scilicet et utraque Genevensi.

311. Versus admodum obscurus. Sententia hujusmodi esse videtur: *nec, si opineris, et in opinione tua peccatum, non in superbia positum sit.* MUSGRAVIUS. Aldus ἡ δὲ δόξα σου νοσῇ. Brunckius ex utroque MS. Par. νοσεῖ, quod exhibent etiam Pal. et Laur. Διὰ μέσου sunt verba ἡ δὲ δόξα σου νοσεῖ. Μὲν sine apodosi, ut apud nostrum Herc. 713. Δοκῶ μὲν αὐτὸν, ὡς θύραθεν εἰκάσαι, | ἱκέτιν πρὸς ἁγνοῖς ἑστίας θάσσειν βάθροις. Sophocles Ant. 622. τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν | τῷδε μὲν, ὅτῳ φρένας | θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν.

314. 315. 316. Haec leguntur apud Stobaeum Tit. V. p. 63 = 57. ubi Trincavellus: Οὐκ ὁ διόνυσος μὴ σωφρονεῖν, ἀναγκάσῃ. | γυναῖκας, εἰς τὴν κύπριν, κ. τ. ἑ. Nec quidquam praeter distinctiones mutare videntur MSS. Apud eundem Tit. LXXIV. p. 439 = 521. MS. A. talem fere scripturam habere monet Gaisfordius: οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει | γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ' εἰς τὴν φύσιν | τοῦτο σκοπεῖν χρή. καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν | οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Ubi Gesnerus non nisi verba οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει γυναῖκας dedit. Grotius utrobique quinque versus 314 = 318. Scripsit etiam Διονῦς, quod Tit. LXXIV. in MS. A. legi monet. Sed is διονυσ̊ habet, quod διόνυσος significat. Quod maximi momenti est, in corrupta scriptura μὴ σωφρονεῖν, de qua mox dicturus sum, omnes apud Stobaeum libri bis cum Euripidis ed. Aldina consentiunt. Ceterum Tit. V. lemma apud Gesnerum est *Euripidis in Bacchis*, Tit. vero LXXIV. *Ejusdem in Pentheo.*

314 Aldus: οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει. Pal. οὐχ ὁ διόνυσος σωφρονεῖν (μὴ) ἀναγκάσει. Laur. a prima manu: οὐ διόνυσος σωφρονεῖν ἀναγκάσει. Idem a correctore: οὐχ ὁ διόνυσος σωφρονεῖν ἀναγκάσει. Pseudogregorius v. 261. οὐ γάρ θεός σε σωφρονεῖν ἀναγκάσει. Vulgatam primus sollicitavit Canterus, qui ἀσωφρονεῖν pro μὴ σωφρονεῖν legendum conjecit. Placuit Heathio haec conjectura, licet neque Graecum sit ἀσωφρονεῖν, neque eo admisso metrum recte se habiturum sit. Scaliger in uno libro reposuit ignotam tragicis vocem Διονῦς. Sic etiam Grotius, ut modo dixi. Salmasius apud Grotium: οὐχ ὁ Διόνυσος ἀφρονεῖν ἀναγκάσει. Scaliger in altero libro delevit μὴ, metro sic consulens, at nequaquam sensui profuturus, ut Barnesii verbis utar. Ipse Barnesius aut σωφρονῶν ἀναγκάσει aut ἀναγκάσει μὴ σωφρονεῖν dubitanter proposuit. Valckenarius ad Phoen. 397. οὐκ Εὔϊος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει. Musgravius in annotatione μὴ φρονεῖν pro μωραίνειν. Brunckius ἀφρονεῖν ut Salmasius. Matthiae σωφρονεῖν omisso μὴ ut Duportus. Hanc scripturam obelo notatam admisi. Quid enim scri-

γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ' [1] ἐν τῇ φύσει 1 εἰ
τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' [2] ἀεί. 2 ἀεί,
τοῦτο σκοπεῖν χρή. καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν

pserit Euripides, pro certo statuere nequeo. Porsonus apud Monkium ad Hipp. 79. locum ita refingit: οὐχ ὁ Διόνυσος ὡς φρονεῖν ἀναγκάσει | γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ' εἰ τῇ φύσει | τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί, | τοῦτο σκοπεῖν χρή. [Quam scripturam potius Grotio aut Salmasio quam Porsono tribuere videtur Kiddius p. 225. Ex Addendis.] Ubi primo notandum φρονεῖν εἰς τὴν Κύπριν pro ἐρᾶν dictum. Ita noster Phoen. 1155. ὁ δ' οὐκ ἔλασσον Ἄρεος εἰς μάχην φρονῶν | Καπανεὺς, προσῆγε λόχον ἐπ' Ἠλέκτραις πύλαις. Hinc lego: οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ φρονεῖν ἀναγκάσῃ | γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν. Ordo est: οὐ μὴ ἀναγκάσῃ ὁ Διόνυσος γυναῖκας φρονεῖν εἰς τὴν Κύπριν. Particulas οὐ et μὴ similiter collocatas habemus apud Sophoclem Oed. C. 848. Οὔκ οὖν ποτ' ἐκ τούτοιν γε μὴ σκήπτροιν ἔτι | ὁδοιπορήσῃς. Subjunctivum ἀναγκάσῃ agnoscit Stobaeus Tit. V. Dawesio aliisque, qui οὐ μὴ γράψῃ et similia soloece dici statuunt, copiose respondebo ad Sophoclis Oed. C. 179. Οὔτοι μήποτέ σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων, ὦ | γέρον, ἄκοντά τις ἄξει. Ut constet utra conjectura melior sit, meane an Porsoni, id in primis considerandum est, utrum ex μὴ φρονεῖν an ex ὡς φρονεῖν facilius oriri potuerit vulgata scriptura tam apud Euripidem quam apud Stobaeum μὴ σωφρονεῖν. Quamvis enim nonnulli libri apud Euripidem μὴ omittant, id metri caussa a librariis factum mihi videtur. Optima esset Salmasii conjectura, si Graeca vox esset ἀφρονεῖν, quae tamen analogiae non repugnat.

315. Pal. et fortasse alii εἰς τὴν κύπριν. Sic etiam Stobaeus. Aldus ἐς τὴν Κύπριν v. 315. ἐς τὸν βρόμιον v. 375. ἐς τὸν τύραννον v. 776. Satis dixi de hac quaestione ad Med. 55.

Ibid. Aldus: ἀλλ' ἐν τῇ φύσει | τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί. Ita cum plena distinctione. Sic etiam a correctore Pal. qui a prima manu habet τὸ σωφρονεῖν ἐστιν. Stobaeus Tit. V. ut vulgo apud Euripidem, Tit. vero LXXIV. ἀλλ' εἰς τὴν φύσιν. τοῦτο σκοπεῖν χρὴ mediis omissis. Speciosa est Porsoni conjectura ἀλλ' εἰ τῇ φύσει cum diversa distinctione. Ita Menander Boeotia apud Clericum p. 30. πολλὰ δύσκολα | εὕροις ἂν ἐν τοῖς πᾶσιν. ἀλλ' εἰ πλείονα | τὰ συμφέροντ' ἔνεστι, τοῦτο δεῖ φρονεῖν. Synesius Ep. CV. p. 247. ἀλλ' οὐκ εἰ μεγάλα χαρίζονται, τοῦτο προσήκει σκοπεῖν, ἀλλ' εἰ λαβεῖν ἐμοὶ δυνατά. Haec attulit ipse Porsonus Adversar. p. 265. Cujus conjecturam quo minus admitterem, movit me praeter alia Stobaei auctoritas, qui si ἀλλ' εἰ τῇ φύσει apud Euripidem reperisset, verba τοῦτο σκοπεῖν χρὴ additurus fuisse videtur Tit. V. Si vulgata recte se habet, supplendum est ταῖς σώφροσιν aut simile quid. Ceterum eadem fere verba habet noster Hipp. 79. ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει | τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάντ' ἀεί, | τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις. Ubi rectius Porsonus ὅστις quam alii ἔνεστιν. Quae de verbis ἐν τῇ φύσει ἔνεστι scripsit Valckenarius, etiam ad Bacchas cum fructu legentur.

317. Aldus τοῦτο σκοπεῖν γὰρ χρή. Hoc γὰρ carent Pal. Laur. et edd. recentiores.

Ibid. Plutarchus Gracchis p. 829. A. οὐ γὰρ μόνον ἐν βακχεύμασιν (ὡς ἔοικεν), ἀλλὰ καὶ ἐν φιλοτιμίαις καὶ ὀργαῖς τὸ πεφυκέναι καλῶς καὶ πεπαιδεῦσθαι σω-

οὐδ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.
ὁρᾷς; σὺ χαίρεις ὅτ' ἂν ἐφεστῶσιν πύλαις
πολλοὶ, τὸ Πενθέως δ' ὄνομα μεγαλύνῃ πόλις.
κἀκεῖνος, οἶμαι, τέρπεται τιμώμενος.
ἐγὼ μὲν οὖν καὶ Κάδμος, ὃν σὺ διαγελᾷς,
κισσῷ τ' ἐρεψόμεσθα, καὶ χορεύσομεν,
πολιὰ ξυνωρίς. ἀλλ' ὅμως χορευτέον,
κοὐ θεομαχήσω, σῶν λόγων πεισθεὶς ὕπο.
μαίνει γὰρ ὡς ἄλγιστα, κοὔτε φαρμάκοις
ἄκη λάβοις ἂν, οὔτ' ἄνευ τούτων νοσεῖς.
ΧΟ. Ὦ πρέσβυ, Φοῖβόν τ' οὐ καταισχύνεις λόγοις,
τιμῶν τε Βρόμιον σωφρονεῖς, μέγαν θεόν.
ΚΑ. Ὦ παῖ, καλῶς σοι Τειρεσίας παρῄνεσεν.
οἴκει μεθ' ἡμῶν, μὴ θύραζε τῶν νόμων.
νῦν γὰρ πέτει τε, καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖς.
κεἰ μὴ γάρ ἐστιν ὁ θεὸς οὗτος, ὡς σὺ φῂς,

φρόνως, ἐφίστησι καὶ κατακοσμεῖ τὴν διάνοιαν. Athenaeus XII. p. 544. D. Ὁ δ' Ἀρίστιππος ἐπὶ τῆς Λαΐδος ἔλεγεν, Ἔχω καὶ οὐκ ἔχομαι. καὶ παρὰ Διονυσίῳ διηνέχθη τισὶ περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν τριῶν γυναικῶν. καὶ μύροις ἐλούετο, καὶ ἔφασκεν, ὅτι κἀν βακχεύμασιν οὐδ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Plenius rem narrant alii, quos vide ad v. 834.

320. Pal. Laur. metro repugnante οὔνομα, quod ne metri quidem caussa usurpant tragici. Plura ad Sophoclis Phil. 251. ubi Aldinam scripturam, οὐδ' ὄνομ', οὐδὲ τῶν ἐμῶν κακῶν κλέος, non emendavit Triclinius. Corrige meum errorem ad Med. 88.

321. Noster Hipp. 7. ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε, | τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.

322. Supra v. 272. οὗτος δ' ὁ δαίμων ὁ νέος, ὃν σὺ διαγελᾷς.

323. Ἐρεψόμεσθα pro στεφανωσόμεθα. Penthei comas, ἃς οὔτε κιττὸς ἤρεψεν, οὔτε σμίλακος, ἢ ἀμπέλου κλῆμα, memorat Philostratus, qui huc respexisse videtur. Oppianus Cyneget. IV. 260. πρύμναν δ' ὡραίη σέλινος καὶ κισσὸς ἔρεπτον. Atticus scriptor dixisset ἔρεφον.

327. Nos enim aegritudinis animi tui remedia omnia suggessimus. Brodaeus. Ἄνευ τούτων significat, neque propterea insanis, quia his medicamentis cares. Reiskius. *Neque nunc, extra vim eorum, animo aegrotas.* Significat mentem ipsi pharmacis corruptam esse. Musgravius. In cujus interpretatione acquiescendum videtur. Haud multo diversam jam dederat Heathius. Scaliger autem correxerat νοοῖς, quod etiam si pro *resipisces* dici posset, valde frigidum esset, ut recte censet Heathius. [Jacobsius Animadv. in Euripidem p. 107. οὔτ' ἀπεύθυνον νοσεῖς, *neque non poenas ejus dabis. Ex Addendis.*]

331. Verba μὴ θύραζε τῶν νόμων significant μὴ ἔξω τῶν νενομισμένων. Confer quod infra legitur v. 888. οὐ | γὰρ κρεῖσσόν ποτε τῶν νόμων | γιγνώσκειν χρὴ καὶ μελετᾶν.

332. Πέτει fere ut nostri dicunt: *You are flighty.*

παρὰ σοὶ λεγέσθω· καὶ καταψεύδου καλῶς,
ὡς ἔστι, Σεμέλη θ᾽ ἵνα δοκῇ θεὸν τεκεῖν,
ἡμῖν τε τιμὴ παντὶ τῷ γένει προσῇ.
ὁρᾷς τὸν [1] Ἀκταίωνος ἄθλιον μόρον,
ὃν ὠμόσιτοι σκύλακες, ἃς ἐθρέψατο,
διεσπάσαντο, κρείσσον᾽ ἐν κυναγίαις

[1] Ἀκτέωνος

334. *Καταψεύδου* non significat *adversus* eum *mentiaris*, ut putavit Portus, cujus interpretationem correxit Heathius. Dixit Demosthenes ὃ *μέγιστον ἦν καθ᾽ ὑμῶν ἐγκώμιον*. Quae verba attulit Matthiae Gramm. Gr. §. 581. p. 891. Saepius apud tragicos non legitur *καταψεύδεσθαι*.

335. Aldus: *ὡς ἔστι Σεμέλης ἵνα δοκῇ θεὸν τεκεῖν*. Alii post *Σεμέλης* interpungunt. Tyrwhitti conjecturam, quam jure optimam appellat Musgravius, admisit Brunckius. Cujus verba sunt: *Acutissimi Tyrwhitti omnino recipi debuit emendatio, quum ex vulgata lectione falsus emergat sensus. — Nemo dubitabat quin Semeles esset filius, sed negabant, quem illa peperisset, Deum esse.*

336. Scaliger legit *ἡμῶν*, non recte. *Ἡμῖν* enim fit per appositionem, *παντὶ τῷ γένει*. Barnesius. Eadem conjectura, quae Scaligero, mihi quoque in mentem venit. Ego vero usu Euripidae doctus eam damnare coepi. Solet is enim dativum pro genitivo adhibere. Reiskius. Scaliger non male *ἡμῶν*. Quamquam neque alterum penitus damno. Musgravius. Genitivum admisit Brunckius, dativum revocavit Matthiae, uterque celato lectore. Non Euripidi propria est constructio *ἡμῖν τῷ γένει*, ut putat Reiskius, sed apud omnes scriptores passim obvia. Pindarus Olymp. II. 27. *εὔφρων ἄρουραν ἔτι πατρίαν σφίσιν κόμισον λοιπῷ γένει*. Et VIII. 109. *ὅ σφιν ὤπασεν Ζεὺς γένει*. [Tragicus Rhes. 644. *ἐχθρῶν τις ἡμῖν χρίμπτεται στρατεύματι. Ex Addendis.*] Vide an legendum apud Euripidem Iph. T. 279. *ἔδοξε δ᾽ ἡμῖν εὖ λέγειν τοῖς πλείοσιν.*

337. Laur. a correctore *ἀκτέωνος*, nescio an recte. Genitivus *Ἀκταίονος* legitur v. 230. accusativus *Ἀκταίωνα* vv. 1225. 1290. ubi fortasse reponendum *Ἀκτέωνα*. Certum est Atticos dixisse *Ἀλκμέωνα*. Timocles apud Athenaeum p. 223. *ὁ νοσῶν δὲ μανικῶς, Ἀλκμέων᾽ ἐσκέψατο*. Vulgo quidem *Ἀλκμαίων*, quod mediam corripere apud comicum vix credam. Sed controversiam dirimit Marmor Sandvicense apud Taylorum, in quo totidem literis legitur: ΑΛΚΜΕΩΝΙΔΗΣ ΘΡΑΣΥΜ [ΑΧΟ] ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

338. *Ὠμόσιτοι, crudis vescentes.* Mihi ὁμόσιτοι, ὁμοτράπεζοι, non displicet. Brodaeus. Cujus si haec sola exstaret conjectura, pluribus non opus esset ad ea confirmanda, quae de metrica ejus peritia monui ad v. 216.

339. Reiskii conjecturam, *διέσπασαν τὸν κρείσσονα*, silentio praeterissem, nisi admisisset eam Matthiae. Mihi neque necessarius videtur articulus, et media forma *διεσπάσαντο* aeque bene usurpari atque activa. Aristophanes Ran. 478. *τὼ νεφρὼ δέ σου | αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ἡματωμένω | διασπάσονται Γοργόνες Τιθράσιαι.*

Ibid. Aldus *κυνηγίαις*, quod recte mutasse videtur Matthiae. Vulgo legitur apud nostrum Hipp. 109. *τερπνὸν ἐκ κυναγίας | τράπεζα πλήρης*. Contra apud Sophoclem Aj. 37. nemo vulgatam *κυνηγίᾳ* sollicitavit. *Κυνηγὸς* jamdiu tragicis abjudicatum est. Vide Porsonum ad Or. 26. qui in-

Ἀρτέμιδος εἶναι κομπάσαντ', ἐν ὀργάσιν;
ὃ μὴ πάθῃς σὺ (δεῦρό σου στέψω κάρα
κισσῷ), μεθ' ἡμῶν τῷ θεῷ τιμὴν δίδου.
ΠΕ. Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, βακχεύσεις δ' ἰὼν,
μηδ' ἐξομόρξει μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί;

ter κυνηγέτης et κυναγέτης haesitare videtur, nihil autem de κυνηγία dixit.

340. Ordo est: διεσπάσαντο ἐν ὀργάσιν. Quod monuerunt Heathius et Musgravius.

341. Pal. δεῦρο σοῦ. Ita distinguit Aldus: ὃ μη πάθης σὺ, δεῦρό σου στέψω κάρα | κισσῷ. μεθ' ἡμῶν τῷ θεῷ τιμὴν δίδου. Melior, ni fallor, est ratio, quam in textu vides. Διὰ μέσου sunt verba δεῦρό σου στέψω κάρα κισσῷ, quae Anglice vertenda sunt: *Come hither, let me crown your head with ivy.* Στέψω enim, quod pro futuro accipiunt interpretes Latini, subjunctivum esse monui ad Med. 1243. Usitatius esset φέρε σόν στέψω κάρα, sed δεῦρο usurpavit etiam Theopompus apud Athenaeum p. 470. F. Χώρει σὺ δεῦρο Θηρικλέους πιστὸν τέκνον, | γενναῖον εἶδος. ὄνομά σοι τί φώμεθα; | ἆρ' εἶ κάτοπτρον φύσεος; ἦν πλῆρες δοθῇς, | οὐδέν ποτ' ἄλλο. δεῦρο δὴ γεμίσω σ' ἐγώ. Porsonus ad Av. 813. δεῦρο δὴ, γεμίσω σ' ἐγώ. Nulla ambiguitas est in hoc exemplo. Futurum enim est γεμιῶ.

343. Laur. οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα. καὶ βακχεύσεις δ' ἰών. Sensus hujus versus est: Μὴ πρόσφερε χεῖρα, ἀλλὰ βάκχευε ἰών. Alterum ejusdem constructionis exemplum exstat infra v. 791. Quotquot apud scenicos poëtas repereram, collegi ad Med. 1151 = 1120. Male Scaliger βακχεύσαις. In sola Musgraviana legitur βακχεύεις, idque typographi errore, ut ipse monet Musgravius. Sunt tamen, qui non typographo sed editori hanc scripturam tribuant.

344. Ambigua est Aldina scriptura μήδ' ἐξομόρξῃ. Si ἐξομόρξῃ subjunctivus est, interrogationis signum post ἰὼν ponendum est: sin autem futurum, post ἐμοί. Alterum hujus ambiguitatis exemplum praebet noster Hipp. 606. σὺ. μὴ προσοίσῃς χεῖρα, μὴ δ' ἅψῃ πέπλων. Ita Aldus. Nemo dubitat οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα scribendum esse. Utrum vero ἅψῃ an ἅψει, minus constat. Malo ἐξομόρξῃ et ἅψῃ pro futuris accipere, ideoque ἐξομόρξει et ἅψει scribere, quia est ubi altera ratio scriptores Atticos barbare loquentes inducat. Aristophanes Ran. 300. Οὐ μὴ καλεῖς, | ὤνθρωφ', ἱκετεύω, μηδὲ κατερεῖς τοὔνομα; Eccl. 1136. οὐκ οὖν ἅπασι δῆτα γενναίως ἐρεῖς, | καὶ μὴ παραλείψεις μηδέν; In Aldina legitur καλῇς, quod nonnisi soloecum est: κατερῇς vero et παραλείψῃς barbara sunt. [Apud Sophoclem Aj. 75. in Aldina legitur: οὐ σῖγ' ἀνέξῃ, μήδε δειλίαν ἀρῇς; Graecum quidem est ἀρῇς, sed metro repugnat. Rectius igitur alii libri ἀρεῖς. *Ex Addendis*:] Futurum sine controversia habet Euripides Hel. 444. Τίς πρὸς πύλαισιν; οὐκ ἀπαλλάξει δόμων, | καὶ μὴ πρὸς αὐλείοισιν ἑστηκὼς πύλαις, | ὄχλον παρέξεις δεσπόταις;

Ibid. Scaliger improbante Barnesio εἰσομόρξῃ. Aristophanes Ach. 843. οὐδ' ἐξομόρξεται Πρέπις τὴν εὐρυπρωκτίαν σοι. Quum omnium consensu hodie apud Aristophanem legatur ἐναπομόρξεται, haud absurde conjicit Porsonus, etiam apud Euripidem legendum esse μηδ' ἐναπομόρξει. Timaeus: Ἐξομοργνύμενος: ἐκματ-

τῆς σῆς ἀνοίας τόνδε τὸν διδάσκαλον
δίκην μέτειμι. στειχέτω τις ὡς τάχος,
ἐλθὼν δὲ θάκους τοῦδ', ἵν' οἰωνοσκοπεῖ,
μοχλοῖς τριαίνου κἀνάτρεψον ἔμπαλιν,
ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας ὁμοῦ·
καὶ στέμματ' ἀνέμοις καὶ θυέλλαισιν μέθες.
μάλιστα γάρ νιν δήξομαι, δράσας τάδε.
οἱ δ' ἀνὰ πόλιν στείχοντες, ἐξιχνεύσατε
τὸν θηλύμορφον ξένον, ὃς εἰσφέρει νόσον
καινὴν γυναιξὶ, καὶ λέχη λυμαίνεται.
κἄνπερ λάβητε, δέσμιον πορεύσατε

τόμενος καὶ ἀποτυπούμενος. Ubi nihil habeo quod addam iis, quae dixit Ruhnkenius.

345. Matthiae τῆς σῆς δ' ἀνοίας. Neque quo auctore particulam admiserit, mihi constat, neque quid ea admissa lucrati simus.

346. Aldus δίκῃ μέτειμι. Dedi δίκην e mea ipsius conjectura ad Heracl. 852. Ita noster infra v. 516. ἀτάρ τοι τῶνδ' ἄποιν' ὑβρισμάτων | μέτεισι Διόνυσός σ', ὃν οὐκ εἶναι λέγεις. Aeschylus Eum. 230. ἐγὼ δ' (ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον) δίκας | μέτειμι τόνδε φῶτα καὶ κυνηγέτις. Vulgo διὰ μέσου sunt verba ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον δίκας. Quid sit καὶ κυνηγέτις, nondum mihi liquet. Δίκην μετιέναι τινὰ dicitur ut δίκην αἰτεῖν τινα. Cujus constructionis unum exemplum dabo, quod legitur apud Euripidem Andr. 1003. πικρῶς δὲ πατρὸς φόνιον αἰτήσει δίκην | ἄνακτα Φοῖβον.

347. Aldus θάκους τοὺσδ'. Brunckius ex emendatione Musgravii θάκους τοῦδ'. Matthiae iterum τοὺσδ'. Tiresias apud Sophoclem Ant. 999. εἰς γὰρ παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον | ἵζων, ἵν' ἦν μοι παντὸς ὀρνίθος λιμὴν, κ. τ. ἑ. Idem apud Euripidem Phoen. 847. θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν, οὗ μαντεύομαι.

Ibid. Pal. solenni errore ἵν' ὀρνιθοσκοπῇ. De quo plura ad v. 1380.

348. Aldus μοχλοῖς τριαίνης. Canterus: Videtur scribendum μοχλοῦ τριαίναις, vel μοχλοῖς τριαινοῦ. Neutrum Scaligero placuit, qui ad v. 347. scripsit: λείπει στίχος. Portus μοχλοῦ et τριαινοῦ imperativos passivos esse monet; sibi vero magis placere activum μόχλου aut τριαίνου. Barnesius admisit τριαίνου, quod etiam in Laur. legitur. Exstat verbum apud Aristophanem Pac. 569. καὶ τριαινῶν τῇ δικέλλῃ διὰ χρόνου τὸ γήδιον. Noster Herc. 946. στρεπτῷ σιδήρῳ συντριαινώσειν πόλιν. Haec attulit Portus.

351. Noster Med. 1370. Οἵδ' οὐκέτ' εἰσί. τοῦτο γάρ σε δήξεται.

352. Ἀνὰ πάλιν. Scribe πόλιν. Brodaeus. Aldi editio habebat, οἱ δ' ἀνὰ πάλιν. Brodaeus temere πόλιν legebat. Barnesius. Aldus οἶδ' ἀνὰ π'λιν. Idem εἰς δῶ v. 68.", τι καλὸν v. 899. δεσπ'τῃ v. 1044. "δ' αὖθις v. 1086. ῥᾶν πόνοις v. 1173. εἰς "ρος v. 1223. Similiter θεν Ion. 1074. "φεται v. 1076. Δι' ς v. 1077. φοίβειος v. 1088. "σοι v. 1089. "σου v. 1094. Quae omnia in una pagina leguntur. Litera quae abest, plerumque est o. Ceterae longae rarius. Reperi tamen ἡμῖν Alc. 1154. Π φυκον Rhes. 107. μ'λαιναν Tro. 549. cum paucis aliis. Non nisi vocales exciderunt, neque eae nisi accentu aut spiritu notatae. Caussam typographis investigandam relinquo. In Hervagiana prima haec plerumque recte emendata sunt. Sed

δεῦρ' αὐτὸν, ὡς ἂν λευσίμου δίκης τυχὼν,
θάνῃ, πικρὰν βάκχευσιν ἐν Θήβαις ἰδών.
ΤΕΙ. *Ὦ σχέτλι', ὡς οὐκ οἶσθα ποῦ ποτ' εἶ λόγων·*
μέμηνας ἤδη, καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν.
στείχωμεν ἡμεῖς, Κάδμε, κἀξαιτώμεθα
ὑπέρ τε τούτου, καίπερ ὄντος ἀγρίου,
ὑπέρ τε πόλεως, τὸν θεὸν μηδὲν νέον
δρᾶν. ἀλλ' ἕπου μοι, κισσίνου βάκτρου μέτα.
πειρῶ δ' ἀνορθοῦν σῶμ' ἐμὸν, κἀγὼ τὸ σόν.
γέροντε δ' αἰσχρὸν δύο πεσεῖν· ἴτω δ' ὅμως.
τῷ Βακχίῳ γὰρ τῷ Διὸς δουλευτέον.
Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις

aliquoties Aldina scriptura typographo: Basiliensi fraudi fuit. Exemplum praebet hujus fabulae v. 459. *'κάθησ' ἂν ἐν βάκχαισι δέσμιος μένεις.* Ita Aldus. Apostrophum pro spiritu accepit Hervagius, ideoque literam deesse ratus, *ἐκάθησ' ἂν* dedit. Quod ad *ἀνὰ πάλιν* attinet, in nullo libro ita scriptum legitur. Aldus *ἀνὰ πάλιν*, ut jam monui, ceteri omnes ante Barnesium *ἀνὰ πόλιν*. Barnesius *ἀνάπαλιν*. Recte *ἀνὰ πόλιν* Musgravius, Brunckius, Matthiae. Brodaei error non ipsi tribuendus videtur, sed ei, qui annotationem ejus in usum typographi descripsit. [Ceterum Scaliger τ post π inserto fecit *ἀνὰ πτόλιν*. Opinor, quia sic legitur v. 216. *Ex Addendis.*]

356. Noster Or. 612. *ἑκοῦσαν οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν, | σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ, λεύσιμον δοῦναι δίκην.* Heracl. 59. *ἀνίστασθαί σε χρὴ | εἰς Ἄργος, οὗ σε λεύσιμος μένει δίκη.*

357. Noster Med. 1388. *πικρὰς τελευτὰς τῶν ἐμῶν γάμων ἰδών.*

359. Ita distinguit Musgravius: *μέμηνας ἤδη καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν.* Sic etiam Brunckius, Schaeferus, Matthiae. Si recte, conferendus Sophocles Phil. 1218. *Ἐγὼ μὲν ἤδη καὶ πάλαι νεὼς ὁμοῦ | στείχων ἂν ἦ σοι τῆς ἐμῆς, κ. τ. ἑ.* Sed ἤδη idem significare videtur quod *νῦν* apud Sophoclem El. 676. *Θανόντ' Ὀρέστην νῦν τε καὶ τότ' ἐννέπω.* Vulgatam rationem confirmare videtur v. 822. *Εὖ γ' εἶπας αὐτὸ, καί τις εἶ πάλαι σοφός.* Cui similem sententiam habet Homerus Il. I. 104. *οὐ γάρ τις νόον ἄλλος ἀμείνονα τοῦδε νοήσει, | οἷον ἐγὼ νοέω, ἠμὲν πάλαι, ἠδ' ἔτι καὶ νῦν.* Verba *μέμηνας ἤδη* ad posteriorem Penthei ῥῆσιν, *καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν* ad priorem spectant. [Dicere igitur potuisset Tiresias: *Πάλαι μὲν ἤδη σ' ὄντα τοιοῦτον φύσει, | νῦν δ' οἶδ' ἄμεινον.* Quae Ulyssis verba sunt Cycl. 45. *Ex Addendis.*]

365. Pal. *γέροντες δ' αἰσχρόν.*

Ibid. Verba *ἴτω δ' ὅμως* recte interpretatur Heathius: *Accidat tamen quodcunque accidat necesse est.* Vide ad Med. 798. 819. (in mea ed. 780. 801.)

366. Musgraviana operarum culpa *καὶ* habet, licet Commeliniana, quam expresserunt, recte *γὰρ* habeat. Quem errorem a Brunckio jam correctum iterum exhibet Schaeferiana. Particulas *καὶ* et *γὰρ* iterum confusas vide v. 653.

367. Fuisse monet Stephanus, qui haec verba ita exponerent: *Ceterum Pentheus quomodo non inferet domui tuae luctum, Cadme?* Quibus objicit, durum esse et fortasse inusitatum *ὅπως* pro *πῶς*. Addere potuisset, non *πῶς μὴ*, nedum *ὅπως μὴ*, sed *πῶς οὐ* ea significatione

τοῖς σοῖσι, Κάδμε. μαντικῇ μὲν οὐ λέγω,
τοῖς πράγμασιν δέ. μῶρα γὰρ μῶρος λέγει.
ΧΟ. Ὁσία, πότνα θεῶν,
ὁσία δ', ἃ κατὰ [1] γᾶν
χρύσεα σκῆπτρα φέρεις,

[1] γᾶς

dicendum esse. Supplendum monet ὅρα, aut φοβοῦμαι seu δέδοικα. Hoc supplendum monuerat Brodaeus. Ita Aeschylus Prom. 67. Σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς, τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ | στένεις. ὅμως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτε.

Ibid. De Penthei nomine vide ad v. 508.

369. Verba μῶρα γὰρ μῶρος λέγει leguntur apud Stobaeum Tit. IV. p. 53=29. Sophocli tribuuntur a Grotio.

370. De hoc chori carmine vide Hermannum Elem. Doctr. Metr. p. 499. seq.

Ibid. Non optime liquet, quaenam dea sit, quam his verbis indicatam habemus. Brodaeus Themin sive Justitiam invocari putat, Reiskius Hosiam sive Sanctimoniam, Heathius Themin et mox Nemesin, Musgravius Sanctimoniam ut Reiskius, Nemesin nescio quis antiqua manu in exemplo Hervagianae primae, quod apud nos in bibliotheca Bodleiana servatur. Si recte se habet κατὰ γᾶν, Δίκη sive Justitia aliquo modo κατὰ γᾶν χρύσεα σκῆπτρα φέρειν dici potest, licet nihil in promptu habeam, quod eam interpretationem confirmet. Equidem hactenus Heathio assentior, ut non unam deam sed duas his verbis indicari putem. Neque alioqui adjectivum ὁσία hoc modo repetiturus fuisse videtur poëta. Quae sententia si vera est, ne ipse quidem Oedipus interpretem agere potuisset, manente scilicet vulgata lectione κατὰ γᾶν. Sed unius literae mutatione omnis ambiguitas tolli potest. Si vulgo legeretur κατὰ γᾶς, nemo non videret Proserpinam secundo versu invocari, primo vero Cererem, quam cum Rhea sive Cybele sive matre deorum confundere solet Euripides. Cujus confusionis praeclarum exstat exemplum in Helena, chori scilicet carmen, cujus initium est v. 1317. Ὀρεία ποτὲ δρομάδι κώλῳ | μάτηρ θεῶν ἐσύθη | ἀν' ὑλάεντα νάπη, | ποτάμιόν τε χεῦμ' ὑδάτων, | βαρύβρομόν τε κῦμ' ἅλιον, | πόθῳ τᾶς ἀποιχομένας | ἀῤῥήτου κούρας. | κρόταλα δὲ Βρόμια διαπρύσιον | ἱέντα κέλαδον ἀνεβόα, κ. τ. ἑ. Nullas deas rectius invocant Bacchae, quam Cererem et Proserpinam. Huic interpretationi objici potest, neminem Proserpinae tribuisse aureas alas, quas male etiam Sanctimoniae suae tribui censet Musgravius, cujus verba sunt: *Cur enim diceret Sanctimoniam aureas alas in terra gerere?* Recte statuit corruptum esse πτέρυγα, de quo mox.

Ibid. Hujus versus oblitus est Porsonus, quum scripsit ad Iph. A. 1136. *Frustra Heathius et Marklandus legunt πότνα, quae vox scenae prorsus ignota est.* Non ibi quidem, sed Ion. 457. recte legi videtur ὦ πότνα Νίκα. Neque diu in juvenili sententia perstitisse Porsonum arbitror.

371. Aldus: ὁσία δ', ἃ κατὰ γᾶν. Reiskius: Ἀσιάδ' ἃ κατὰ γᾶν. Matthiae: ὁσία θ', ἃ κατὰ γᾶν. Recte se habet δέ. Ita noster Hec. 951. Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν Πρίαμε, φιλτάτη δὲ σὺ | Ἑκάβη, δακρύω σ' εἰσορῶν πόλιν τε σήν. Suppl. 1034. Ὦ δυστάλαινα, δυστάλας δ' ἐγὼ γέρων. Legendum vero κατὰ γᾶς, ni fallor.

372. Aldus χρύσεα πτέρυγα. Barnesius χρύσεα πτερὰ. Musgravius in annotatione κρύφια πτερὰ et κρυφίαν πτύγα, quorum neutrum satis metro facere monet Brunckius. Ipse in textu Barnesium sequitur, in annotatione meliores codices ex-

τάδε Πενθέως ἀΐεις;
ἀΐεις οὐχ ὁσίαν
ὕβριν εἰς τὸν Βρόμιον τὸν
Σεμέλας, τὸν παρὰ καλλι-
στεφάνοις εὐφροσύναις δαίμονα πρῶτον
μακάρων; ὃς τάδ' ἔχει,
θιασεύειν τε χοροῖς,
μετά τ' αὐλοῦ γελάσαι,
ἀποπαῦσαί τε μερίμνας,
ὁπότ' ἂν βότρυος ἔλθῃ
γάνος ἐν δαιτὶ θεῶν,
κισσοφόροις δ' ἐν θαλίαις
ἀνδράσι κρατὴρ ὕπνον ἀμφιβάλλῃ.

spectandos censet. Matthiae et Hermannus *χρυσέαν πτέρυγα*. Si sanum est *πτέρυγα*, conferendum *μεγάλα* v. 396. cujus duae primae syllabae *ἀντὶ μιᾶς* sunt. Similia sunt *τρικόρυθες* v. 123. *βρέφος* v. 522. *τάδ' ἀναβοάσας* v. 525. Sed nullam apud veteres *χρυσόπτερον* novi deam, praeter Irin et Victoriam, quarum neutrius mentio hic esse potest. Recentiores etiam Nemesi alas dedisse his verbis monet Pausanias I. 33. p. 82. *Πτερὰ δ' ἔχον οὐδὲ τοῦτο τὸ ἄγαλμα Νεμέσεως, οὐδὲ ἄλλο πεποίηται τῶν ἀρχαίων. ἐπειδὴ δὲ Σμυρναίοις τὰ ἁγιώτατα ξόανα ἔχειν πτερὰ οἶδα, ὕστερον ἐπιφαίνεσθαι γὰρ τὴν θεὸν μάλιστα ἐν τοῖς ἐρᾶν ἐθέλουσιν) ἐπὶ τούτων Νεμέσει πτερὰ ὥσπερ Ἔρωτι ποιοῦσι.* Cujus auctoritate abutitur Heathius, quum Nemesin alatam ab Euripide significari statuit. Neque nullius momenti est, quod omnes MSS. in Aldina scriptura *χρύσεα πτέρυγα* consentiunt. Itaque reposui *χρύσεα σκῆπτρα* ex mea ipsius conjectura Musei Critici Cant. T. II. p. 23. proposita. Optime convenit haec scriptura Proserpinae, cujus sceptri meminit noster Herc. 1103. *ἀλλ' οὔτι Σισύφειον εἰσορῶ πέτρον | Πλούτωνά τ', ἠδὲ σκῆπτρα Δήμητρος κόρης.* Aureum sceptrum *Πλούτωνος* uxorem gestasse quis dubitet, qui meminerit aurea sceptra etiam Minoi et Tiresiae ab Homero tributa esse. Auream coronam eidem Proserpinae tribuit Euripides Ion. 1083. *τὰν χρυσοστέφανον κόραν, | καὶ ματέρα σεμνάν.* Unde legi posset *χρύσεα στέφεα*, nisi praestaret *σκῆπτρα*. *Χρύσεα* primam corripere post Hermannum jam monui ad v. 97. Quod si suspicatus esset Musgravius, conjecturas suas *κρύφια* et *κρυφίαν* inutiles esse vidisset.

373. Pal. Laur. *τὰ δὲ πενθέως*.

375. Aldus *ἐς τὸν βρόμιον*. Laur. recte *εἰς*. Vide ad v. 315.

378. Pal. *θιεύσειν τὲ χοροῖς*. Pessime Portus: *tripudiare choreis*. *Θιασεύειν* transitivum habet sensum, *in thiasum ducere*. Dativum *χοροῖς* explicat noster Ion. 551. *ΙΩΝ. Προξένων δ' ἐν τῷ κατέσχες; ΞΟΥ. Ὅς με Δελφίσιν κόραις, | ΙΩΝ. Ἐθιάσευσ', ἢ πῶς τάδ' αὐδᾷς; ΞΟΥ. Μαινάσιν γε Βακχίου.* Passivum *θιασεύεται* legitur supra v. 75. Vide etiam ad v. 466.

381. Aldus *ὁπόταν βότρυος ἔλθῃ*. Brunckius *ὅταν βότρυος ἐπέλθῃ*. Simili modo corrupit etiam antistrophicum v. 396. ut infra ostendam. Matthiae vulgatam revocavit.

384. Aldus *ἀμφιβάλῃ*. Pal. *ἀμφιβάλη*. Barnesio debetur *ἀμφιβάλλῃ*.

Ἀχαλίνων στομάτων
ἀνόμου τ' ἀφροσύνας
τὸ τέλος δυστυχία.
ὁ δὲ τᾶς ἡσυχίας
βίοτος, καὶ τὸ φρονεῖν,
ἀσάλευτόν τε μένει, καὶ
[1] συνέχει δώματα. πόρσω
γὰρ ὅμως αἰθέρα ναίοντες, ὁρῶσιν
τὰ βροτῶν οὐρανίδαι.
τὸ σοφὸν δ' οὐ σοφία,

1 ξυνέχει

385—399. Haec leguntur apud Stobaeum, sed non omnia eodem loco. Primi tres versus Tit XXXVI. p. 217 = 145. Quinque (in mea ed. sex) medii Tit. LVIII. p. 374 = 221. Septem postremi Tit. XXII. p. 187 = 115. Hos a MS. A. abesse monet Gaisfordius.

385. Conferunt Aeschylum Prom. 329. *γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προστρίβεται.* Sequentia attulit Valckenarius. Plutarchus T. II. p. 503. C. *ἀχαλίνων γὰρ οὐ ταμιείων, οὐδ' οἰκημάτων, ἀλλὰ στομάτων τὸ τέλος δυστυχίαν ὁ Εὐριπίδης φησίν.* Lucianus T. I. p. 573. *ΛΟΥ. Νῦν οὖν ἕκατι ῥημάτων κτείνετέ με* (*κτενεῖτέ με* Musgravius Inc. CLXXXI.); *ΠΑ. Νὴ Δία· φησὶ γοῦν ἐκεῖνος αὐτός· Ἀχαλίνων κ. τ. ἑ.* Idem T. III. p. 189. *ὡς γὰρ ὁ καλὸς Εὐριπίδης λέγειν εἴωθεν, Ἀχαλίνων στομάτων καὶ ἀφροσύνης καὶ ἀνομίας τὸ τέλος δυστυχία γίγνεται.* Gellius I. 15. *Favorinum ego audivi dicere versus istos Euripidi, Ἀχαλίνων στομάτων, ἀνόμου τε ἀφροσύνας, τὸ τέλος δυστυχία, non de iis tantum factos accipi debere, qui impia aut illicita dicerent; sed vel maxime de hominibus quoque posse dici stulta et immodica blaterantibus; quorum lingua tam prodiga infrenisque sit, ut fluat semper et aestuet colluvie verborum teterrima: quod genus homines a Graecis significantissimo vocabulo κατάγλωσσοι appellantur.* [Schaeferus ad Bosium p. 156. citat Philonem de Somn. p. 676, 6. *πάντα μὲν οὖν ἀνασείειν κάλων, ἀχαλίνου στόματος καὶ κατηγόρου γλώττης.* *Ex Addendis.*]

386. Trincavellus apud Stobaeum *ἀνόμου δ' ἀφροσύνας.*

390. Aldus *ἀσάλευτον μένει.* Copulam metri caussa addendam monuerunt Heathius et Musgravius, addidit Brunckius, qui eam in utroque MS. Par. exstare monet. Exstat etiam in Pal. et Laur. Vide ad v. 398.

390*. Aldus *καὶ συνέχει | Δώμα.* Pal. *καὶ συνέχει | δώματα.* Trincavellus apud Stobaeum *καὶ ξυνέχει δώματα.* Omnino legendum *δώματα*, ut mox videbimus.

Ibid. Aldus: *πρόσω γὰρ, ἀλλ' ὅμως.* Sic etiam Gesnerus apud Stobaeum. In septimo hujus antistrophi versu, qui apud Hermannum est *μα πρόσω γὰρ ἀλλ' ὅμως αἰ-*, anaclasin admissam monet. Sed Trincavellus apud Stobaeum habet *πόῤῥω γὰρ ὅμως* omisso *ἀλλ'*, nec dissentiunt MSS. A. Voss. monente Gaisfordio. Nulla igitur anaclasis, sed omnia strophae similia. Pro *πόῤῥω* autem, quod tragica vox non esse videtur, licet aliquoties apud tragicos exstet, reposui *πόρσω*, quod vulgo legitur apud Sophoclem El. 213. legendum etiam pro *πρόσω* Oed. C. 179.

393. Aldus: *Τὸ σοφὸν δ' οὐ σοφία | Τό, τε μὴ θνητὰ φρονεῖν, | Βραχὺς αἰών.* Reiskius: *τὸ σοφὸν οὐ σοφία* (id est *οὐκ ἐν σοφίᾳ* seu *ἄνευ σοφίας*), *τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν, | βραχὺς αἰῶν* (i.e. *βραχὺν αἰῶνα ἔχει, parum diu durat*). Frustra.

τό τε μὴ θνατὰ φρονεῖν.
βραχὺς αἰών. ἐπὶ τούτῳ
δέ τις ἂν μεγάλα διώκων,
τὰ παρόντ' οὐχὶ φέροι.
μαινομένων δ' οἵδε τρόποι
καὶ κακοβούλων παρ' ἔμοιγε φωτῶν.
Ἱκοίμαν ποτὶ [1] τὰν Κύπρον,
νᾶσον τᾶς Ἀφροδίτας,
ἵν' οἱ θελξίφρονες νέμον—

[1] τάν τε | νᾶσον

Non nisi prava distinctione laborat Aldina scriptura, quam Brodaeo, Heathio Tyrwhittoque auctoribus emendavit Brunckius. Verba τὸ σοφὸν οὐ σοφία ita explicat Brodaeus: *Subtilior de diis exquisitiorque doctrina, non est sapientia.*

394. Omnes libri θνητά, licet recte legatur θνατοῖσιν v. 403.

395. Aldus: ἐπὶ τούτῳ | Δέ τις ἂν μεγάλα διώκων, | τὰ παρόντ' οὐχὶ φέρει. Sic etiam Stobaeus. Pal. τὰ μεγάλα, cetera ut Aldus, cujus scriptura omnino recte se haberet, si in ea legeretur φέροι. Ἐπὶ pro ἐν dictum monet Heathius. Τὰ παρόντα sunt τὰ παρακείμενα, ἃ πάρεστι λαβεῖν. Φέροι pro λαμβάνοι, ut supra v. 257. κάμπύρων μισθοὺς φέρειν. Facilis igitur sententia, neque impedita constructio. Aliter tamen visum est Reiskio, Tyrwhitto, Musgravio et Brunckio. Reiskius τις pro ὅστις accipiendum, et distinctionem mutandam monet, ut sensus sit: *quisquis magnis inhians praesentia non fert, illius et omnium illi similium mores sunt mores insanientium.* Tyrwhittus τίς interrogativum et φέροι legendum censet. Hoc quidem recte. Musgravii tres conjecturas habemus, quas omnes brevitatis caussa omitto. Brunckius hanc scripturam admisit: βραχὺς αἰών· ἐπὶ δ' αὐτῷ | τίς ἄν, μεγάλα διώκων, | τὰ παρόντ' οὐχὶ φέροι; Quam ita interpretatur: *exiguum aevum est, quo quum ad tam breve fruamur tempus; quisnam majora sectari malit, quam praesentibus acquiescere.* Dedit ἐπὶ δ' αὐτῷ pro ἐπὶ τούτῳ δὲ, ne particula δὲ versum inchoaret, quod ne in melicis quidem licere putavit. Quam sententiam confutare non opus est, praesertim quum ipse Brunckius participii ναίοντες, quod paullo ante legitur, primam syllabam a secunda et tertia divulserit. Matthiae omnia recte, nisi quod interrogationis notam addidit.

398. Aldus: μαινομένων οἵδε τρόποι. Trincavellus apud Stobaeum μαινομένων δ' οἶτε (sic) τρόποι, unde μαινομένων δ' οἵδε Porsonus Advers. p. 265.

399. Παρ' ἔμοιγε, *mea quidem sententia.* Brodaeus. Noster El. 757. Λέγεται, τὰν δὲ πίστιν | σμικρὰν παρ' ἔμοιγ' ἔχει.

400. Aldus: ποτὶ τὰν Κύπριν. Edd. recentiores ex emendatione Brodaei et Stephani ποτὶ τὰν Κύπρον. Consentiunt Pal. et Laur. quorum alter ad κύπρον habet gl. ἀντὶ μιᾶς. Sed Κύπρον, cujus syllaba posterior positione longa est, nullo pacto unius longae locum habere potest. Si sanus est versus antistrophicus, Ὁ δαίμων ὁ Διὸς παῖς, facile reponi potest ποτὶ Κύπρον. Quamquam suspicor Euripidem scripsisse: Ἱκοίμαν ποτὶ τάν τε | νᾶσον τᾶς Ἀφροδίτας. Κύπρον enim ex interpretatione natum mihi videtur, ut Πενθέως v. 1155.

402. Aldus ἵνα θελξίφρονες. Heathii et Musgravii conjecturam, quam a Brunckio admissam repudiarat Matthiae, dubitanter revocavi. Ita

ται θνατοῖσιν Ἔρωτες·
† Πάφον θ', ἂν ἑκατόστομοι
βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ
καρπίζουσιν ἄνομβροι.
ὅπου καλλιστευομένα
Πιερία μούσειος ἕδρα,

scribendum monet etiam Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 71.

Ibid. Verba νέμονται θνατοῖσιν apud Portum significant *dispensantur mortalibus.* Mea sententia νέμονται significat *habitant*, θνατοῖσιν cum θελξίφρονες conjungendum est. Sensus est: ἔνθα διατρίβουσιν οἱ Ἔρωτες οἱ θέλγοντες τὰς φρένας τοῖς θνητοῖς.

404. F. Φάρον, insulam Aegypti apud Alexandriam. Sane in sequentibus Nilum describit. Reiskius. Negant hoc plerique. Brodaeus ad ποταμοῦ annotavit: *Lyci fluminis*: ad ἄνομβροι, *continuo fluentes, ad id aqua coelesti minime indigentes.* Cui Graece respondet Barnesius, licet non optime Graece: Οἱ μὲν ποταμὸν Λύκον ὑπολαμβάνουσιν ἐνθάδε σημαίνεσθαι. οὗτος δὲ προβάλλων τῷ Μαιάνδρῳ ἐκ Κάδμου τοῦ ὄρους ῥέων, οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς Κύπρον ἔρχηται. Idem dicendum de altero Lyco, qui in mare Euxinum fluit. Barnesii interpretatio ejus Graeca oratione nihilo melior est. Verba ἑκατόστομοι βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ ita explicat: αἱ πολλαὶ ἐπεισροαὶ τῶν ποταμῶν πολλῶν, τῶν ἀμφὶ τὴν Κύπρον, αἱ ἀπὸ τοῦ ὠκεανοῦ, τοῦ μεγάλου δηλονότι ποταμοῦ, ἀποῤῥέουσαι. Nonnihil addit de epitheto βαρβάρου, verborum autem καρπίζουσιν ἄνομβροι, quae Aegyptum designare videntur, difficultatem silentio dissimulat. Musgravius ne Nilum quidem recte ἑκατόστομον appellari contendit, nedum parva Cypri flumina, quorum unum in animo habuerit poëta. Corrigit igitur ἐρατόστομοι *amoeno ostio in pelagus exeuntes.* Multa addit, quibus ostendere conatur, verba βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ καρπίζουσιν ἄνομβροι non minus bene de Cypro quam de Aegypto accipi posse. Sed nihil efficit, mea quidem sententia. Secus Brunckio visum est, qui conjecturam ejus ἐρατόστομοι admisit. Matthiae revocavit ἑκατόστομοι, quod pro πολύστομοι poëtica quadam licentia dictum est. Quid in animo habuerit Euripides, quum Paphum et Aegyptum hoc modo conjunxit, ego conjicere nequeo. Strabo p. 683. C. φασὶ δ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐκ Πάφου τινὲς εἶναι σταδίους τρισχιλίους ἑξακοσίους.

406. Matthiae ἄνομβρον.

407. Mire desultorius est Euripides, et vere bacchatur cum Bacchis suis e Cypro ad Nilum et statim in Macedoniam transsiliens. Reiskius. Meminerint lectores, hanc tragoediam in Macedonia, ubi diem supremum obiit, scripsisse Euripidem. Inde est, quod eam regionem tantis laudibus haud semel extollit. Alter locus est v. 565. μάκαρ ὦ Πιερία, | σέβεταί σ' Εὔιος, κ. τ. ἑ.

Ibid. Pal. ὅπου δ' ἁ καλλιστευομένα. Sic etiam Laur. a prima manu. Barnesius ἢ ὅπου καλλιστευομένα. Musgravius in textu ut vulgo: in annotatione aut ἢ ὅπου cum Barnesio, aut χ' ὤπου legendum statuit. Brunckius χὤπου. Matthiae χὤπου. Aldinam scripturam revocavi. Ordo est: ἐκεῖσε ἄγε με, ὅπου καλλιστευομένα κ. τ. ἑ. Recte distinguit Aldus.

408. Pal. πιερεία. Brunckius Πιερία ex conjectura Musgravii, quam repudiavit Matthiae, quaeque mihi quoque inutilis videtur.

σεμνὰ κλιτὺς Ὀλύμπου; 409
ἐκεῖσ᾽ ἄγε με, Βρόμιε, Βρόμιε, 411
προβακχήϊε δαῖμον. 412
ἐκεῖ χάριτες, ἐκεῖ δὲ πόθος, 414
ἐκεῖ δὲ Βάκχαισι 415
θέμις ὀργιάζειν.
Ὁ δαίμων ὁ Διὸς [1] παῖς
χαίρει μὲν θαλίαισιν,
φιλεῖ δ᾽ ὀλβοδότειραν Εἰ-
ρήναν, κουροτρόφον θεάν· 420
ἴσαν δ᾽ εἴς τε τὸν ὄλβιον
τόν τε χείρονα δῶκ᾽ ἔχειν
οἴνου τέρψιν ἄλυπον.
μισεῖ δ᾽ ᾧ μὴ ταῦτα μέλει,
κατὰ φάος νύκτας τε φίλας 425
εὐαιῶνα διαζῆν. 426
σοφὰν δ᾽ ἄπεχε πραπίδα, φρένα τε 428

1 γόνος

409. Aldus κλειτὺς. Edd. recentiores κλιτὺς, quod reponendum monuerat Brodaeus. Vide interpretes ad Hipp. 227. ubi etiam κλιτὺς secundam corripit.

412. Ad προβακχήϊε nihil annotatum video, praeter Reiskii conjecturam τριβάκχιε, quae metro adversatur.

417. Matthiae ὁ δαίμων ὁ Διὸς πάϊς. Libenter admisissem πάϊς, si diphthongum solutam apud Atticos reperissem. Apud Sophoclem Ant. 986. metro repugnat monosyllabon παῖς, neque legi potest πάϊς propter vocalem sequentem. In Bacchis potius γόνος quam πάϊς legam.

419. Pal. etiam minus Dorice εἰρήνην. Scribendum videtur εἰ|ράναν.

420. Hesiodus Operum v. 225. a Brodaeo collatus: τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ᾽ ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ, | εἰρήνη δ᾽ ἀνὰ γῆν κουροτρόφος.

421. Pal. ἴσα δ᾽ εἰς τὲ τὸν ὄλβιον. Sic etiam Laur. a prima manu.

424. Male haec ita explicat Barnesius: μισεῖ τοῦτον εὐαίωνα διαζῆν, ᾧ μὴ ταῦτα (nempe θαλίαι, εἰρήνη, οἶνος) μέλει. Confert Homerum Il. P. 272. μίσησεν δ᾽ ἄρα μιν δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι. De hoc verbi μισεῖν usu plura dicere nihil attinet, quum constructio hujusmodi sit: μισεῖ δὲ τοῦτον, ᾧ μὴ ταῦτα μέλει, τουτέστι, διαζῆν εὐαίωνμ κατὰ φάος νύκτας τε φίλας. Quod monuit Heathius.

[425. Valckenarius: *ad Herod. p.* 422. Nempe V. 6, 63. *Ex Addendis.*]

426. Scaliger εὖ αἰῶνα.

428. Aldus σοφὸν δ᾽ ἀπέχειν || πραπίδα. Pal. σοφὰν δ᾽ ἀπέχειν | παρ᾽ ἀσπίδα. Rectius Laur. σοφὰν δ᾽ ἀπέχειν πραπίδα. Quod ut admittatur, aut plena distinctio, quae post φωτῶν vulgo legitur, in minimam mutanda est, aut infinitivus ἀπέχειν pro imperativo accipiendus est, aut denique minus plene post superiora verba εὐαίωνα διαζῆν distinguendum est. Hanc rationem amplexus est Matthiae. Sed metri caussa legendum ἄπεχε. Versus enim Glyconeus est, cui

περισσῶν παρὰ φωτῶν. 429
τὸ πλῆθος ὅτι τε φαυλότερον 431
ἐνόμισε, χρῆταί τε,
τόδε τοι λέγοιμ' ἄν.
ΘΕ. Πενθεῦ, πάρεσμεν, τήνδ' ἄγραν ἠγρευκότες,
ἐφ' ἣν ἔπεμψας, οὐδ' ἄκρανθ' ὡρμήσαμεν. 435
ὁ θὴρ δ' ὅδ' ἡμῖν πρᾶος, οὐδ' ὑπέσπασε
φυγῇ πόδ', ἀλλ' ἔδωκεν οὐκ ἄκων χέρας,
οὐδ' ὠχρὸς, οὐδ' ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν.

respondet v. 411. *ἐκεῖσ' ἄγε με, Βρόμιε, Βρόμιε.* Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 547. totidem literis conjicit: *σοφὰν δ' ἄπεχε πραπίδα φρένα τε | περισσῶν παρὰ φωτῶν.* Quae verba ita explicat: *arce a te sapientem a viris nimium severis commendatam sobrietatem.* Si sensus est, *abstine mentem animumque a temerariis viris*; vel potius, *a viris nimium sapientibus*, cum adjectivo σοφὰν confer tragici nostratis verba: *let not thy discreet heart think it.*

429. F. ἀπὸ. *Οἱ περισσοὶ* hic loci sunt *nimis arguti et sapientes.* Sequentia non intelligo, neque qui differant φρὴν et πραπίδες. Reiskius. Differunt φρὴν et πραπίδες fere ut ἥψατο et ἔθιγε v. 617. Ubi vide plura. Ἀπὸ pro παρὰ a Reiskio propositum jam vidimus v. 118.

430. Ita distinguit Aldus: τὸ πλῆθος ὅτι | τε φαυλότερον | ἐνόμισε, χρῆταί τε. | τόδε τοι λέγοιμ' ἄν. Pal. τὸ πλῆθος ὅτιπερ φαυλότερον | ἐνόμισε. χρῆταί τ' ἐν τῷδε λεγοίμην ἄν. Sic etiam Laur. a prima manu. Vulgatam ita interpretatur Portus: *Quod autem vulgus et deterius existimat, et quo utitur*, quodque moribus habet receptum, *hoc profecto dicam.* Longe melius Heathius: *Quodcunque humile vulgus instituit et sequitur, id profecto ego dicendum censeam.* Magis ad literam Musgravius: *et quod vulgus tenue probat, et utitur, hoc profecto amplecti libet.* Idem pro λέγοιμ' ἂν conjicit δεχοίμαν. Brunckius et Matthiae: τὸ πλῆθος ὅ τι τὸ φαυλότερον κ. τ. ἑ. Hermannus ita distinguit: τὸ πλῆθος, ὅτι φαυλότερον ἐνόμισε, χρῆ | ται. τόδε τοι λέγοιμ' ἄν. Id est, ipso interprete: *vulgus, quod deterius videt, utitur: haec mea sententia est.* Mihi magis arridet Heathii aut Musgravii interpretatio, qua admissa, nihil opus ut mutetur vulgata scriptura. Plena enim oratio est: τὸ πλῆθος ὅτι τε φαυλότερον ἐνόμισε, ὅτῳ τε χρῆται, τόδε τοι ἄριστον εἶναι λέγοιμ' ἄν. Φαυλότερον pro adverbio accipio, et cum ἐνόμισε conjungo, ut τὸ πλῆθος ὅτι φαυλότερον ἐνόμισε sit *crassior et rudior vulgi sententia.* Χρῆται eorum actiones significat. Sensus igitur est: *Rectius de his rebus sentire et agere mihi videtur vulgus quam philosophi.*

432. Ἐνόμισε. Sic recte Aldus, consentientibus ambobus codicibus. Prave Canterus aut nescio quis alius ἐνόμισσε invexit, tanquam si in jambico versu pes primus non aeque bene tribrachys ac anapaestus esse posset. Brunckius. Commeliniana, utraque Genevensis, Musgraviana et Schaeferiana ἐνόμισσε. Ceterae omnes, quibus utor, ἐνόμισε habent, neque de industria scripturam mutasse videtur Portus.

435. Ἄκρανθ', *frustra.* Brodaeus. Aldus οὐδ' ἄκραν θ' ὡρμήσαμεν v. 435. οὐδ' ἄκραν τ' ἠκούσατε Iph. T. 520. sed ἄκραντ' ὀδύνῃ Suppl. 770.

γελῶν δὲ καὶ δεῖν κἀπάγειν ἐφίετο,
ἔμενέ τε, τοὐμὸν εὐτρεπὲς ποιούμενος.
κἀγὼ δι᾽ αἰδοῦς εἶπον· Ὦ ξέν᾽, οὐχ ἑκὼν
ἄγω σε, Πενθέως δ᾽, ὅς μ᾽ ἔπεμψ᾽, ἐπιστολαῖς. —
ἃς δ᾽ αὖ σὺ Βάκχας εἷρξας, ἃς [1] συνήρπασας, [1] ξυνήρπασας,
κἄδησας ἐν δεσμοῖσι πανδήμου στέγης,
φροῦδαί γ᾽ ἐκεῖναι λελυμέναι πρὸς ὀργάδας
σκιρτῶσι, Βρόμιον ἀνακαλούμεναι θεόν.
αὐτόματα δ᾽ αὐταῖς δεσμὰ διελύθη ποδῶν,

440. Aldus εὐπρεπὲς hic et infra v. 842. Canterus utrobique εὐτρεπὲς legendum monet. Vulgatam τοὐμὸν εὐπρεπὲς ποιούμενος ita explicat Brodaeus: *Sic ut modeste ac decenter me cum eo gerere coëgerit.* Quam rationem non improbat Heathius. Vertit Portus: *faciens* mandatum *meum obsequenter.* Reiskius τοὐμὸν ἐντρεπὲς ποιούμενος, *ad severitatem* (vel potius *reverentiam*) *me componens.* Omnes mediam formam ποιούμενος eo sensu accipere mihi videntur, qui activae ποιῶν convenit. Recte igitur εὐτρεπὲς Musgravius in annotatione, Brunckius in textu. Ita noster Iph. T. 244. χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα | οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη. Herc. 497. Σὺ μὲν τὰ νέρθεν εὐτρεπῆ ποιοῦ, γύναι. El. 688. καίσω κάρα γὰρ τοὐμὸν ἀμφήκει ξίφει. | δόμων δ᾽ ἔσω βᾶσ᾽, εὐτρεπὲς ποιήσομαι. Nostri, *I will make ready.* Haec exempla Canteri quidem emendationem confirmant, sed non explicant verba τοὐμὸν εὐτρεπὲς ποιούμενος, quae Musgravius interpretatur *meam operam facilem reddens.* Imo, *facilem sibi reddens*, id est, *placide et patienter ferens.*

441. Verte: *Ego autem verecunde dixi.* Nomina cum praepositione διὰ constructa, cognatorum adverbiorum vicem plurima sustinent, et in ea resolvi debent. Brunckius. Hujusmodi sunt δι᾽ ἀριθμῶν v. 209. διὰ σπουδῆς v. 212. Vide ad Sophoclis verba παίω δι᾽ ὀργῆς Oed. T. 807.

442. Ἐγώ τε. Δέω καὶ ἐπάγω [imo ἀπάγω] subaudiendum: nisi malis ἄγω σε, non ἐγώ σε, legere. Brodaeus. Habent vet. cod. ἄγω σε. Diceretur autem δι᾽ αἰδοῦς ἄγω pro αἰδοῦμαι, sicut διὰ τιμῆς ἄγω pro τιμῶ. Sed parum convenire huic loco videtur ista lectio. —— Non dubito igitur quin retinenda sit nostra lectio, ut ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetatur δέω. Stephanus. Cujus errorem castigavit Barnesius, qui ἄγω σε admisit. Consentit Laur.

Ibid. Laur. ἔπεμψ᾽, quod e MSS. Par. admisit Musgravius. Scaligero ita legenti non paruit Barnesius.

Ibid. Ἐπιστολαῖς, *mandatis.* Aeschylus Prom. 3. Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολάς, | ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο. Ubi consulendi interpretes. Fuerunt qui legerent ἐπιτολαῖς, quod non improbat Barnesius, quamvis vulgatam recte anteponat.

443. Aldus εἶρξας, quod grammaticorum praecepto obsequutus correxit Brunckius. Ipse Aldus εἱρκταῖσι v. 497. καθείρξατε v. 509.

Ibid. Reiskius ὡς συνήρπασας, *postquam eas comprehenderas.*

447. Hunc et sequentem versum transtulit Ovidius Metam. III. 699. *Sponte sua patuisse fores, lapsasque lacertis | sponte sua, fama est, nullo solvente, catenas.* Brunckius.

Ibid. Aldus αὐταῖς. Pal. Laur.

κλῇδές τ' ἀνῆκαν θύρετρ' ἄνευ θνητῆς χερός.
πολλῶν δ' ὅδ' ἀνὴρ θαυμάτων ἥκει πλέως
εἰς τάσδε Θήβας. σοὶ δὲ τἄλλα χρὴ μέλειν.
ΠΕ. Λάζυσθε χειρῶν τοῦδ'. ἐν ἄρκυσιν γὰρ ὤν,
οὐκ ἔστιν οὕτως ὠκὺς ὥστε μ' ἐκφυγεῖν.
ἀτὰρ τὸ μὲν σῶμ' οὐκ ἄμορφος εἶ, ξένε,
ὡς εἰς γυναῖκας, ἐφ' ὅπερ εἰς Θήβας πάρει.
πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς, οὐ πάλης ὕπο,
γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος, πόθου πλέως·

αὐταῖς, quod ex Stephani et Scaligeri conjectura tacite reposuit Barnesius.

448. Laur. κλητδ' ἐσ' ἀνῆκαν cum gl. συνίζησις.

449. Aldus: πολλῶν δ' ὅδ' ἀνὴρ θαυμασίων ἥκει πλέως. Brunckius ὅδ' ἀνὴρ ut vulgo, licet apud Sophoclem Oed. C. 630. ex sola conjectura reposuerit ἀνὴρ ὅδ'. Matthiae ὅδ' ἁνὴρ.

Ibid. Pseudogregorius v. 1649. φρικτῶν δ' ὅδ' ἀνὴρ θαυμάτων ὤπτο πλέως. Tam φρικτῶν quam θαυμάτων probare videtur Piersonus Verisim. p. 66. Heathius etiam θαυμάτων, quod ex Par. E. G. admisit Musgravius. Consentiunt Pal. et Laur.

450. Pal. σοὶ δὲ τ' ἄλλα. Laur. σοὶ δ' ἔτ' ἄλλα.

451. Scripti libri ab impressis hic longe dissentiunt. Pal. Laur. μαίνεσθε (in Pal. supra scriptum γρ. λάζυσθε). χειρῶν τοῦδ' (in Laur. supra scriptum ἐμοῦ) ἐν ἄρκυσιν γὰρ ὤν. Ita quoque Par. E. G. apud Brunckium, qui recte vulgatam praeferendam esse statuit. Reiskius χάζεσθε χειρῶν τοῦδ', *mittite manus ejus*. Qui sequentia ita accepisse videtur: *quum enim catenis vinctus sit, non poterit effugere*. Longe melius Burgesius eodem sensu μέθεσθε. Sed utravis scriptura vix aliud significare potest, quam *liberate eum a vinculis*. Ita noster Iph. T. 468. μέθετε τῶν ξένων χέρας, | ὡς ὄντες ἱεροὶ, μηκέτ' ὦσι δέσμιοι. Sed ἄρκυες non ita *vincula* significant, ut alia custodiae genera excludant. Secus esset, si σιδηραῖς ἄρκυσιν ut v. 231. dixisset poëta. Statuendum igitur videtur, Bacchum a vinculis, quibus obstrictus in urbem e monte venisset, solutum in scenam induci: nisi potior sententia est, Euripidem hic, ut sexcenties in his tragoediis, parum sibi constare. Cui negligentiae fortasse tribuendum, quod iterum v. 503. Bacchum vinciri jubet Pentheus, quasi primo dicto non paruerint custodes.

453. Hoc μὲν nullam habet apodosin. Quod moneo propter v. 457. Simillima sunt apud nostrum Iph. A. 73. ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ, | χρυσῷ τε λαμπρὸς, βαρβάρῳ χλιδήματι.

455. Aldus γάρ σοῦ. Recte Pal. γάρ σου. Sic etiam Brunckius et Matthiae.

Ibid. Aldus: οὐ πάλης ὕπο | γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος. Rectius alii post ὕπο interpungunt. Supplendum τραφεὶς aut aliquid ejusmodi constat ex El. 527. ἔπειτα χαίτης πῶς ξυνοίσεται πλόκος, | ὁ μὲν παλαίστραις ἀνδρὸς εὐγενοῦς τραφεὶς, | ὁ δὲ κτενισμοῖς θῆλυς; ἀλλ' ἀμήχανον. Ita explicanda Brodaei interpretatio, *non per luctam effusus*; aut Porti, *non ob luctam*. Carere possumus Reiskii conjectura: πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς, εὐσταλὴς, ὑπὸ | γένυν τ' ἐραστὴν κεχυμένος. Heathius vulgatam ita difficilem putat, ut versum excidisse suspicetur. Musgravii conjecturam οὐ πάλης πνέων

[1] λευκὴν δὲ χροιὰν εἰς παρασκευὴν ἔχεις, 1. λευκήν τε
οὐχ ἡλίου βολαῖσιν, ἀλλ' ὑπὸ σκιᾶς,
τὴν Ἀφροδίτην καλλονῇ θηρώμενος.
πρῶτον μὲν οὖν μοι λέξον, ὅστις εἶ γένος.
ΔΙ. Οὐ κομπὸς οὐδείς· ῥᾴδιον δ' εἰπεῖν τόδε.
τὸν ἀνθεμώδη Τμῶλον οἶσθά που κλύων.
ΠΕ. Οἶδ', ὃς τὸ Σάρδεων ἄστυ περιβάλλει κύκλῳ.
ΔΙ. Ἐντεῦθέν εἰμι. Λυδία δέ μοι πατρίς.
ΠΕ. Πόθεν δὲ τελετὰς τάσδ' ἄγεις εἰς Ἑλλάδα;
ΔΙ. Διόνυσος ὑμᾶς † εὐσέβησ', ὁ τοῦ Διός.

elegantem appellat Brunckius, sed inutilem, quum sensus sit, *non ita a palaestra exculta.* Porsonus ad Hec. 115. οὐ πάλης una voce pro ἀγυμνασίας accipiendum censet. [Jacobsius Animadv. in Euripidem p. 108. πλόκαμός τε γάρ σοῦ κεχυμένος, πόθου πνέων, | γένυν παρ' αὐτὴν ταναὸς, οὐ πάλης ὕπος, | λευκὴν δὲ χροίην, εἰς παρασκευὴν ἔχεις. *Ex Addendis.*]

[*Ibid.* Valckenarius: *Salmasius Tertull. p.* 269. *Ex Addendis.*]

457. Aldus λευκὴν δὲ χροιὰν. Sola Hervagiana secunda λευκὴν δὲ χροιάν. Manifesto scribendum λευκήν τε, nisi τῷ τε in priori membro, quod hic est πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς, recte respondet δὲ in apodosi. Quae sententia quum gravissimum auctorem habeat Hermannum, non temere improbanda est. [*In Addendis haec ita mutantur:* Quae sententia quum gravissimos auctores habeat, non temere improbanda est. Exempla collegit Schaeferus ad Dionysium p. 192. quorum agmen ducit Homerus Il. E. 359. Φίλε κασίγνητε, κόμισαί τέ με, δὸς δέ μοι ἵππους. Cujus constructionis haud semel defensionem suscepit Hermannus.] Altera tamen ratio melior mihi videtur, ut in hoc loco similibusque librariorum errori tribuatur δέ. Eos saepissime τε in δὲ mutasse, ne ipse quidem Hermannus negat. [Si recte vulgo legitur λευκὴν δὲ χροιὰν, recte etiam v. 1006. ἦμαρ εἰς νύκτα τ' εὖ | ἄγοντ' εὐσεβεῖν, | τὰ δ' ἔξω νόμιμα δίκας ἐκβαλόν | τα τιμᾶν θεούς. Plura de hac quaestione alias. *Ex Addendis.*] Quod ad χροιὰν attinet, ea forma apud Euripidem praestaret, etiam si altera metro non repugnaret.

Ibid. Constructio est: οὐκ εἰς παρασκευὴν ἡλίου βολαῖσιν. Musgravius. Mihi εἰς παρασκευὴν pro ἐκ παρασκευῆς dictum videtur. In sequenti versu duo verba cogitatione supplenda sunt, ut sensus sit: *non solis radiis adustam, sed in umbra candidam redditam.* Post σκιᾶς recte interpunxit Musgravius.

461. Plena oratio est οὐ κομπὸς οὐδεὶς εἰρήσεται, neque opus est Musgravii conjectura; οὐ κομπὸς, ὡς δοκεῖς, *non sunt vana et ficta, quae putas.*

462. Noster Heracl. 90. Τὸν Ἡράκλειον ἴστε που παραστάτην | Ἰόλαον. οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε. Interrogationis signum utrobique addunt edd. omnes. Idem Andr. 564. ἔριν δὲ τὴν κατ' οἶκον οἶσθά που κλύων | τῆς τοῦδε θυγατρὸς, ὧν τ' ἀπόλλυμαι χάριν. Hic recte vulgo abest nota interrogationis. Που enim significat ἴσως, *fortasse*, quod ipsum habet noster Iph. T. 517. Τροίαν ἴσως οἶσθ', ἧς ἁπανταχοῦ λόγος.

466. Corruptum esse εὐσέβησ' fatentur omnes, licet quid in ejus locum substituendum sit, nondum inter eruditos conveniat. Scaligeri conjectura εὐσέβειν (sic enim po-

ΠΕ. Ζεὺς δ' ἔστ' ἐκεῖ τις, ὃς νέους τίκτει θεούς;
ΔΙ. Οὐκ, ἀλλὰ Σεμέλην ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις.
ΠΕ. Πότερα δὲ νύκτωρ σ', ἢ κατ' ὄμμ' ἠνάγκασεν;
ΔΙ. Ὁρῶν ὁρῶντα, καὶ δίδωσιν ὄργια.

tius quam εὐσέβισ' eum lecturum fuisse arbitror) neque sententiae commoda est, neque idonea auctoritate nititur. Vir doctus Observationum Miscell. T. IX. p. 436. [quem Abreschium esse monet Porsonus apud Kiddium p. 225. *Ex Addendis.*] εἰσέβησ', *fecit, jussit nos Graeciam ingredi*. Sic etiam Reiskius. Quam conjecturam a Musgravio probatam admisit Brunckius. Musgravius haec dixit: *Neque erat cur dubitaret Valckenarius ad Phoen.* 1360. [1331.] *recte sic verti. Vid. Hom. Il.* I. *v.* 310. *Alcest. v.* 1076. [1058.] *Ipse legendum putat* ἐξέπεισ', *quod mihi nimis Ellipticum videtur.* Exempla a Musgravio allata nihil probant, nisi bene Graecum esse εἰσέβησε pro εἰσβαίνειν ἐποίησε, de quo nunquam dubitavit Valckenarius, qui haud dubie non aliam ob caussam potius ἐξέπεισε quam εἰσέβησε scribendum censuit, quam quod *persuasit* melius sententiae convenire quam *fecit ingredi* putavit. [Porsonus apud Kiddium p. 225. εἰσέβησ' probat. *Ex Addendis.*] Burgesius εὐσέφρησ'. Haec omnia mihi displicent. Vulgatam interpretatur Portus: *pie initiavit*. Quaerendum videtur aliquid, quod *initiavit* significet. Reponi posset ἐθίασευσ', de quo ad v. 378. dixi, si propius ad εὐσέβησ' accederet.

468. Aldus: οὐκ, ἀλλ' ὃς Σεμέλης ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις. Nihil mutant Pal. et Laur, nisi quod Laur. ὃ pro ὃς habet. Ex conjectura librarii, ut videtur, in Par. G. legitur γάμους. MSS. Stephani σεμέλην; unde quod in textu vides fecit Canterus Nov. Lect. VI. 3. Ita noster Ion. 10. οὗ παῖδ' Ἐρεχθέως Φοῖβος ἔζευξεν γάμοις βίᾳ Κρέουσαν. Certissima mihi videtur Canteri conjectura, quam tamen nemo ante me admisit. Scaliger: οὐκ, ἀλλὰ Σεμέλης ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμους. Sic etiam Reiskius, cui ignota erat Scaligeri conjectura. Barnesius: Οὐκ, ἀλλ' ὃ Σεμέλην ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις. Qui ὃ pro ὃς solo Homeri testimonio defendit. Nam nihil ad rem est, quod legitur apud Euripidem Suppl. 847. ὅτῳ ξυνέστη τῶνδ' ἕκαστος ἐν μάχῃ. Rectius allegasset Hipp. 525. Ἔρως, Ἔρως, ὃ κατ' ὀμμάτων | στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν | ψυχᾷ χάριν, οὓς ἐπιστρατεύσῃ. Idem in annotatione retineri posse Σεμέλης monet, modo scribatur ἔζευξεν γάμους, quod jam conjecerat Scaliger, aut ἐζεύχθη γάμοις. Musgravius Aldinam in textum revocavit, in annotatione vero hanc scripturam proposuit: οὐκ, ἀλλ' ὁ Σεμέλην ἐνθάδε ζεύξας γάμοις. Hoc adoptavit Brunckius, quem sequitur Matthiae.

469. Aldus: πότερα δὲ νύκτωρ σ', ἢ κατ' ὄμματ' ἠνάγκασεν; Sic etiam Pal. nisi quod νύκτωρ, σ' ἢ habet. Laur. πότερα δὲ νύκτωρ ἢ κατ' ὄμμ' ἠνάγκασεν. Barnesius ἢ κατ' ὄμμ' ἠνάγκασεν admisit ex emendatione Stephani.

Ibid. Pro ἠνάγκασεν Canterus ἐνήγισεν. Sed nemo, quod sciam, Veterum ἐναγίζειν initiandi sensu dixit. — Lego igitur: πότερα δὲ νύκτωρ ἢ κατ' ὄμμ' ἤνωγέ σε. Musgravius. Nisi barbarum est ἤνωγε, apud Atticos certe non legitur. Melior est Reiskii conjectura, ἢ κατ' ἦμαρ σ' ἤγνισεν, modo deleatur inutile pronomen. Burgesius: πότερα δὲ νύκτωρ ἢ κατ' ὄμμ' ἤνεγκέ σε. Mihi non liquet. Hic non locum habere potest ἐθίασευσε, quod paullo ante pro εὐσέβησε legendum conjeci.

470. Pal. ὁρῶν ὁρῶντα. Clemens Alex. Stromat. IV. p. 637, 27. αὐτὸς οὖν ἡμᾶς ὁ σωτὴρ ἀτεχνῶς

ΠΕ. Τὰ δ' ὄργι' ἐστὶ τίν' ἰδέαν ἔχοντά σοι;
ΔΙ. Ἄῤῥητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.
ΠΕ. Ἔχει δ' ὄνησιν τοῖσι [1] θύουσίν τινα;
ΔΙ. Οὐ θέμις ἀκοῦσαί σ', ἔστι δ' ἄξι' εἰδέναι.
ΠΕ. Εὖ τοῦτ' ἐκιβδήλευσας, ἵν' ἀκοῦσαι θέλω.
ΔΙ Ἀσέβειαν ἀσκοῦντ' ὄργι' ἐχθαίρει θεοῦ.
ΠΕ. Τὸν θεὸν ὁρᾶν γαρ φῂς σαφῶς, ποῖος τίς ἦν;
ΔΙ. Ὁποῖος ἤθελ'. οὐκ ἐγὼ 'τασσον τόδε.

1 θύουσιν τίνα;

κατὰ τὴν τραγῳδίαν μυσταγωγεῖ, Ὁρῶν ὁρῶντας, καὶ δίδωσιν ὄργια. κἂν πύθη, τάδε ὄργια εἶτιν' εἰδέαν ἔχεταί σοι, ἀκούσῃ πάλιν, Ἄῤῥητα βακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν. κἂν πολυπραγμονῇ τις ὁποῖα εἴη, αὖτις ἀκουσάτω, Οὐ θέμις ἀκοῦσαί σ'· ἔστιν δ' ἄξι' εἰδέναι· Ἀσέβειαν ἀσκοῦντ', ὄργι' ἐχθαίρει θεοῦ. Ita Sylburgius.

472. Pseudogregorius v. 1546. ἄῤῥητ' ἀμυήτοισιν εἰδέναι βροτοῖς. Etiam apud Clementem βροτοῖς ex ed. Par. dedit Potterus.

473. Aldus τοῖσι θύουσιν τινά. Pal. τοῖσι θύουσίν τινα. Laur. τοῖσι θύουσιν τίνα. Utra scriptura melior sit, τίνα an τινα, mihi non plane liquet. Eadem ambiguitas apud nostrum Herc. 559. ubi vulgo et fortasse recte legitur: Φίλοι γάρ εἰσιν ἀνδρὶ δυστυχεῖ τινες. Eundem tamen sensum efficeret interrogativum τίνες. Sic etiam apud Aristophanem Ach. 1209. Τοῖς χουσὶ γάρ τις ξυμβολὰς ἐπράττετο; Nihil insoliti habet particula interrogativa in fine versus posita. Nulla ambiguitas apud nostrum Cycl. 138. Σὺ δ' ἀντιδώσεις, εἰπέ μοι, χρυσὸν πόσον; [Neque in hac ipsa fabula v. 830. Τὸ δεύτερον δὲ σχῆμα τοῦ κόσμου τί μοι; *Ex Addendis.*]

475. Aldus θέλων. Hervagiana secunda θέλω ex emendatione Brodaei, quam Stephanus ut suam proposuit.

476. Pal. Laur. ἀσκοῦνθ' ὄργι'. In illo supra scriptum σε. Ὄργια nominativum esse in annotatione monet Portus, qui in versione Latina hunc versum ita interpretatur: *Deus odit impie celebrantem orgia.*

477. Aldus: τὸν θεὸν γὰρ ὁρᾶν σὺ φῂς σαφῶς, ποῖός τις ᾖ; Pal. τὸν θεὸν γὰρ ὁρᾶν φῂς σαφῶς ποῖος τις ᾖ. A correctore supra scriptum est σὺ. Laur. τὸν θεὸν γὰρ ὁρᾶν φῂς σαφῶς ποῖός τις ὤν. Heathius: Τὸν θεὸν σὺ γὰρ ὁρᾶν φῂς σαφῶς, ποῖός τις ᾖ; *Deum quandoquidem tu dicis te palam vidisse, qualisnam forte fuerit?* Musgravius in annotatione, ut sit sententia ἀνανταπόδοτος: τὸν θεὸν, ὁρᾶν γὰρ φῂς σαφῶς, ποῖός τις ἦν; Brunckius in annotatione: ὁ θεὸς, ὁρᾶν γὰρ φῂς σαφῶς, ποῖός τις ἦν; In textu Musgravium sequitur, nisi quod non interpungit post τὸν θεὸν. Sic etiam Matthiae. Sensus est: Ἐπεὶ τὸν θεὸν ὁρᾶν φῂς σαφῶς, ποῖός τις ἦν; Simili modo apud Herodotum VI, 11. Dionysii Phocaeensis oratio ita incipit: Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα. Quo exemplo utitur Longinus sect. 22. Conferendus omnino Schaeferus Meletem. Crit. p. 75. seqq. quem nondum videram, quum mea scripsi ad Heracl. 481.

478. Aldus ἐγὼ 'κάλυψα v. 12. ἐγὼ 'τασσον v. 478. Utramque scripturam fortasse de industria dedit. Nam simili diversitate apud eum legitur Herc. 281. ἃ 'τικτον, ἃ 'μόχθησα; Sed non semper sibi constat. Dedit enim ἐγὼ τέκον Hec. 387. Rariores apud Euripidem hujusmodi elisiones quam apud Sophoclem esse mihi videntur. Sed nihil apud quemquam

ΠΕ. Τοῦτ' αὖ παρωχέτευσας εὖ, κοὐδὲν λέγων.
ΔΙ. Δόξει τις ἀμαθεῖ, σοφὰ λέγων, οὐκ εὖ φρονεῖν.
ΠΕ. Ἦλθες δὲ πρῶτα δεῦρ' ἄγων τὸν δαίμονα;
ΔΙ. Πᾶς ἀναχορεύει βαρβάρων τάδ' ὄργια.
ΠΕ. Φρονοῦσι γὰρ κάκιον Ἑλλήνων πολύ.
ΔΙ. Τάδ' εὖ γε μᾶλλον. οἱ νόμοι δὲ διάφοροι.
ΠΕ. Τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς;
ΔΙ. Νύκτωρ τὰ πολλά. σεμνότητ' ἔχει σκότος.
ΠΕ. Τοῦτ' εἰς γυναῖκας δόλιόν ἐστι καὶ σαθρόν.
ΔΙ. Κὰν ἡμέρᾳ τό γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν.
ΠΕ. Δίκην σε δοῦναι δεῖ σοφισμάτων κακῶν.
ΔΙ. Σὲ δ' ἀμαθίας γε, κἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν.

legitur, unde defendi possit Reiskii conjectura: οὐκ ἐγ' ὦ (id est ἐγὼ ὁ) τάσσων τόδε.

479. Aldus ταῦτ' οὖν. Pal. Laur. τοῦτ' αὖ, quod ex Par. G. (imo et E.) admittere voluit Musgravius, cujus editio typographi fortasse errore habet ταῦτ' αὖ. Correxit hoc vitium Brunckius, qui recte confert v. 475.

Ibid. Suidas: Παροχετεύει: παραπλαγιάζει. ἢ ἀπὸ ἑτέρου ὑδρηγοῦ εἰς ἕτερον ἐπιβάλλει ἢ μεταφέρει τὸ ὕδωρ. καὶ παροχετεύοντες, μεταφέροντες. Hesychius: Παρωχετεύων: ὅταν ἀπὸ τούτου τοῦ μέρους στρέφῃ τὸ ὕδωρ εἰς ἄλλον ὑδραγόν. Sic MS. In lemmate scribendum suspicor Παρωχέτευσας. Plura interpretes ad v. Παροχετεύει.

Ibid. Reiskius κοὐδὲν pro καίτοι οὐδὲν accipiendum censet: Musgravius aut abundare καί, aut legendum: εὖ, κοὐκ εὖ λέγων. [Jacobsius Animadvers. in Euripidem p. 109. Ταῦτ' εὖ παρωχέτευσας οὖν, οὐδὲν λέγων. Nihil horum placet. *Ex Addendis.*] Vide an eadem sit constructio, quae apud Sophoclem Oed. T. 740. τὸν δὲ Λάϊον, φύσιν | τίν' εἶχε, φράζε, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων.

480. Hic versus legitur apud Stobaeum Tit. IV. p. 53 = 29. Trincavellus: Δόξῃ τίς ἀμαθεῖ σοφὰ λέγων, οὐκ εὖ λέγειν. Etiam Gesnerus et Grotius οὐκ εὖ λέγειν. Suidas: Ἀργάλεον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πόλλ' ἀγορεύειν. Εὐριπίδου λόγος Βάκχαις. Imo Theognidis v. 625. Recte monet Piersonus Verisim. p. 121. verba Εὐριπίδου λόγος Βάκχαις ad Baccharum v. 480. spectare.

484. Verba Τάδ' εὖ γε μᾶλλον recte explicat Portus: Imo in rebus *istis longe melius*. Notandum μᾶλλον εὖ pro ἄμεινον.

Ibid. Aldus: οἱ νόμοι τε διάφοροι. Pal. οἱ νόμοι διάφοροι. Recte Laur. οἱ νόμοι δὲ διάφοροι. Sic etiam edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam. Par. E. οἱ λόγοι δὲ διάφοροι.

486. Hunc versum citant scholiastae ad Sophoclis Ant. 1147. Apollonii Rhodii II. 910. Alii post Νύκτωρ distinguunt, alii post τὰ πολλά, quod magis placet. Aldus neutrobique.

487. Pal. δόλιον ἐστι.

Ibid. Contraria sunt ὑγιὴς et σαθρὸς, quod nostra lingua significat *unsound*. Per πονηρὸς explicat noster Hec. 1189. ἀλλ' εἴτε χρήστ' ἔδρασε, χρήστ' ἔδει λέγειν | εἴτ' αὖ πονηρά, τοὺς λόγους εἶναι σαθρούς.

488. Ἐξευρίσκειν poëtae hic significat *efficere*, *patrare*, facere ut aliquid exsistat, *excogitare*. Reiskius.

490. Aldus: σὲ δ' ἀμαθίας, ἀσε-

ΠΕ. Ὡς θρασὺς ὁ Βάκχος, κοὐκ ἀγύμναστος λόγων.
ΔΙ. Εἴφ' ὅτι παθεῖν δεῖ. τί με τὸ δεινὸν ἐργάσει;
ΠΕ. Πρῶτον μὲν ἁβρὸν βόστρυχον τεμῶ σέθεν.
ΔΙ. Ἱερὸς ὁ πλόκαμος. τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω.
ΠΕ. Ἔπειτα θύρσον τόνδε παράδος ἐκ χεροῖν.
ΔΙ. Αὐτός μ' ἀφαιροῦ. τόνδε Διονύσου φορῶ.
ΠΕ. Εἱρκταῖσί τ' ἔνδον σῶμα σὸν φυλάξομεν.
ΔΙ. Λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅτ' ἂν ἐγὼ θέλω.

βοῦντ' εἰς τὸν θεόν. Laur. σὲ δ' ἀμαθίας γε κἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν. Quam scripturam e MSS. Par. admisit Musgravius. Operae pretium est videre, quot conjecturis Aldina scriptura locum dederit. Scaliger in uno libro ἀσεβοῦντά γ' reposuit, in altero ἀσεβοῦντα νῦν. Barnesius: Σὲ δὲ τῆς ἀμαθίας τὸν ἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν. Piersonus apud Valckenarium ad Phoen. 1331. Σὲ δ' ἀμαθίας, οὐκ εὐσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν. Ipse Valckenarius: Σὲ δ' ἀμαθίας γε, δυσσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν. Heathius: Σὲ δ' ἀμαθίας μᾶλλον, ἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν. [Porsonus apud Kiddium p. 225. σὲ δ' ἀμαθίας γε, τὸν ἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν. *Ex Addendis.*] Nisi diversam lectionem e MSS. dedisset Musgravius, scripsissem: Σὲ δ' ἀμαθίας γ', οὐκ εὐσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν. Quae enim facilior emendatio, quam οὐκ εὐσεβεῖν pro ἀσεβεῖν?

491. Ὁ Βάκχος non est Διόνυσος, sed masculinum a feminino Βάκχη derivatum. Ita per contemtum τὸν θηλύμορφον ξένον appellat Pentheus. Nemo enim eum Bacchum esse suspicatur, ut jam monui ad v. 242.

492. Horatius Epist. I. 16, 73. *Vir bonus et sapiens audebit dicere: Pentheu, | rector Thebarum, quid me perferre patique | indignum coges? Adimam bono. Nempe pecus, rem, | lectos, argentum: tollas licet. In manicis et | compedibus saevo te sub custode tenebo. | Ipse deus, simul atque volam, me solvet. Opinor, | hoc sentit: Moriar. Mors ultima linea rerum est.*

Ibid. Aristophanes Lys. 366. Τί δ' εἰ σποδῶ τοῖς δακτύλοις; τί μ' ἐργάσει τὸ δεινόν; Dobraeus: *Comparabat me audiente Porsonus Euripidem Bacch.* 492. *Ergo in Herc. F.* 149. [151.] *defensurus erat vulgatam* τί δὴ τὸ σεμνὸν σῷ κατείργασται πόσει; *In Adversariis p.* 271. *proposuerat* τί δῆτα σ. *quod ex Reiskii conjectura edidit Hermannus. Soph. Oed. Col.* 598. τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς; Sic etiam noster infra v. 875. τί τὸ σοφὸν, ἢ τί τὸ κάλλιον | παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς, κ. τ. ἑ. Med. 733. Μῶν οὐ πέποιθας; ἢ τί σοι τὸ δυσχερές; Iph. A. 884. Ὁ δὲ γάμος τίν' εἶχε τὴν πρόφασιν, ἢ μ' ἐκόμισ' ἐκ δόμων; Hoc exemplum attuli, ut ostenderem articulum interdum male addi. Hodie eo omisso recte legitur ἐκόμισεν.

494. Diphili piscarius apud Athenaeum p. 225. B. ἐνταῦθα γοῦν ἔστιν τις ὑπερηκοντικὼς, | κόμην τρέφων μὲν πρῶτον ἱερὰν τοῦ θεοῦ, | ὥς φησιν· οὐ διὰ τοῦτό γ', ἀλλ' ἐστιγμένος, | πρὸ τοῦ μετώπου παραπέτασμ' αὐτὴν ἔχει.

498. Plutarchus T. II. p. 476. B. ᾧ γὰρ ἔξεστι τῆς μὲν ἀρετῆς καὶ οἰκείας μερίδος ἐπικρατούσης, ἡδέως ζῆν, τῶν δὲ ἀλλοτρίων καὶ παρὰ φύσιν ὑπερβαλλόντων ἀδεῶς ἀπελθεῖν, εἰπόντα, Λύσει με ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω· τί ἂν τούτῳ χαλεπὸν ἢ δύσκολον ἐμπῖπτον ἐπινοήσαιμεν; Origenes contra Celsum II. p. 80. παίζων δ', ὡς οἴεται, τὸν Ἰησοῦν ὁ παρὰ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, εἰδέναι ἀναγέγραπται τὸν Εὐριπίδου Βάκχον λέ-

ΠΕ. Ὅτ' ἂν γε καλέσῃς αὐτὸν, ἐν Βάκχαις σταθείς.
ΔΙ. Καὶ νῦν ἃ πάσχω, πλησίον παρὼν ὁρᾷ.
ΠΕ. Καὶ ποῦστιν; οὐ γὰρ φανερὸς ὄμμασίν γ' ἐμοῖς.
ΔΙ. Παρ' ἐμοί. σὺ δ' ἀσεβὴς αὐτὸν ὢν οὐκ εἰσορᾷς.
ΠΕ. Λάζυσθε. καταφρονεῖ με καὶ Θήβας ὅδε.
ΔΙ. Αὐδῶ με μὴ δεῖν σωφρονῶν οὐ σώφροσιν.
ΠΕ. Ἐγὼ δὲ δεῖν γε, κυριώτερος σέθεν.
ΔΙ. † Οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς, οὐδ' ὁρᾷς, οὐθ' ὅστις εἶ.
ΠΕ. Πενθεὺς, Ἀγαυῆς παῖς, πατρὸς δ' Ἐχίονος.

γοντα, Λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω. Haec attulit Porsonus Adversar. p. 265.

Ibid. Commeliniana typographi errore Λύσει μ' δαίμων, unde Musgraviana Λύσει μὲ δαίμων. Brunckius, Schaeferus et Matthiae λύσει με δαίμων.

Ibid. Malim αὖτις: nam αὐτὸς quam hic ἔμφασιν habeat, non video. Musgravius. Aristophanes Plut. 212. Ἔχω τίν' ἀγαθὴν ἐλπίδ', ἐξ ὧν εἶπέ μοι | ὁ Φοῖβος αὐτὸς, Πυθικὴν σείσας δάφνην.

499. Debet cum interrogatione efferri. *Atqui si tum inter Bacchas agat, quum tu eum invoces? Quid tum? Quid hoc proderit tibi?* Reiskius. Cui male obsequutus est Matthiae. Quo minus haec interrogative accipiantur, obstat particula γε. Sensus horum verborum est *Nunquam.* [Duas conjecturas proposuit Jacobsius Exercitat. Crit. T. I. p. 148. unam: Μάτην γε καλέσῃς αὐτὸν ἐν Βάκχαις σταθείς: alteram: Μάτην γε καλέσῃς αὐτὸν ἐν βρόχοις σταθείς. *Ex Addendis.*]

[*Ibid.* Valckenarius: *Gataker. II.* p. 156. *Ex Addendis.*]

502. Aldus: σὺ δ' ἀσεβὴς αὐτὸς ὢν, οὐκ εἰσορᾷς. Hoc versu potius sollicitandum erat αὐτὸς, quam v. 498. Manifesto enim legendum αὐτόν. Magis placeret σὺ δ' ἀσεβὴς ὢν αὐτὸν, σὺ δ' ὢν ἀσεβὴς αὐτὸν, σὺ δ' αὐτὸν ἀσεβὴς ὢν aut σὺ δ' αὐτὸν ὢν ἀσεβὴς, si quid horum metro conveniret. Sed vulgatus ordo defensione non eget. [Jacobsius Exercitat. Crit. T. I. p. 149. pro αὐτὸς ὢν reponit ἄνθ' (i. e. ἄντα) ὁρῶν. *Ex Addendis.*]

503. Pal. καταφρονεῖ μου καὶ Θήβης ὅδε. Sic etiam, ni fallor, Laur. a prima manu, qui a correctore vulgatam habet. Scholiastes ad Aristophanis Ran. 103. Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει: ἀντὶ τοῦ σοὶ Ἀττικῶς. σημειωτέον τοίνυν ὅτι οἱ Ἀττικοὶ κέχρηνται τῷ τοιούτῳ σχηματισμῷ. καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις· Καταφρονεῖ με καὶ Θήβας ὅδε. [Utitur hoc exemplo Matthiae Gr. Gr. §. 376. p. 526. conferens Platonem Gorgia p. 522. B. τοὺς πρεσβυτέρους κατηγορεῖν. *Ex Addendis.*]

505. Hervagiana secunda ἐγὼ δὲ δεῖν σε. Aldinam scripturam primus revocavit Brunckius. Noster Andr. 580. Ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ γ' ἄλλος οὐχ ἧσσον σέθεν, | καὶ τῆσδε πολλῷ κυριώτερος γεγώς.

506. Aldus: οὐκ (sic) οἶσθ' ὅτι ζῇς, οὐδ' ὁρᾷς, οὐθ' ὅστις εἶ. Reiskius: οὐκ οἶσθ' ὃν ἀτίζεις, οὐδ' ἃ δρᾷς. *Non nosti quem dehonestes et quid agas.* Musgravio placet Οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς. Confert Sophoclem El. 922. Οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει. Brunckius: Οὐκ οἶσθ' ὅ τι ζῇς, οὐδ' ὁρᾷς. Matthiae: Οὐκ οἶσθ' ὅ τι ζῇς, οὐδ' ὃ δρᾷς. Nihil horum magnopere mihi placet. Legendum suspicor: Οὐκ οἶσθ' ὅπου ζῇς, οὐδ' ὁρᾷς ἔθ' ὅστις εἶ. Cum verbis Οὐκ οἶσθ' ὅπου ζῇς conferenda οἴκει μεθ' ἡμῶν v. 331.

ΔΙ. Ἐνδυστυχῆσαι τοὔνομ' ἐπιτήδειος εἶ.

508. Aristoteles Rhet. II. 23, 29. Ἄλλος [τόπος] ἀπὸ τοῦ ὀνόματος· οἷον, ὡς ὁ Σοφοκλῆς [Tyrus fr. I.]. Σαφῶς Σιδηρώ, καὶ φοροῦσα τοὔνομα.——καὶ ὡς ἡ Εὐριπίδου Ἑκάβη εἰς τὴν Ἀφροδίτην [Tro. 990.] Καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς· καὶ ὡς Χαιρήμων· Πενθεὺς, ἐσομένης συμφορᾶς ἐπώνυμος. Fortasse in tragoedia Dionyso, cujus mentio est apud Athenaeum. Ita quoque noster supra v. 367. Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις | τοῖς σοῖσι, Κάδμε. Theocritus Idyll. XXVI. 26. ἐξ ὄρεος πένθημα καὶ οὐ Πενθῆα φέροισαι. Similia multa apud tragicos leguntur, neque lectorem aegre laturum existimo, si exempla nonnulla ab aliis indicata hic apposuero. ΑΙΑΣ. Sophocles Aj. 430. Αἶ αἶ, τίς ἄν ποθ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον | τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; ΑΜΦΙΩΝ. Etymologus p. 92, 24. apud Valckenarium Diatrib. p. 62. λέγει δὲ Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς, ἐτυμολογῶν τὸ Ἀμφίων, ὅτι Ἀμφίων ἐκλήθη παρὰ τὴν ἄμφοδον, ἤγουν παρὰ τὸ παρὰ τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης κωμικευόμενος λέγει, ὅτι οὐκοῦν ἄμφοδος ὤφειλεν κληθῆναι. Ipsa Aristophanis verba servavit Pollux IX. 36. Ἄμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ τεθεῖσθαι τοὔνομα. Ex Addendis.]. ΑΠΟΛΛΩΝ. Aeschylus Ag. 1089. Ἄπολλον, Ἄπολλον, | ἀγυιᾶτ' Ἀπόλλων ἐμός. | ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον. Euripides Phaëthonte: Ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας | καὶ τόνδ'. Ἀπόλλων δ' ἐν βροτοῖς ὀρθῶς καλεῖ, | ὅστις τὰ σιγῶντ' ὀνόματ' οἶδε δαιμόνων. Ita Bekkerus. Scholiastes ad Euripidis Or. 1389. legisse videtur: Ἀπόλλων δ' οὐ κακῶς κλήζει βροτοῖς. [ΒΟΙΩΤΟΣ. Euripides apud Stephanum v. Βοιωτία: τὸν δ' ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖν. Ex Addendis.] ΔΟΛΩΝ. Incertus Rhes. 158. Ἐπώνυμος μὲν κάρτα καὶ φιλόπτολις | Δόλων. ΕΛΕΝΗ. Aeschylus Ag. 690. Τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧδ' | εἰς τὸ πᾶν ἐτητύμως | τὰν δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ θ' Ἑλέναν; ἐπεὶ πρεπόντως ἑλέναυς, ἕλανδρος, ἑλέπτολις, ἐκ τῶν ἁβροπήνων | προκαλυμμάτων ἔπλευσε | Ζεφύρου γίγαντος αὔρᾳ κ. τ. ἑ. [ΕΝΙΑΥΤΟΣ. Achilles Tatius Isagog. in Aratum p. 139. E. ἐνιαυτὸς δὲ ἡλίου εἴρηται, ἐπεὶ ἔχει τὰς πάσας ὥρας ἐν ἑαυτῷ τέσσαρας κατὰ τὸν Εὐριπίδην· Ὅθ' οὕνεκ' ἐν αὑτῷ πάντα συλλαβὼν ἔχει. Heathius ὅθ' οὕνεκ' αὐτός. ΖΗΘΟΣ. Euripides Antiopa Fr. I. Τὸν μὲν κικλήσκει Ζῆθον. ἐζήτησε γὰρ | τόκοισιν εὐμάρειαν ἡ τεκοῦσά νιν. ΙΩΝ. Euripides Ion. 802. Ἴων, ἐκείπερ πρῶτος ἤντησεν πατρί. Clarius v. 831. Ἴων, ἰόντι δῆθεν ὅτι συνήντετο. Ex Addendis.] ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ. Euripides apud Etymologum: Μελέαγρε, μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύεις ἄγραν. ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. Aeschylus Prom. 85. Ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα | καλοῦσιν. αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθίας (ita lego pro Προμηθέως), | ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τύχης. Adde Oedipum, Polynicem aliosque. Haec non modo ψυχρὰ sunt, verum etiam tragicos malos fuisse grammaticos ostendunt. Quid enim commune habent Ἀπόλλων et ἀπολλύναι, praeter soni similitudinem? [Quis Ἴων, id est Ἰάων, ab ἰέναι derivatum credat? Horum pleraque quidem apud Euripidem reperiuntur. Sed temere dixit Valckenarius ad Phoen. 27. *His nihil simile castigatius effudit Sophoclis ingenium. Ex Addendis.*]

Ibid. Scholiastes ad Aristophanis Vesp. 1115. Ἔμβραχυ: καθάπαξ ἢ παντάπασι τὸ ἔμβραχυ, Ἀττικὴ συνήθεια, οὐδὲν πλέον δηλοῦσα ἢ τὸ βραχὺ, ὡς ἐμφαγεῖν, τὸ φαγεῖν, καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ ἐνδυστυχῆσαι | ἀντὶ τοῦ δυστυχῆσαι. Grammaticus, cujus testimonium Valckenario debeo, compositi ἐνδυστυχῆσαι rationem non

ΠΕ. Χώρει. καθείρξατ' αὐτὸν ἱππικαῖς πέλας
φάτναισιν, ὡς ἂν σκότιον εἰσορᾷ κνέφας.
ἐκεῖ χόρευε. τάσδε δ', ἃς ἄγων πάρει
κακῶν [1] συνέργους, ἢ διεμπολήσομεν,
ἢ χεῖρα δούπου τοῦδε καὶ βύρσης κτύπου
παύσας, ἐφ' ἱστοῖς δμωΐδας κεκτήσομαι.
ΔΙ. Στείχοιμ' ἄν. ὅτι γὰρ μὴ χρεὼν, οὔτοι χρεὼν
παθεῖν. [2] ἀτάρ τοι τῶνδ' ἄποιν' ὑβρισμάτων
μέτεισι Διόνυσός σ', ὃν οὐκ εἶναι λέγεις.
ἡμᾶς γὰρ ἀδικῶν, κεῖνον εἰς δεσμοὺς ἄγεις.
ΧΟ. * * * * * *
Ἀχελῴου θύγατερ,

[1] ξυνεργούς,
[2] ἀτὰρ δὴ

perspexit. Magno exemplorum numero eam illustravit Porsonus Adversar. p. 265. Nonnulla hic apponam. Aristophanes Pac. 1227. ἐναποπατεῖν γάρ ἐστ' ἐπιτήδειος πάνυ. Herodotus VI. 102. ἦν γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον χωρίον ἐνιππεῦσαι. Idem IX. 7. ἐπειδὴ γὰρ ἡμάρτομεν τῆς Βοιωτίας, τῆς γε ἡμετέρας ἐπιτηδεώτατόν ἐστι ἐμμαχέσασθαι τὸ Θριάσιον πεδίον. Pausanias II. 34. p. 192. παρέχεται δὲ αὐτὴ λιμένα ἐνορμίσασθαι ἐπιτήδειον.

509. Bene ἱππικαῖς πέλας φάτναισιν. Quo carcere utitur noster etiam Or. 1448. ἔκλῃσε δ' ἄλλον ἄλλοσε στέγης· | τοὺς μὲν ἐν σταθμοῖσιν ἱππικοῖς· | τοὺς δ' ἐν ἐξέδραισι, κ. τ. ἑ.

510. Hujus versus non meminit Valckenarius ad Phoen. 379. τί γὰρ πατήρ μοι πρέσβυς ἐν δόμοισι δρᾷ, | σκότον δεδορκώς; Solum confert Sophoclem Oed. T. 419. βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ', ἔπειτα δὲ σκότον.

512. Corrigendi errores Hesleri, qui διεμπολήσομεν ad infinitivum διεμπολεῖν retulit, ἠμπολημότα ad ἐμπολεῖν, licet recte exhibeat ἀπεμπολᾶν et παρεμπολᾶν.

513. Pal. κτύπους. Eadem sunt δούπου τοῦδε et βύρσης κτύπου, neque opus Reiskii conjectura θύρσου aut λωτοῦ τοῦδε.

514. Sola Barnesiana δμοΐδας, idque typographi fortasse errore.

515. Aldus οὔτι χρεὼν. Pal. οὔτε χρεὼν. Schaeferus et Matthiae οὔτοι χρεὼν ex tacita Porsoni emendatione ad Hec. 286=282. οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών. Nescio cur Reiskius: ὅτι γάρ με (vel μοι) χρεὼν, τουτὶ χρεὼν παθεῖν, *nam quod fatale mihi est pati, illud necesse est pati.* Heathius: *Quodcunque enim fieri non debet neque necesse est pati.*

516. Nescio an legendum ἀτὰρ δὴ, quae particulae longe saepius conjunctae leguntur quam ἀτάρ τοι. Noster Tro. 63. Μάλιστ'. ἀτὰρ δὴ καὶ τὸ σὸν θέλω μαθεῖν. Cycl. 84. Χωρεῖτ'. ἀτὰρ δὴ τίνα, πάτερ, σπουδὴν ἔχεις; Herc. 1353. ἀτὰρ πόνων δὴ μυρίων ἐγευσάμην. Quamquam in hoc exemplo δὴ potius cum μυρίων quam cum ἀτὰρ conjungendum videtur. Legebatur ἀτάρ τοι Hipp. 1398. sed scripturam mutarunt recentiores.

519. De hoc chori carmine consulendus Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 498. 500. seq. ex cujus conjectura emendatius nunc legitur quam olim. Primus versus abest ab omnibus libris, praeter illos, in quibus auctore Barnesio legitur Ὦ καλλίστα κρανᾶν. Laur. προῳδὸς scriptum habet ad v. 519. cum gl. ὅμοια τῷ μεσῳδῷ καὶ ἐπῳδῷ, στροφὴ ad v. 528. μεσῳ-

πότνι᾽, εὐπάρθενε Δίρκα,
σὺ γάρ ἐν σαῖς ποτε παγαῖς
τὸ Διὸς βρέφος ἔλαβες,
ὅτε μηρῷ πυρὸς ἐξ ἀ-
θανάτου Ζεὺς ὁ τεκὼν ἥρ-
πασέ νιν, τάδ᾽ ἀναβοάσας·
Ἴθι, Διθύραμβ᾽, ἐμὰν ἄρ-
σενα τάνδε βᾶθι νηδύν,
ἀναφαίνω σε τόδ᾽, ὦ Βάκ-
χιε, Θήβαις ὀνομάζειν. —

θὸς ad v. 537. cum gl. *περισσὸν*, *ἀντίστροφος* ad v. 547. *ἐπῳδὸς* ad v. 556. *ἐπῳδὸς ἑτέρα* ad v. 565. Sed rectius edd. recentiores auctore Cantero carmen in strophen unam cum antistropho et epodo distributam habent.

Ibid. Acheloum pro quocunque fluvio aquave usurpari probavimus. Brodaeus. [Dircen] Ismeni filiam facit Nonnus p. 750. [XLIV. 9.] *σὺν Ἰσμηνῷ δὲ τοκῆϊ | κυκλάδας αἰθύσσουσα ῥοὰς ὠρχήσατο Δίρκη*. De Acheloo vide quae citavimus ad Androm. v. 167. De voce *θυγάτηρ* vide porro ad Helen. v. 1342. [1338.] Musgravius. Quae de voce *θυγάτηρ* dixit, neutri loco conveniunt. Utrobique enim sensus est *filia*, non *puella*. Quae de Acheloo dixit, potius ad v. 625. pertinent. Recte fecisse videtur Nonnus, quod Dircen potius Ismeni quam Acheloi filiam fecit. Sed in his rebus quidlibet audendi potestatem sibi vindicat Euripides. Quis enim e. g. praeter Euripidem Phoen. 179. Lunam Solis filiam appellavit?

520. Verba *εὐπάρθενε Δίρκα* non male interpretatur Portus *felix virgo Dirce*. Haud valde diversum est *εὐπατέρειαν αὐλὰν* Hipp. 68. quod *εὐκλεᾶ πατρῴαν αὐλὴν* aut aliquid ejusmodi significat.

522. Laur. ad *βρέφος* gl. habet *ἀντὶ μιᾶς*.

525. Metrum postulare videtur *ταῦτ᾽ ἀναβώσας*, Musgravius. Eodem redit vulgata *τάδ᾽ ἀναβοήσας*. Hic etiam gl. in Laur. *ἀντὶ μιᾶς*. Doricam formam ex Pal. admisi.

526. Aldus *ἴθ᾽ ὦ διθύραμβ᾽*. Quod nunc legitur, Hermanno debetur. Versus Anacreonteus est, ut plures in hac strophe.

Ibid. *Διθύραμβος* a *δίθυρος* derivare videtur Euripides, quem malum grammaticum fuisse paullo ante monui ad v. 508. Vel fortasse primam syllabam a Jovis nomine, ut *Διπόλια* et *Δισωτήριον*. Sic enim Jovis Servatoris aedes dicta est. Quid sit *θύραμβος*, cui similia sunt *ἴαμβος* et *θρίαμβος*, mihi non liquet. Testimonia scriptorum de *Διθύραμβος* collegit Barnesius.

527. Femininum *ἄρσην* praeter alios habet etiam Sophocles Trach. 1197. *πολλὴν μὲν ὕλην τῆς βαθυῤῥίζου δρυὸς | κείραντα, πολλὴν δ᾽ ἄρσεν᾽ ἐκτεμόνθ᾽ ὁμοῦ | ἀγρίαν ἔλαιαν*. Longe usitatius masculinum *θῆλυς*.

528. Aldus *ἀναφανῶ*. Hermannus *ἀναφαίνω*, quod dubitanter admisi. Mihi enim in mentem venerat subjunctivus *ἀναφάνω*, de quo vide ad *στέψω* v. 341.

Ibid. *Τόδε*, *κατὰ τόδε*, *ὧδε*, *sic*. Portus. Fraudi fuit hoc *τόδε* Reiskio, cujus interpretatio est: *efficiam ut Thebae te aliquando alloquantur his verbis: ὦ Βάκχιε*. Imo, *ut te Dithyrambum appellent*.

529. Lego *Θήβας*. *Faciam ut Thebae te hoc nomine appellent*, Musgravius. Cujus interpretatio-

σὺ δέ μ', ὦ [1] μάκαιρα Δίρκα, — 1 πότνια
στεφανηφόρους ἀπωθεῖ
θιάσους ἔχουσαν ἐν σοί.
τί μ' ἀναίνει; τί με φεύγεις;
ἔτι ναὶ τὰν βοτρυώδη
Διονύσου χάριν οἴνας,
ἔτι σοι τοῦ Βρομίου μελήσει.
Οἵαν, οἵαν ὀργὰν
ἀναφαίνει χθόνιον
γένος, ἐκφύς τε δράκοντός
ποτε Πενθεὺς, ὃν Ἐχίων
ἐφύτευσε χθόνιος,
ἀγριωπὸν τέρας, οὐ φῶ-
τα βρότειον, φόνιον δ' ὥσ-
τε γίγαντ' ἀντίπαλον θεοῖς.
[1] ὅς με βρόχοισι τὰν τοῦ — 1 ἐμὲ μὲν

ni non adversatur vulgata scriptura. Heathius: *Ostendam te hoc nomine Thebis appellandum.*

530. Nisi corruptus est antistrophicus v. 549. de quo dicam suo loco, hic legendum videtur *ὦ πότνια Δίρκα*. Cui conjecturae speciem addit, quod pro *ὦ πότνα νίκα* Ion. 457. Laur. a prima manu habet *ὦ μάκαιρα νίκα*.

534. Pal. *ἔτι ναὶ τὰν* (η superscr.).

535. Noster Phoen. 227. *οἴνα θ', ἃ καθαμέριον | στάζεις τὸν πολύκαρπον | οἰνάνθας ἱεῖσα βότρυν*. Ubi qui *Διονύσου* cum *οἴνα* conjungunt, verba *τὰν βοτρυώδη Διονύσου χάριν οἴνας* allegare possunt. Musgravius potius *vinum* quam *vitem* his verbis significari putat. Cui non assentior.

536. Hervagiana secunda aliaeque nonnullae *μελήσω*.

537. Ad hunc versum in Laur. scriptum *περισσὸν*, ut jam monui. Libenter eum omisissem, si salva sententia abesse posset.

541. Metrum postulare videtur *ἐφύτευσεν ὁ*. Musgravius. Haec conjectura, quam a Brunckio admissam repudiavit Matthiae, metrum pessum dat. Duae enim syllabae *βρέφος* in strophico versu 522. uni longae *σε* respondent, ut jam monui.

544. Aldus: *γίγαν | τ' ἀντίπαλον θεοῖ | σιν*. Brunckius ex Heathii conjectura *γίγαν | τά γ'* scripsit, haec etiam annotavit: *In G. dimidiatae voci θεοῖ qua clauditur v. 536. superscripta glossa συνίζησις, quae vera observatio est, et Heathii, quam recepi, emendationem confirmat.* Mihi quoque *συνίζησις* esse videtur, nec tamen Heathii conjecturam vulgatae scripturae, quam revocavit Matthiae, praestare arbitror. Versus 544. meae ed. sine ulla scripturae mutatione satis bene antistrophico 524. respondet. Nam *θεοῖς*, quod pro *θεοῖσιν* ex Pal. admisi, nihil in hoc versu mutat, licet primam sequentis syllabam tollat.

545. Aldus *ὅς με βρόχοισι*. Hermannus *ἔμ' ὃς βρόχοισι*. Scripsit Euripides, ni fallor, *ἐμὲ μὲν βρόχοισι*. Ex interpretatione profectum videtur *ὃς*, quod sine sententiae detrimento abesse potest. Sophocles Oed. T. 1213. *ἐφεῦρέ σ' ἄκονθ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος. | δι-*

Βρομίου τάχα ξυνάψει,
τὸν ἐμὸν δ᾽ ἔντος ἔχει δώ-
ματος ἤδη θιασώταν,
σκοτίαις κρυπτὸν ἐν εἱρκταῖς.
ἐσορᾷς τάδ᾽, ὦ Διὸς παῖ
Διόνυσε, σοὺς προφήτας
ἐν ἁμίλλαισιν ἀνάγκας;
μόλε, χρυσῶπα τινάσσων
ἀνὰ θύρσον κατ᾽ Ὄλυμπον,

δικάζει τὸν ἄγαμον γάμον πάλαι, | τεκνοῦντα καὶ τεκνούμενον. Ita quidem Aldus. Sed multi MSS. ὅς ante δικάζει male additum habent.

546. Aldus τάχει συνάψει. Brodaeus aut supplendum σὺν, aut scribendum ταχὺ monet. Barnesius aut 'ν τάχει (pro ἐν τάχει) συνάψει, aut ταχὺ ξυνάψει, aut subaudiendum ἐν. Haec ratio placuit Musgravio, qui contulit Aeschylum Ag. 1249. τὸ μέλλον ἥξει. καὶ σὺ μὴν τάχει παρὼν, | ἄγαν γ᾽ ἀληθόμαντιν, οἰκτείρας ἐρεῖς. Ubi nunc legitur καὶ σύ μ᾽ ἐν τάχει. Mirae sunt Reiskii conjecturae, λάτριν συνάψει, aut παχέσι συνάψει, aut ὅς μοι βρόχοισι τᾷ τοῦ Βρομίου πάχεις (hoc est πήχεις) συνάψει. Tandem τάχα ξυνάψει Brunckius, cujus verba sunt: *In codicibus enim non τάχει, sed τάχα perspicue scriptum, quod sincerum et genuinum est. Tantum ξυνάψει ob metrum scribendum.* Etiam Pal. et Laur. τάχα συνάψει. Talis librarii error est τάχει, qualis est εἴργει Heracl. 540. ubi MSS. ἄργει.

547. Aldus τὸν ἐμὸν ἐντὸς ἔχει. Particulam sententiae necessariam addidit Hermannus, cujus conjecturam confirmat Pal. Qui eam omisit, hunc versum strophico 528. similem reddere voluit. Sed vulgata strophici scriptura corrupta est.

548. Τὸν ἐμὸν θιασώταν, ut τὸν ἐμὸν πολίτην, *meum civem.*

549. Aldus σκοτίαις κρυπτὸν ἐν εἱρκταῖς. Barnesius diserte εἱρκταῖς, ut ipse Aldus v. 497. Sic etiam Laur. Hermanni conjectura, σκοτίαισι κρυπτὸν εἱρκταῖς, admitti posset, si certum esset strophicum 530. sanum esse. Quod si ibi legendum πότνια pro μάκαιρα, hic nulla mutatione opus est.

551. Aldus σὰς προφήτας. Recte Laur. σοὺς, quod e MSS. Par. admisit Brunckius, cujus verba sunt: *Non de se ipsis loquuntur Maenades, sed de Orgiorum antistite, quem Bacchum esse ignorabant, quemque Bacchi* prophetam, interpretem, *seu* sacerdotem *nominant. Ἔμφασις est in plurali numero pro singulari posito, quod utriusque linguae scriptoribus adeo familiare est, ut nulla non pagina exempla offerat.* Similia monuerat Reiskius, hoc etiam, si de solis feminis sermo esset, σὰς προφήτιδας dici debuisse.

553. Apud Sophoclem Oed. T. 189. legitur εὐῶπα, quod omnes ante Hermannum pro vocativo acceperunt, is vero accusativum esse docuit. Simili modo χρυσῶπα, quod *epitheton Bacchi* appellat Heslerus, mea sententia cum Ὄλυμπον, quod hic οὐρανὸν significat, conjungendum est. Ita noster Ion. 459. Ὀλύμπου χρυσέων θαλάμων | πταμένα πρὸς ἀγυιάς. Ibid. 1154. ἄρκτος στρέφουσ᾽ οὐραῖα χρυσήρει πόλῳ. Idem Solis χρυσωπὸν ἕδραν memorat El. 740.

554. Pal. ἀναθυρσόν. Supra v. 80. habuimus ἀνὰ θύρσον τε τινάσσων pro ἀνατινάσσων τε θύρσον. Simile est κατὰ μηρῷ δὲ καλύψας v. 96. cum aliis sexcentis, quibus longe insolentius est τινάσσων ἀνὰ θύρσον.

φονίου δ' ἀνδρὸς ὕβριν κατάσχες.
Πόθι Νύσας ἄρα τᾶς θη-
ροτρόφου θυρσοφορεῖς
θιάσους, ὦ Διόνυσ', ἢ
κορυφαῖς Κωρυκίαις;
τάχα δ' ἐν τοῖς πολυδένδροι-

555. Par. E. φονίου τ' ἀνδρὸς, quod admisit Brunckius. Vulgatam, ni fallor, habent Pal. et Laur.

556. Aldus: πόθι Νύσσης ἄρα θη | ροτρόφου. Pal. πόθι νύσης ἄρα τᾶς θηροτρόφου. Laur. πόθι νύσης ἄρα θηροτρόφου, ita tamen ut inter ἄρα et θηροτρόφου aliquid deletum videatur. Brunckius tacite reposuit Νύσης, de qua scriptura vide ad Sophoclis Ant. 1131. Admisi etiam τᾶς, quo addito, omnes versus usque ad 570. dimetri sunt Ionici a minore, aut acatalecti, aut catalectici.

557. Aldus: θυρσοφορεῖς, | θιάσους. Aliae edd. θυρσοφορεῖς | θιάσους (ει superscr.). Laur. θυρσοφοραῖσιν | θιάσους. Subaudiendum ἔχων monet Brodaeus, in cujus interpretatione acquiescunt plerique. Brunckius autem ex conjectura Musgravii dedit θυρσοφόρους | θιασοῖς, *thyrsogeros congregas.* Ubi vero exstet verbum θιασοῦν, neuter monere operae pretium duxit. Θιασώτης, quod legitur v. 448. non magis verbale est quam ἡλικιώτης aut στρατιώτης. Matthiae tacite revocavit vulgatam, quae, si recte se habet, conferenda est cum verbis πηδῶντα δικόρυφον πλάκα v. 307. praecipue vero cum στᾶσα χορούς, quod legitur El. 178. nisi ibi legendum στᾶσα χοροῖς, cui simile χοροῖς σταίην habent omnes libri Iph. T. 1143.

558. Aldus: ὦ Διόνυσσ' ἢ | κορυφαῖς κωρυκίαις. Pal. ὦ διόνυσε. ἢ κορυφὲς κωρυκίαις. Laur. ὦ διόνυσε ἢ (gl. ἀντὶ μιᾶς) κορυφαῖς κωρυκίαις.

559. Aeschylus Eum. 22. σέβω δὲ Νύμφας, ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα, | κοίλη, φίλορνις, δαιμόνων ἀναστροφή. Ubi Κωρυκὶς πέτρα non est ipse mons Parnassus, quae scholiastae interpretatio est, sed in eo Κωρύκιον ἄντρον, ut recte monet Stanleius. De qua vocabuli πέτρα significatione dixi ad Med. 1359. Diversa ratio est apud Sophoclem Ant. 1126. cujus verba attuli ad v. 306. Κορυφαὶ vero Κωρύκιαι haud dubie sunt Parnassi vertices, quae Παρνησιάδες ἄβατοι κορυφαὶ appellantur ab Euripide Ion. 86. Multa congessit Barnesius, qui praeter alios allegat Strabonem p. 417. A. ἱεροπρεπὴς δ' ἐστὶ πᾶς ὁ Παρνασσὸς, ἔχων ἄντρα τε καὶ ἄλλα χωρία, τιμώμενά τε καὶ ἁγιστευόμενα, ὧν ἐστὶ γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον Νυμφῶν ἄντρον, ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ. [Herodotus VIII, 36. τέκνα μέν νυν καὶ γυναῖκας πέρην ἐς τὴν Ἀχαιΐην διέπεμψαν [οἱ Δελφοί]· αὐτέων δὲ οἱ πλεῖστοι ἀνέβησαν ἐς τοῦ Παρνησσοῦ τὰς κορυφὰς, καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἀνηνείκαντο· οἱ δὲ ἐς Ἄμφισσαν τὴν Λοκρίδα ὑπεξῆλθον. *Ex Addendis.*]

560. Aldus: τάχα δ ἐν ταῖς πολυδένδρεσσιν Ὀλύμπου | θαλάμοις. Pal. τάχα δ' ἐν ταῖσι πολυδένδραισιν ὀλύμπου | θαλάμοις. Laur. ut vulgo, nisi quod a prima manu habet πολυδένδρεσιν. Aut ταῖς— θαλάμαις legendum, aut τοῖς—θαλάμοις. Illa ratio Barnesio et Burgesio placuit; haec Musgravio, quem sequuntur Brunckius et Matthiae. Musgravius θαλάμους τοὺς ὀρέων ex epigrammate citat.

Ibid. Recte, ni fallor, Matthiae πολυδένδροισιν. Quamvis enim nulla obstet analogia, quo minus dicatur πολυδενδρὴς pro πολύδενδρος, ea tamen forma nusquam

σιν Ὀλύμπου θαλάμοις, ἔν-
θα ποτ' Ὀρφεὺς κιθαρίζων,
[1] σύναγεν δένδρεα Μούσαις, — 1 ξύναγεν
[2] σύναγεν θῆρας ἀγρώτας. — 2 ξύναγεν
μάκαρ ὦ Πιερία, 565
σέβεταί σ' Εὔιος, ἥξει
τε χορεύσων ἅμα βακχεύ-
μασι· τόν τ' ὠκυρόαν 568
διαβὰς Ἀξιὸν εἱλισ- 570
σομένας Μαινάδας ἄξει,
[3] Λυδίαν τε, τὸν τᾶς εὐδαιμονίας — 3 Λοιδίαν

exstare videtur, neque dativus pluralis πολυδένδρεσσιν sive πολυδενδρέσσιν metro convenientior est quam πολυδένδροισιν.

562. Aeschylus Agam. 1638. Ὀρφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις. | ὁ μὲν γὰρ ἦγε πάντ' ἀπὸ φθογγῆς χαρᾷ.

563. 564. Aldus bis σύναγε. Pal. et Laur. σύναγε v. 563. σύναγεν v. 564. Brunckius utrobique σύναγεν. Heathius utrumque versum hephthemimerin iambicam appellat. Quod fieri non potest, ne reposito quidem συνᾶγε pro σύναγεν.

564. Pal. Laur. θῆρας eodem errore quo θῆρα ipse Aldus v. 1189.

Ibid. Barnesius tacite ἀγρῶτας, unde Heslerus Ἀγρῶτες θῆρες. Ceteri omnes ἀγρώτας. Neutram formam alibi reperi. Apud Euripidem exstant ἀγρότης et ἀγρώστης.

565. Occasione ab Olympi mentione sumta, iterum Macedoniam laudat. Vide ad v. 407.

Ibid. Aldus μάκαιρ' ὦ Πιερία. Sequor Hermannum, qui τύχας μάκαρος nostrum Iph. T. 546. dixisse monet. Dixit etiam Hel. 380. Ὦ μάκαρ Ἀρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε.

568. Pal. τόν τ' ὠκυρίαν (sic).

570. Pal. ἄξιον accentu male posito. Sic etiam Matthiae.

Ibid. Aldus εἱλισσομένας τε. Pal. εἱλησσομένας τε. Hoc τε, quod metro simul et sententiae nocet, delendum esse monuit Heathius, delevit Brunckius. Musgravius in annotatione priori versus diverso ordine legendos conjecit. Sed postea Heathii sententiam amplexus est.

571. Hic, ut vides, Bacchi comites Μαινάδες appellantur, iterumque v. 601. Quod in hac fabula fieri negavi ad v. 52. Licet errorem meum haud dissimulem, adhuc in eadem sententia maneo, easdem mulieres Bacchas appellari v. 50. et Maenadas v. 51.

572. Recte Hermannus de hoc carmine agens: *Epodus ab Ionicis ad alios transire numeros videtur.* Hactenus omnia plana sunt. Versus enim Aldinae editionis sedecim, quorum postremus est εἱλισσομένας τε μαινάδας ἄξει, nunc in quindecim Ionicos a minore, quorum quatuor catalectici sunt, distributi leguntur. Sequuntur quatuor, quorum ultimus, καλλίστοισι λιπαίνειν, Pherecrateus est. Primi tres apud Aldum plane ἄμετροι sunt. Eum tamen potius quam Hermannum sequor, quia in epodis, ut incertior scriptura, ita longe periculosior conjectura, quam in antistrophicis. Hermanni ἔκδοσις ita se habet: Λοιδίαν τε, | τὸν εὐδαιμονίας | βροτοῖς ὀλβοδόταν, | πατέρα τε, τὸν ἔκλυον | εὔιππον χώραν ὕδασιν | καλλίστοισι λιπαίνειν.

Ibid. Aldus Λυδίαν τε. Hervagiana secunda Λυδίαν δὲ, quod auctore Porto in Λυδίανδε muta-

βροτοῖς ὀλβοδόταν, πατέρα τε,
τὸν ἔκλυον εὔιππον χώραν ὕδασι
καλλίστοισι λιπαίνειν.
ΔΙ. Ἰὼ, κλύετ' ἐμᾶς, κλύετ' αὐδᾶς,
ὦ Βάκχαι, ἰὼ Βάκχαι.
ΧΟ. Τίς ὅδε; τίς, πόθεν ὁ κέλαδος
ἀνά μ' ἐκάλεσεν Εὐίου;
ΔΙ. Ἰὼ ἰὼ, πάλιν αὐδῶ,
ὁ Σεμέλας, ὁ Διὸς παῖς.
ΧΟ. Ἰὼ ἰὼ δέσποτα, δέσποτα,
μόλε νυν ἡμέτερον εἰς

vit Barnesius, ut sensus esset εἰς τὴν Λυδίαν. Quae scriptura si aliorum vitiorum immunis esset, hoc nomine improbanda esset, quod adverbia, qualia sunt οἴκαδε, Μεγάραδε, Πυθῶδε, a nominibus regionum non derivarunt Attici, quorum nemo dixit Ἀττικήνδε aut Ἀσίανδε. Sed recte se habet τε, quod revocavit Musgravius. Omnes ante Heathium Λυδίαν de Lydia Asiae minoris regione accepisse videntur, sequentibus verbis ad Axium relatis. Is locum ita recte interpretatus est: *Proculdubio hic designatur fluvius* Λουδίας *sive* Λυδίας (*ita enim et ab Herodoto et a Ptolemaeo appellatur*), *qui ortum ducens ex lacu, quem Axii* ἀπόσπασμα *auget, et per Pieriam manans, in mare se effundit non ita procul ab Axii ostio. Ita tandem* εὔιππος χώρα *Pieria erit, non Lydia.* Praeter Strabonis epitomen p. 330. B. C. unde sua hausit Heathius, Lydiae fluminis mentionem esse apud Herodotum VII. 127. Aeschinem de Falsa Legat. p. 402. E. et Ptolemaeum p. 82. monet Musgravius, qui de Heathio nihil dixit. Herodoti verba ita se habent: ἀρξάμενος ἀπὸ Θέρμης πόλιος καὶ τῆς Μυγδονίης, μέχρι Λυδίεώ τε ποταμοῦ καὶ Ἁλιάκμονος, οἳ οὐρίζουσι γῆν τὴν Βοττιαιΐδα τε καὶ Μακεδονίδα, ἐς τωυτὸ ῥέεθρον τὸ ὕδωρ συμμίσγοντες. Harpocratio: Λουδίας: Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. ὅτι τῆς Μακεδονίας ἐστὶ ποταμὸς, ἄλλοι τε ἱστοροῦσι, καὶ Ἑκαταῖος ἐν περιόδῳ Εὐρώπης. Hanc scripturam adoptavit Hermannus.

574. Similia de Apidano noster Hec. 451. ἔνθα καλλίστων | ὑδάτων πατέρα | φασὶν Ἀπιδανὸν γύας λιπαίνειν.

576. Ἰὼ extra versum est. Verbis κλύετ' ἐμᾶς, κλύετ' αὐδᾶς exemplo usus sum ad Med. 1273=1240. Ἀκούεις βοὰν, ἀκούεις τέκνων;

577. Aldus bis ἰὼ βάκχαι. Sed idem Hel. 1478. ὦ ναῦται, ἰὼ ναῦται. Quam scripturam hic etiam imitatus sum. Videtur enim Euripides eosdem fere numeros huic versui et superiori tribuere voluisse. Conferendi etiam 580. 581.

580. Aldus ἰὼ πάλιν αὐδῶ. Brunckius e MSS. Par. ἰὼ geminavit, nec dissentiunt Pal. et Laur. Versus 580. et 581. nunc similes sunt.

582. Ab hoc versu usque ad finem carminis valde incerta est et versuum et personarum ratio. Dochmiacorum vestigia reperiunt nonnulli, qui tamen plura mutant, saltem mutanda relinquunt, quam ut eos sequar. Quod ad personas attinet, veri simile mihi videtur, fere omnia inter duo hemichoria distribuenda esse, aliter tamen ac fecerit Aldus.

583. Accuratius erit metrum si inserto tibicine legas, μόλε νῦν ἡμέτερόν γ' εἰς θίασον, anapaesti-

θίασον, ὦ Βρόμιε, Βρόμιε.
πέδον χθονὸς ἔνοσι πότνια.
ἆ ἆ, τάχα τὰ Πενθέως μέλαθρα
διατινάξεται πεσήμασιν.
ΔΙ. Ὁ Διόνυσος ἀνὰ μέλαθρα.
σέβετέ νιν. ΧΟ. Σέβομεν ὦ.
ἴδετε λάϊνα κίοσιν ἔμβολα

cus dimeter. HEATHIUS. Scripsi νυν, et θίασον rejeci in sequentem versum, cui nunc similes sunt 578. et 588. Superiori similis est 590.

585. Aldus πέδον χθονὸς ἔνοσι πότνια. MSS. nihil mutant, nisi quod Laur. ἐνοσιπότνια habet. Edd. recentiores ante Musgravium: πέδων χθονὸς ἔνοσι πότνια. Cujus scripturae auctor non recordatus est, se saepissime apud tragicos reperisse πέδον χθονὸς et similia, perraro aut nunquam πέδα χθονός. Noster Hipp. 1025. νῦν δ' ὅρκιόν σοι Ζῆνα καὶ πέδον χθονὸς | ὄμνυμι, τῶν σῶν μήποθ' ἅψασθαι γάμων. Dedi igitur πέδον, quod non longius quam πέδων a πέδον abest. Ad vocativum ἔνοσι conferendus noster Tro. 1326. ἔνοσις ἅπασαν, ἔνοσις ἐπικλύσει πόλιν. Adde κύκλιος ἔνοσις αἰθερία Hel. 1379. Terrae concussionem ut aliquod numen alloquitur chorus. Qui in hac interpretatione non acquieverunt, nihil, quod magis placeat, proferre potuerunt. Brodaeus: *Lego ποτνία, concute, Baccharum more, quae ποτνιάδες, nuncupantur. —— Qui ποτνίᾳ dandi casu legunt, ἐπιτίνασσε supplent.* Reiskio placet πέδον χθονὸς ἔννσι, quod interpretatur *solum tremit*; deinde πότνι', ἆ. *Certum id est* (inquit) πότνι', ἆ *legendum esse, hoc est* πότνιε, ἆ. *Redit enim ad Bacchum.* Falluntur ergo grammatici, qui πότνια non nisi femininum genus habere statuunt. Musgravius ἔνοσι pro verbo accipit, cujus sensus sit *contremiscit*; πότνια pro exclamatione, ut ὦ πότνια Iph. T. 553. Brunckius: *πέδον, ὦ Χθὼν, ἔνοθι, πότνια. Veneranda Terra, solum concutito.* [Jacobsius Exercitat. Crit. T. I. p. 150. πεδὸν χθονὸς ἐνόσει ποτνίᾳ. Idem βρέμει ante haec verba excidisse censet. *Ex Addendis.*] Otio suo abutentis esset, hujusmodi commenta serio refutare. Matthiae sic: πέδον χθονὸς, ἔνοσι πότνια! Quo sensu, mihi non liquet.

586. Vocabulum μέλαθρα in sequentem versum rejecit Matthiae. Si omnino abesset, hoc exemplo uti possem ad v. 607.

587. Pal. διατινάζεται, similique errore ἀλαλάζεται v. 593. Defendi posset ἀλαλάζεται, sed διατινάζεται ne Graecum quidem est. Post verba διατινάξεται πεσήμασιν plenam distinctionem habent edd. recentiores, nullam Aldina. Fuisse videntur, qui διατινάξεται activo sensu acciperent.

588. Hunc versum cum verbis σέβετέ νιν choro tribuit Aldus, Baccho tribuendum censuit Tyrwhittus, cujus sententiam adoptavit Matthiae. Musgravius vulgatam rationem probat. Brunckius non nisi verba σέβετέ νιν tribuit Baccho, quippe cui in utroque MSS. Par. tribuantur. Si in utroque MS. Par. haud dubie etiam in Laur. cujus scripturam enotare neglexi.

590. Verbis σέβομεν ὦ hemichorii personam praefixam habet Aldus, chori Brunckius et Matthiae.

591. Pal. ἴδετε τὰ λάϊνα ἔμβολα omisso κίοσιν. Male Brodaeus: *Aspicite lapideum vestibulum cum columnis motum.* Κίοσιν ἔμβολα sunt ἐπιστύλια.

διάδρομα τάδε.
Βρόμιος ἀλαλάξεται στέγας ἔσω.
ΔΙ. Ἅπτε κεραύνιον αἴθοπα λαμπάδα,
σύμφλεγε, σύμφλεγε δώματα Πενθέως.
ΧΟ. Ἆ ἆ, πῦρ οὐ λεύσσεις, οὐδ' αὐγάζει,
Σεμέλας ἱερὸν ἀμφὶ τάφον,
ἄν ποτε κεραυνοβόλος
ἔλιπε φλόγα Διὸς βροντᾶς;
δίκετε πεδόσε τρομερὰ σώματα,

592. Male Miltonus apud Barnesium διάτρομα.

593. Lego: Βρόμιος ἠλάλαξε τᾶς στέγας εἴσω. Vel ut constet senarius: Ὁ Βρόμιος ἠλάλαξε τᾶς στέγας ἔσω. TYRWHITTUS. Melius Musgravius in annotatione: Βρόμιος, ὃς ἠλάλαξε τᾶς στέγας ἔσω. Confert v. 115. Βρόμιος, ὅστις ἄγει θιάσους. Brunckius et Matthiae ut Aldus, nisi quod Matthiae scripsit ὁ Βρόμιος. Haud dubie recte se habet futurum ἀλαλάξεται, cujus aliquanto minor difficultas erit, si haec verba Baccho e persona Lydii juvenis loquenti tributa erunt.

Ibid. Solus Barnesius εἴσω.

594. Huic versui iterumque 596. hemichorii personam praefixam habet Aldus. Pal. vero post v. 590. nullas personarum notas habet usque ad finem carminis. Tyrwhittus versum 594. et 595. Baccho tribuendos monuit. Brunckius uni hemichorio tribuit versus 593. 594. 595. alteri quod superest ante v. 604. Matthiae ut Aldus.

595. Laur. λεύσεις. Sic etiam Hervagiana secunda aliaeque nonnullae.

Ibid. Usitatior est activa forma αὐγάζω, qua utuntur Sophocles Phil. 217. Euripides Hec. 637. Hel. 1353. Rhesi scriptor v. 795.

598. Aldus: ἄν ποτε κεραυνοβόλος | ἔλιπε φλόγα Διὸς βροντᾶς. Pal. δίον βροντᾶς. Laur. δίον βροντῆς. Quod e Brubachiana revocandum monet Musgravius, nempe Διὸς βροντὰ, ex Hervagiana secunda in eam manavit. Hervagiana tertia iterum βροντᾶς. Brunckius Διὸς βροντά. Matthiae δίαν βροντᾶς. Qui βροντᾶς legunt, conferre possunt Δίου πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα v. 8. His κεραυνοβόλος passivo sensu pro κεραυνόβλητος accipiendum, et ad Semelen referendum est. Eo modo interpretatur Portus, qui νιφοβόλον νάπος et similia confert. Si legendum βροντὰ, verba κεραυνοβόλος βροντὰ exponi posse *tonitru flammiferum* monet Musgravius. Neutram rationem probo; neque accedo Reiskio legenti: ἔτυπε (aut ἔπνιγε) φλογερὰ Διὸς βροντά. *Non enim* (inquit) *ardent fulmine icti, sed feriuntur et suffocantur.*

600. Scholiastes ad Phoen. 643. Δίκε.) κατέβαλε. καὶ ἐν βάκχαις δίκετε τρομερὰ σώματα, ὅπου κατῳκίσθη πόλις. Idem paullo ante: δίκειν γὰρ τὸ βάλλειν, ὅθεν καὶ δίσκος. Sic ed. Juntina. Etymologus p. 279, 20. παρὰ τὸ δίκω τὸ ῥιπτῶ, δίκος ὁ ῥιπτούμενος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ, δίσκος. Εὐριπίδης· Δίκετε πεδόσε (vulgo παῖδα), δίκετε τρομερὰ σώματα, Μαινάδες. Πίνδαρος οὕτω παρετυμολογεῖ· Δίκε πέτρῳ, χεῖρα κυκλώσας. Vulgo legitur Olymp. X. 86. μᾶκος δ' Ἐνικεὺς ἔδικε πέτρῳ, χέρα κυκλώσαις. Verbum ἔδικον (solus enim aoristus reperitur) Homero ignotum, ni fallor, apud Atticos poëtas haud raro legitur. Inter δικεῖν et βαλεῖν hoc interest, quod δικεῖν nunquam *ferire* significare videtur. Rectius igitur interpretantur ῥίψαι quam βαλεῖν.

δίκετε, Μαινάδες.
ὁ γὰρ ἄναξ, ἄνω κάτω τιθεὶς, ἔπεισι
μέλαθρα τάδε; Διὸς γόνος Διόνυσος.
ΔΙ. Βάρβαροι γυναῖκες, οὕτως ἐκπεπληγμέναι φόβῳ,
πρὸς πέδῳ πεπτώκατ'; ᾔσθησθ', ὡς ἔοικε, Βακχίου
† διατινάξαντος δῶμα Πενθέως. ἀλλ' ἐξανίστατε
σῶμα, καὶ θαρσεῖτε, σαρκὸς ἐξαμείψασαι τρόμον

Ibid. Aldus *δώματα* solenni errore, quem correxit Barnesius.

602. Pal. *τίθη* et *τίθει*, alterum a prima manu, alterum a correctore. Canteri conjecturam *συθεὶς* probat Barnesius. *Nondum enim* (inquit) *Penthei domus eversae erant, sed jamjam ruiturae.* Ego nullam difficultatem in participio *τιθεὶς* cerno, aliquam in verbo *ἔπεισι*, quod apud Atticos semper futurum tempus significare videtur. Sententiae convenientius esset praesens *ἐπέρχεται*. *Bacchus enim* (ut ait Musgravius) *aut domum Penthei antea everterat, aut jam tum in ea evertenda occupatus erat.*

603. Abest a Pal. *Διόνυσος*. Recte an secus, non nisi cognita metri ratione statui potest. Vide ad v. 1153. ubi plura de nominibus propriis male in textum admissis.

605. Aldus *πεπτώκαθ'*. Sed in hac re nullam auctoritatem habent MSS. quippe qui creberrime *π, κ, τ* ante vocales aspero spiritu notatas retinent.

Ibid. Aldus *ᾔσθηθ' ὡς ἔοικε*, *gavisae estis ut decet aut apparet.* Sic enim Brodaeus, qui nesciebat *ἔοικε* apud Atticos nunquam significare *decet.* Pal. aut *ᾔσθησθ'* aut *ἥσθησθ'*. Laur. *ᾔσθησθ'*, ni fallor, a prima manu, *ἥσθησθ'* a correctore. Barnesius *ἥσθεσθ'* ex conjectura Canteri. Sic etiam Brunckius. Musgravius, quod miror, *ἥσθηθ'* consulto in textu exhibet, in annotatione vero *ἄχθεσθ'*, quod ironice dictum putat. Recte Matthiae *ἥσθησθ'*. Ita noster Or. 1550. *ὀξύπουν, ἡσθημένον του τὴν τύχην, ἢ νῦν πάρα.* Hipp. 1403. *Τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσ', ἥσθημαι, Κύπρις.*

606. Vulgatam hujus versus scripturam, quamvis aperte mendosam, servare malo, quam conjecturas nimis incertas admittere. Pleraeque a viris doctis propositae, non solum incertae sunt, verum etiam manifesto falsae. Canterus: *διατινάξαντος τὸ Πενθέως δῶμ'. ἀλλ' ἐξανίστατε.* Quae conjectura placet Heathio, qui *ἀλλὰ* apud Euripidem haud raro primam corripere monet. Barnesius in annotatione: *διατινάξαντος δῶ Πενθέως. ἀλλ' ἐξανίστατε.* Reiskius: *διατινάξαντος δόμα Πενθέως. ἀλλ' ἄγ' ἐξανίστατε.* Musgravius in annotatione: *διατινάξαντος τὰ Πενθέως δώματ'. ἀλλ' ἀνίστατε.* Hanc scripturam adoptarunt Brunckius et Matthiae, neque ego nego Euripidem, si voluisset, ita scribere potuisse. Sed haud facile concedam eum ita scripsisse. Prius hemistichium ita fortasse corrigi potest: *διατινάξαντος τὰ Πενθέως.* Subaudiendum *δώματα*. Sin autem omnino servandum *δῶμα*, nescio an scribendum: *ᾔσθησθ', ὡς ἔοικε, Βάκχιος | διετίναξε δῶμα Πενθέως.* Conferendus versus, quem modo attuli, *Τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσ', ἥσθημαι, Κύπρις.* Deinde pro *ἀλλὰ* aut legendum cum Reiskio *ἀλλ' ἄγε*, aut *ἀλλ' ἀνὰ*, quod habent Sophocles Aj. 194. Euripides Alc. 277. ex emendatione Porsoni ad Med. 325. Nec male legeretur: *ἀλλὰ κἀξανίστατε | σῶμα, καὶ θαρσεῖτε, κ. τ. ἑ.*

607. Aldus: *σῶμα καὶ θαρσεῖτε σάρκας, ἐξαμείψασαι τρόμον.* Vir doctus Observat. Miscell. T. II. p. 321. *θαρσεῖτε, σαρκὸς ἐξαμείψασαι τρόμον.* Quod recte nec Musgra-

ΧΟ. Ὦ φάος μέγιστον ἡμῖν εὐίου βακχεύματος,
ὡς ἐσεῖδον ἀσμένη σε, μονάδ' ἔχουσ' ἐρημίαν.
ΔΙ. Εἰς ἀθυμίαν ἀφίκεσθ', ἡνίκ' εἰσεπεμπόμην
Πενθέως, ὡς εἰς σκοτεινὰς ὀρκάνας πεσούμενος;
ΧΟ. Πῶς γὰρ οὔ; τίς μοι φύλαξ ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις;
ἀλλὰ πῶς ἠλευθερώθης, ἀνδρὸς ἀνοσίου τυχών;

vio improbante admisit Brunckius. Eadem conjectura Reiskio in mentem venerat, sed magis ei placuit haec scriptura: *ἀλλ' ἄγ' ἐξανίστατε | σῶμα καὶ θαρσεῖτε, σάρκας ἐξαμείψασαι τρόμων* (vel *τρόμου*). Etiam Musgravius conjecit *σάρκας ἐξαμείψασαι τρόμον*. Porsonus ad Med. 247. *In Bacch. etiam 607. melior lectio videtur, a Brunckio edita, σαρκὸς τρόμον, quam σάρκας τρόμον.*

611. Post *Πενθέως* recte mihi interpungere videntur edd. pleraeque, quarum prima est Hervagiana secunda, ut sensus sit *εἰς Πενθέως ἐπεμπόμην*. Qui *Πενθέως ὀρκάνας* intelligi putant, post *εἰσεπεμπόμην* interpungere debent. Neutrobique Aldus, Musgravius et Brunckius.

Ibid. Aldus *ὀρκάνάς*. Pal. et edd. recentiores *ὁρκάνας*. Laur. *ὀρκανὰς* cum gl. *φυλακὰς* et schol. *ὀρκάνη κυρίως ἡ ἀγρευτικὴ λίνου*. Huc respicere videtur Photius: *Ὁρκάνας: εἱρκτάς*. Vocabulo utitur etiam Aeschylus Theb. 352. *ποτὶ πτόλιν δ' ὀρκάνα πυργῶτις*. Schol. *Ὀρκάνη: τὸ θηρευτικὸν δίκτυον, ὃ καὶ σαργάνη καλεῖται*. Hesychius: *Ὀρκάνη: εἱρκτὴ, δεσμωτήριον. ἔνιοι, κρεμάθραν, ἄλλοι, σαργάνην. οἱ δὲ φραγμόν.* Postremam significationem agnoscit Eustathius p. 233, 40. *συντελεῖ δὲ εἰς τὴν πρώτην ἐτυμολογίαν καὶ ἡ ὁρκάνη, ἕρκος τι οὖσα, ὡς ἀκανθῶδες περίφραγμα.* Sic etiam Harpocratio. Plura congesserunt Photius et Hesychii interpretes, ex quibus omnibus satis apparet de primaria vocabuli significatione veteres grammaticos alios aliter sensisse. Quod ad nostram rem attinet, nihil refert utrum *δίκτυον* an *αἱμασιὰ* significet.

612. Aldus: *πῶς γάρ. οὔτις μοι φύλαξ ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις.* Pal. *τύχας*, cetera ut Aldus. Laur. *πῶς γὰρ οὔ. τις μου* (superscr. *οι*) *φύλαξ ἦν κ. τ. ἑ.* Barnesius ex emendatione Canteri: *Πῶς γὰρ οὔ; τίς μοι φύλαξ ἦν, κ. τ. ἑ.* Brunckius ex utroque MS. Par. *μου* admisit, sed *μοι* recte revocavit Matthiae. Hactenus de scriptura. Attendant autem tirones constructionem, quam non penitus perspectam habuisse videntur interpretes. Optime Graece diceretur: *τίς μοι φύλαξ ἂν εἴη, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις;* Id est: *Quis mihi dux esset, si tibi aliquid mali accideret?* Ita fere Portus. Optime etiam: *τίς μοι φύλαξ ἂν ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς ἔτυχες; Quis mihi dux fuisset, si tibi aliquid mali accidisset?* Tertia ratio est, de qua plura dicturus sum ad v. 1341. *τίς μοι φύλαξ ἂν εἴη, εἰ σὺ συμφορᾶς ἔτυχες; Quis mihi dux esset, si tibi aliquid mali accidisset?* Quae Barnesii interpretatio est. Ab his omnibus paullo diversum est: *τίς μοι φύλαξ ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις;* Quae verba ita Latine reddenda sunt: *Quis mihi dux futurus erat, si tibi aliquid mali accidisset? Ἦν* enim pro *ἔμελλεν ἔσεσθαι* accipiendum est. Conferendus omnino noster Herc. 462. *σοὶ μὲν γὰρ Ἄργος ἔνεμ' ὁ κατθανὼν πατὴρ, | Εὐρυσθέως δ' ἔμελλες οἰκήσειν δόμους, | τῆς καλλικάρπου κράτος ἔχων Πελασγίας. | σὺ δ' ἦσθα Θηβῶν τῶν φιλαρμάτων ἄναξ, | ἔγκληρα πεδία τἀμὰ γῆς κεκτημένος.* In superiori membro dixit *ἔμελλες οἰκήσειν*, in altero *ἦσθα* pro *ἔμελλες ἔσεσθαι*. Quo sensu *ἦν* recte post se habet *εἰ σὺ συμφορᾶς τύ-*

ΔΙ. Αὐτὸς ἐξέσωσ' ἐμαυτὸν ῥᾳδίως ἄνευ πόνου.
ΧΟ. Οὐδέ σου[1] συνῆψε χεῖρα δεσμίοισιν ἐν βρόχοις;
ΔΙ. Ταῦτα καὶ καθύβρισ' αὐτὸν, ὅτι με δεσμεύειν δοκῶν,
οὔτ' ἔθιγεν, οὔθ' ἥψαθ' ἡμῶν, ἐλπίσιν δ' ἐβόσκετο.
πρὸς φάτναις δὲ ταῦρον εὑρὼν, οὗ καθεῖρξ' ἡμᾶς ἄγων,
τῷδε περὶ βρόχους ἔβαλλε γόνασι καὶ χηλαῖς ποδῶν,
θυμὸν ἐκπνέων, ἱδρῶτα σώματος στάζων ἄπο,

[1] ξυνῆψε

χοις. Ita enim Euripides Iph. A. 1405. Ἀγαμέμνονος παῖ, μακάριόν με τις θεῶν | ἔμελλε θήσειν, εἰ τύχοιμι σῶν γάμων. Si de periculo adhuc pendente sermo esset, chori verba ita se habere deberent: τίς μοι φύλαξ ἐστὶ, ἐὰν σὺ συμφορᾶς τύχῃς; Qui haec legerit, fortasse dubitabit an male Alexidis verba apud Athenaeum p. 338. D. ita constituerit Porsonus Advers. p. 102. Πρότερον μὲν εἰ πνεύσειε Βοῤῥᾶς ἢ Νότος | ἐν τῇ θαλάττῃ λαμπρὸς, ἰχθὺς οὐκ ἂν ἦν | οὐδενὶ φαγεῖν. Vulgo οὐκ ἐνῆν. [Neque aliter Herodotus IX. 13. ἐξήλαυνε δὲ τῶνδε εἵνεκεν, ὅτι οὔτε ἱππασίμη ἡ χώρη ἦν ἡ Ἀττικὴ, εἴ τε νικῷτο συμβαλὼν, ἀπάλλαξις οὐκ ἦν. *Ex Addendis.*]

613. Aldus ἐλευθερώθης. Laur. ἠλευθερώθης, ut e MSS. Par. Brunckius.

Ibid. Nihil insoliti habent verba ἀνδρὸς ἀνοσίου τυχών. Inepte Reiskius πτυχῶν, e plagis.

614. Noster Heracl. 841. μόλις δὲ, πάντα δρῶντες, οὐκ ἄνευ πόνων, | ἐτρεψάμεσθ' Ἀργεῖον εἰς φυγὴν δόρυ. Cui contrarium est ῥᾳδίως ἄνευ πόνου.

616. Ταῦτα significat κατὰ ταῦτα, ἐν τούτοις, *quod ad haec attinet*. Brodaeus: *Imo in his*. Portus: *In his etiam elusi eum.*

Ibid. Grammaticus apud Bekkerum p. 88. Δεσμεύειν δεδεσμένον: Πλάτων Φαίδρῳ, Εὐριπίδης Βάκχαις. Plato Phaedro p. 250. C. καὶ ἀσήμαντοι τούτου ὃ νῦν δὴ σῶμα περιφέροντες ὀνομάζομεν, ὀστρέου τρόπον δεδεσμευμένοι. Quid sit δεδεσμένον, equidem nescio.

617. Idem significant ἔθιγεν et ἥψατο, ideoque Aristophanicum illud, Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον, lectori suggerunt. Confert Musgravius Or 136. ὦ φίλταται γυναῖκες, ἡσύχῳ ποδὶ | χωρεῖτε, μὴ ψοφεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος. Quem locum pluribus exemplis illustravit. Addo hujus fabulae v. 596. πῦρ οὐ λεύσσεις, οὐδ' αὐγάζει κ. τ. ἑ. [Plura ad Sophoclis Oed. C. 1523. μήθ' οὗ κέκευθε, μήτ' ἐν οἷς κεῖται τόποις. *Ex Addendis.*]

618. Aldus ὑμᾶς. Pal. Laur. et edd. omnes praeter Aldinam et Hervagianam primam ἡμᾶς.

619. Aldus: τῷδε περιβρόχους ἔβαλε. Pal. a prima manu τῶδε περιβρόχους ἔβαλε. Idem a correctore et edd. recentiores ante Barnesium: τῷδε (Pal. τῶδε) περὶ βρόχους ἔβαλε. Barnesio debetur ἔβαλλε. Consentiunt Par. E. G. et fortasse Laur. Exempla geminati dativi dedi ad Heracl. 63. Βούλει πόνον μοι τῇδε προσθεῖναι χερί; Adde Herc. 177. Διὸς κεραυνὸν δ', ἠρόμην, τέθριππά τε, | ἐν οἷς βεβηκὼς τοῖσι γῆς βλαστήμασι | Γίγασι πλευροῖς πτήν' ἐναρμόσας βέλη, | τὸν καλλίνικον μετὰ θεῶν ἐκώμασε. [Simili modo Herodotus IV. 34. αἱ μὲν, πρὸ γάμου πλόκαμον ἀποταμόμεναι, καὶ περὶ ἄτρακτον εἱλίξασαι, ἐπὶ τὸ σῆμα τιθεῖσι· — οἱ δὲ παῖδες τῶν Δηλίων, περὶ χλόην τινὰ εἱλίξαντες τῶν τριχῶν, προτιθεῖσι καὶ οὗτοι ἐπὶ τὸ σῆμα. *Ex Addendis.*]

620. Si quibus a tragica gravitate aliena videntur haec verba, θυμὸν ἐκπνέων, ἱδρῶτα σώματος

χείλεσιν διδοὺς ὀδόντας. πλησίον δ' ἐγὼ παρὼν,
ἥσυχος θάσσων, ἔλευσσον. ἐν δὲ τῷδε τῷ χρόνῳ,
ἀνετίναξ' ἐλθὼν ὁ Βάκχος δῶμα, καὶ μητρὸς τάφῳ
πῦρ ἀνῆψ'. ὁ δ' ὡς ἐσεῖδε, δώματ' αἴθεσθαι δοκῶν,
ᾖσσ' ἐκεῖσε, κᾆτ' ἐκεῖσε, δμωσὶν Ἀχελῷον φέρειν
ἐννέπων. ἅπας δ' ἐν ἔργῳ δοῦλος ἦν, μάτην πονῶν.
διαμεθεὶς δὲ τόνδε μόχθον, ὡς ἐμοῦ πεφευγότος,
ἵεται, ξίφος κελαινὸν ἁρπάσας, δόμων ἔσω.
κᾆθ' ὁ Βρόμιος, ὥς ἔμοιγε φαίνεται (δόξαν λέγω),

στάζων ἄπο, | χείλεσιν διδοὺς ὀδόντας, iis respondere conatur Musgravius.

622. Laur. θᾶσσον.

623. Mallem ἀνετίναξ', ita enim concinnius se habet metrum. Heathius. Quod vulgo legitur ἀντετίναξ', operarum peccatum est, nescio in qua editione primum admissum: Aldus, ut codices, recte ἀνετίναξ', quod Oxoniensis corrector facile reposuisset, si legum trochaici metri notitiam habuisset. Brunckius. Vix operae pretium erat errori, quem in annotatione jam agnoverat Musgravius, tot verba impendere. Ex Commeliniana in Genevensem priorem et Musgravianam, e Genevensi priori in alteram Genevensem et Barnesianam manavit ἀντετίναξ'.

[*Ibid.* Euripidis aetate non utebantur v. Βάκχος hoc sensu: forsan Βακχεύς. Porsonus apud Kiddium p. 225. Βακχεὺς in senario apud Euripidem non legitur. Si quid mutandum, malim Βρόμιος. Sed vulgata sana videtur. Noster Hipp. 561. βροντᾷ γὰρ ἀμφιπύρῳ | τοκάδα τὰν Διογόνοιο Βάκχου | νυμφευσαμέναν πότμῳ φονίῳ κατεύνασε. Incertus, nisi Euripides est, Rhes 972. Βάκχου προφήτης, ὅς τε Παγγαίου πέτραν | ᾤκησε σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν θεός. Adde ὦ Βάκχε Bacch. 1018. modo ita recte vulgo legatur. *Ex Addendis.*]

625. Aldus ἤϊσσ' v. 625. ἤϊσσε v. 631. Quae corrigenda monuit Barnesius, correxit Brunckius. Pal. ἤϊσ' et ἤϊσε.

Ibid. Acheloum pro quavis aqua, ut monet Brodaeus etiam ad v. 519. Noster Andr. 166. σαίρειν τε δῶμα τοὐμὸν, ἐκ χρυσηλάτων | τευχέων περιρραίνουσαν Ἀχελῴου δρόσον. Quo exemplo uti potuisset Didymus, cujus de hac re testimonium debemus Macrobio Saturnal. V. 18. Ἀχελῷον πᾶν ὕδωρ Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ὑψιπύλῃ. λέγων γὰρ περὶ ὕδατος ὄντος σφόδρα πόῤῥω τῆς Ἀκαρνανίας, ἐν ᾗ ἐστι ποταμὸς Ἀχελῷος, φησί· Δείξω μὲν ἀργεννοῖσιν Ἀχελῴου ῥόον. Fragm. X. ubi Δείξω γὰρ ex oscitatione, ut videtur, Ἀργείοισι vero ex emendatione Barnesii dedit Musgravius. Legendum etiam arbitror aut δρόσον aut ῥοάς. Plura Macrobius, quem indicavit Musgravius.

627. Praeter hunc v. et 635. composito διαμεθίημι utitur noster El. 978. Τῷ δὴ πατρῴαν διαμεθεὶς τιμωρίαν;

628. Laur. ἵεται. De qua scriptura vide ad Sophoclis Oed. T. 1242. ubi Brunckii errorem correxerunt recentiores.

629. Noster Iph. T. 1164. Τί τοὐκδίδαξαν τοῦτό σ'; ἢ δόξαν λέγεις; Heracl. 396. σκόπει (δόκησιν δὴ τάδ' ἂν λέγοιμί σοι) παίᾳ προσάξει στρατόπεδόν τ' ἄνευ δορὸς, | ἐν ἀσφαλεῖ τε τῆσδ' ἱδρύσεται χθονός.

Ibid. Pal. φαίνεται v. 629. κιθερῶν' 660. ἐξεφέδρυνον v. 767. μενάδων v. 827. διεσφέριζε v. 1134. κιθερῶνος v. 1217. et fortasse alia. Aliquoties supra scriptum αι.

[1]φῶς ἐποίησεν κατ' αὐλήν. ὁ δ' ἐπὶ τοῦθ' ὡρμημένος,
ἦσσε, κἀκέντει φαεννὸν αἰθέρ', ὡς σφάζων ἐμέ.
πρὸς δὲ τοῖσδ' αὐτῷ τά τ' ἄλλα Βάκχιος λυμαίνεται,
δῶμά τ' ἔῤῥηξεν χαμᾶζε. συντεθράνωται δ' ἅπαν
πικροτάτους ἰδόντι δεσμοὺς τοὺς ἐμούς. κόπου δ' ὕπο,
διαμεθεὶς ξίφος, παρεῖται. πρὸς θεὸν γὰρ, ὢν ἀνὴρ,
εἰς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμησ'. ἥσυχος δὲ βασιλικῶν

[1] φάσμ'

630. Matthiae ex conjectura Jacobsii Animadvers. in Euripidem p. 109. φάσμ' ἐποίησεν. Quae scriptura mihi quoque speciosa videtur.

631. Pal. ἦισε κἀκέντα. Laur. a correctore: ἤϊσσεν (σ superscr.) τε κἀκέντει φαεννὸν ὡς σφάζων ἐμέ. Non solum a Laur. sed ab omnibus veteribus libris abest αἰθέρ', quod ex Canteri conjectura admisit Barnesius. Minus bene Scaliger [et Porsonus apud Kiddium p. 225. *Ex Addendis.*] ἀέρ'.

632. Aldus: πρὸς δὲ τοῖσδ' αὐτῷ. τὰ δ' ἄλλα βάκχιος λυμαίνεται. Hervagiana prima typographi errore πρὸς δὲ τοῖσγ' αὐτῷ. Edd. recentiores ante Barnesium: πρὸς δὲ τοῖς γ' αὐτῷ τὰ δ' ἄλλα. Barnesius: πρὸς δὲ τοῖς γ' αὐτῷ τάδ' ἄλλα. Reiskius: πρὸς δὲ τοῖς καὐτῷ τάδ' ἄλλα. Musgravius: πρὸς δὲ τοῖσδ' αὐτῷ τάδ' ἄλλα. Recte Scaliger αὐτῷ τά τ' ἄλλα in eo libro, quem non inspexit Barnesius.

Ibid. Vir doctus in margine mei exemplaris Aldinae αὐτόν. Sed nec infrequens est λυμαίνομαι dativum adsciscere. MUSGRAVIUS. Aristophanes Nub. 925. λυμαινόμενον τοῖς μειρακίοις. Schol. Λυμαινόμενον: ἀντὶ τοῦ ἐνυβρίζοντα. οὕτως δὲ αὐτοῖς σύνηθες, οὐχὶ τὰ μειράκια λυμαινόμενον. πρὸς ὃ καὶ τὸ χ.

633. Pal. Laur. δώματ' ἔρρηξεν χαμᾶζε. [Etiam Porsonus apud Kiddium p. 225. δώματ'. *Ex Addendis.*]

Ibid. Hesychius: Συντέθρανωται: συμπέπτωκε. Quem vide xv. Θρανεύεται et Τεθράνευμαι. Eadem significare videntur θρανῶ et θραύω. Noster Herc. 1096. πρὸς ἡμιθραύστῳ λαΐνῳ τειχίσματι | ἧμαι, νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχων. Ἡμίθραυστος lexicis addendum.

635. Abest a Laur. παρεῖται de quo vide ad v. 682.

636. Aldus ἐτόλμ'. Caussam erroris nemo non videt fuisse repetitionem literarum ησ in sequenti vocabulo ἥσυχος. Pal. recte ἐτόλμησ', quod ex Canteri conjectura admisit Barnesius. Laur. a prima manu ἐτόλμησε, a correctore ἐτόλμησεν.

Ibid. Aldus ἥσυχος δ' ἐκ βάκχας ἄγων. Canterus, qui ἐτόλμησ' pro ἐτόλμ' reponendum vidit, longe minus feliciter ἥσυχα (vel ἧκα) δ' ἐκ βάκχας ἄγων scribendum conjecit. Nec melior est Scaligeri conjectura, αὐτὸς δ' ἐκ Βάκχας ἄγων, quam metro reclamante admisit Barnesius. Reiskius omnino ἧκα cum Cantero legendum censet. Musgravius Aldinam scripturam in textu dedit, in annotatione vero ἐτόλμησ' et ὠκὺ δ' ἐκ Βάκχας ἄγων. Matthiae ἥσυχος Βάκχας δ' ἄγων. [Porsonus apud Kiddium p. 225. ἐκ δ' ἄγων Βάκχας ἐγὼ aut ἐκ δ' ἐγὼ Βάκχας ἄγων. *Ex Addendis.*] Hi omnes δωμάτων ἥκω πρὸς ὑμᾶς, ut Aldus. Brunckius autem: ἥσυχος δὲ δωμάτων | ἐξάγω Βάκχας πρὸς ὑμᾶς. Qui talia sibi permittit, potius poëtae quam grammatici munere fungitur. Quis non miretur, omnes uno excepto innocuum istud ἥσυχος sollicitasse,

δωμάτων ἥκω πρὸς ὑμᾶς, Πενθέως οὐ φροντίσας.
ὡς δέ μοι δοκεῖ (ψοφεῖ γ' οὖν ἀρβύλη δόμων ἔσω),
εἰς προνώπι' αὐτίκ' ἥξει. τί ποτ' ἄρ' ἐκ τούτων ἐρεῖ;
ῥᾳδίως γὰρ αὐτὸν οἴσω, κἂν πνέων ἔλθῃ μέγα.
πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς, ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν.
ΠΕ. Πέπονθα δεινά. διαπέφευγέ μ' ὁ ξένος,
ὃς ἄρτι δεσμοῖς ἦν κατηναγκασμένος.
ἔα ἔα. ὅδ' ἐστὶν ἀνήρ. τί τάδε; πῶς προνώπιος
φαίνει πρὸς οἴκοις τοῖς ἐμοῖς, ἔξω βεβώς;
ΔΙ. Στῆσον πόδ'. ὀργῇ δ' ὑπόθες ἥσυχον πόδα.

quum si rem secum reputassent, facile vidissent, non solum metro contraria, verum etiam absurda esse verba ἐκ δωμάτων (Penthei scilicet) Βάκχας ἄγων. Non enim in Penthei regia cum Baccho inclusas, sed e publico carcere jamdudum liberatas Bacchas in montem redisse fingit Euripides. Nulla hic Baccharum mentio esse potest. Lego igitur: ἥσυχος δὲ βασιλικῶν | δωμάτων ἥκω πρὸς ὑμᾶς. Sic enim scribere debebam ad Heracl. 7. ubi oscitans ἥσυχος δ' ἐκ βασιλικῶν scripsi. Ellipsis praepositionis, licet non valde frequens, nemini moram facere debet. Exemplum omni exceptione majus praebet Sophocles El. 324. Μή νυν ἔτ' εἴπῃς μηδέν. ὡς δόμων ὁρῶ | τὴν σὴν ὅμαιμον, ἐκ πατρὸς ταὐτοῦ φύσιν, | Χρυσόθεμιν, ἔκ τε μητρὸς, ἐντάφια χεροῖν | φέρουσαν, οἷα τοῖς κάτω νομίζεται.

639. Hesychius: Προνώπια: τὰ ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν, καθάπερ ἐνώπια τὰ ἔνδον, ὅπου αἱ εἰκόνες τίθενται. Idem: Προνώπιον: τὸ προκείμενον, οἷον, πρόθυρον. Pertinet haec gl. ad Hipp. 374. ubi vide Valckenarium. Verba in superiori ὅπου αἱ εἰκόνες ἵστανται, quae ad ἐνώπια retulisse videntur nonnulli, illustrat Sophocles El. 1374. πατρῷα προσκύσανθ' ἕδη | θεῶν, ὅσοιπερ πρόπυλα ναίουσιν τάδε. Προνώπια igitur προπύλαια sunt.

Ibid. Brunckius ex Par. E. τί ποτ' ἂν ἐκ τούτων ἐρεῖ; Non potuit in tantula re magis errare.

640. Brunckius ἄρ' pro γὰρ, quod revocavit Matthiae.

Ibid. Dawesius p. 249. μέγας. Ita scilicet tragicus Rhes. 321. ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν δεόμεθ', οἵτινες πάλαι | μὴ ξυμπονῶσιν, ἡνίκ' ἐξώστης Ἄρης | ἔφαυσε λαῖφη τῆσδε γῆς, μέγας πνέων. Utrumque recte dici monet Heathius. Tertia ratio est apud nostrum Andr. 188. οἱ γὰρ πνέοντες μεγάλα, τοὺς κρείσσους λόγους | πικρῶς φέρουσι τῶν ἐλασσόνων ὕπο.

641. Pal. ἀρκεῖ σώφρον' εὐοργησίαν. Grammaticus apud Bekkerum Anecdot. p. 96. Εὐεργεσία: Εὐριπίδης Βάκχαις. Nihil addere possum iis, quae dixit Valckenarius ad Hipp. 1039. ὃς τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὐοργησίᾳ | ψυχὴν κρατήσειν, τὸν τεκόντ' ἀτιμάσας.

644. Aldus: ὅδ' ἐστιν ἀνήρ. Matthiae: ὅδ' ἐστὶν ἀνήρ.

Ibid. Verba πῶς προνώπιος κ. τ. ἑ. mirari se ait Valckenarius ad Hipp. 574. Saltem nulla in sensu est difficultas. Par. E. προσώπιος. [Valckenarius: Lennep. Phal. p. 95. B. Ex Addendis.]

646. Ἥσυχον πόδα. Mendosum esse πόδα indicat primo eadem vox in initio versus occurrens, deinde vero, quod nullum commodum sensum habet ἥσυχον πόδα ὀργῇ ὑποτιθέναι. Legendum, ni fallor, ἥσυχον τρόπον, i. e. ἡσυχίαν. MUSGRAVIUS. Idem ita interpretatur: *Siste pedem, et quie-*

ΠΕ. Πόθεν σὺ δεσμὰ διαφυγὼν, ἔξω περᾷς;
ΔΙ. Οὐκ εἶπον; οὐκ ἤκουσας, ὅτι [1] λύσει μέ τις; [1] λύσοι
ΠΕ. Τίς; τοὺς λόγους γὰρ εἰσφέρεις καινοὺς ἀεί.
ΔΙ. Ὃς τὴν πολύβοτρυν ἄμπελον φύει βροτοῖς.
ΠΕ. Ὠνείδισας δὴ τοῦτο Διονύσῳ καλόν.

tem irae subjice. Conjecturam ejus a Brunckio admissam repudiavit Matthiae. Mihi quoque inutilis videtur. Nihil enim sententiae refert, utrum ἥσυχον τρόπον an ἥσυχον πόδα legatur. Quis non meminit Medeae verborum v. 217. οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς | δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν. Ubi eodem jure quo in Bacchis vulgatam sollicitare potuisset Musgravius. Vocabulum πόδα tantulo intervallo repetitum a tragicorum consuetudine minime alienum est. Dixit noster, exempli caussa, v. 757. οἱ δ' ὀργῆς ὕπο | εἰς ὅπλ' ἐχώρουν, φερόμενοι Βακχῶν ὕπο. Plura vide ad Ion. 1. Ἄτλας, ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν | θεῶν παλαιὸν οἶκον ἐκτρίβων, θεῶν | μιᾶς ἔφυσε Μαῖαν, ἥ μ' ἐγείνατο. Sed nondum apparet, quid significet ὑπόθες. Interpretes *subjice*. Minus ambiguum esset *suppone*, vel potius *substitue*. Prorsus ἀπροσδιόνυσα sunt, quae collegit Augustinus Van Staveren Miscell. Observat. T. X. p. 98. Quis enim de sensu verborum θεῖναι πόδα unquam dubitavit?

648. Brunckius e MSS. Par. οὐκ εἶπον; ἢ οὐκ ἤκουσας. Quid habeat Laur. nescio. Vulgata melior mihi videtur.

Ibid. Omnes libri λύσει, ut videtur. Paullo melius esset λύσοι, de quo vide ad Sophoclis Oed. T. 713. ubi alii libri ἥξει, alii ἥξοι.

649. Hervagiana secunda aliaeque nonnullae κενοὺς. Canterus ex conjectura, ni fallor, καινοὺς revocavit. Nullam enim Euripidis editionem, praeter Hervagianam tertiam, inspexisse videtur.

650—658. Quomodo in his novem versibus ordinandae sint personae, non eadem omnium est sententia. Aldus Baccho tribuit 650. 652. 654. Pentheo 651. 653. 655. 657. 658. Laur. vero Baccho tribuit 650. 653. 655. cum tribus sequentibus, Pentheo 651. 652. 654. Quam rationem e MSS. Par. adoptavit Brunckius, quem sequitur Matthiae. Nulla controversia est de tribus ultimis, quos Baccho tribuunt omnes edd. recentiores. Neque quisquam 650. Pentheo continuat, praeter Heathium, cujus interpretationi deesse μῶν censet Musgravius. Praecipua igitur controversia est de quinque versibus 651. 652. 653. 654. 655. quorum secundum et quartum Baccho tribuit Aldus, quem sequitur Musgravius; primum, tertium et quintum Reiskius; omnes praeter secundum Heathius; tertium et quintum Brunckius et Matthiae. Qui quum codicem Laur. consentientem habeant, in eorum sententia acquiesco, licet ne haec quidem ratio ex omni parte mihi placeat.

651. Noster Med. 514. καλόν γ' ὄνειδος τῷ νεωστὶ νυμφίῳ, | πτωχοὺς ἀλᾶσθαι παῖδας, ἥ τ' ἔσωσά σε. Iph. A. 305. Καλόν γε μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας. Haec et alia multa ad hanc rem spectantia collegit Valckenarius ad verba Θήβαις κάλλιστον ὄνειδος Phoen. 828. Non valde perspicuum est, quo sensu dicat Pentheus: Ὠνείδισας δὴ τοῦτο Διονύσῳ καλόν. Reiskius ad superiorem versum haec dixit: *Inter hunc et sequentem versum videtur unus excidisse, in quo Pentheus aliquid injurium in vinum et Bacchum dixerit. Cui persona Dionysi versu 651. ὠνείδισας respondet.* Addere potuisset, simile aliquid accidisse apud Euripidem Supplicibus, ubi excidit versus

κλῄειν κελεύω πάντα πύργον ἐν κύκλῳ.
ΔΙ. Τί δ'; οὐχ ὑπερβαίνουσι καὶ τείχη θεοί;
ΠΕ. Σοφὸς, σοφὸς σὺ, πλὴν ἃ δεῖ σ' εἶναι σοφόν.
ΔΙ. Ἃ δεῖ μάλιστα, ταῦτ' ἔγωγ' ἔφυν σοφός.
κείνου δ' ἀκούσας πρῶτα τοὺς λόγους μάθε,
ὃς ἐξ ὄρους πάρεστιν ἀγγελῶν τί σοι.
ἡμεῖς δέ σοι μενοῦμεν, οὐ φευξούμεθα.
ΑΓ. Πενθεῦ, κρατύνων τῆσδε Θηβαίας χθονὸς,

cui respondet 764. Φαίης ἄν, εἰ παρῆσθ', ὅτ' ἤγαγα νεκρούς. Ingeniosa est haec conjectura, sed minus necessaria. Non opus est, ut moneam, καλὸν ironice dici pro αἰσχρὸν, ut in Medeae verbis, quae supra attuli. Ὄνειδος etiam non solum *exprobratio* est, verum etiam *quaelibet rei exprobratione dignae mentio*. Qualis fortasse Pentheo videbatur vini inventio. Ad versum enim proxime superiorem eum respicere arbitror. Qui enim locus communis scriptoribus magis familiaris, quam ψόγος οἴνου? Aliter sentit Musgravius, cujus verba sunt: *Quale autem erat, quod de Baccho praedicaverat? Nimirum divino ejus numine se vinculis solutum esse*. Is ὀνειδίσας reddit *falso praedicasti*.

652. Pal. et a prima manu Laur. κλύειν, quod in κλῄειν mutavi. Recte, ni fallor, ἔκλῃε Aldus Rhes. 304. κλῄει Herc. 997. Plura de hac quaestione ad Sophoclis Oed. T. 1388. Infra v. 1299. nunc legitur συγκεκλημένον.

Ibid. Musgravius, qui hunc versum Baccho tribuit, κέλευε legendum arbitratur.

653. Aldus: τί δ' οὐχ ὑπερβαίνουσι καὶ τείχη θεοί; Sola Musgraviana: τί δ' οὐχ; ὑπερβαίνουσι κ. τ. ἑ. Ceterae recentiores, ne ipso quidem Musgravio improbante: τί δ'; οὐχ ὑπερβαίνουσι κ. τ. ἑ. Quae vera est ratio. Confer Hec. 886. Alc. 1092. Andr. 240. Suppl. 1052. Heracl. 685.

Ibid. Pro γὰρ MS. E. καὶ, quod et Heathio placuit. Musgravius. Nihil de hac scriptura dixit Heathius, sed in versu ob aliam caussam allato tacite καὶ exhibuit. Ex Hervagiana prima fluxit γάρ. In Aldina legitur καὶ per compendium, quod typographus Basiliensis cum γὰρ confudit. Erat enim homo artis suae imperitissimus, ut recte monet Stephanus Annotat. in Soph. et Eurip. p. 100. seqq. Brunckius tandem ex Aldina revocavit καί.

654. Aldus: σοφὸς, σοφὸς εἶ. Sic etiam a prima manu Laur. qui γ' insertum habet a correctore. Priorem scripturam exhibet Par. E. alteram G. Hanc tacite dedit Barnesius ex conjectura, nec dissentiunt Musgravius, Brunckius et Matthiae. Sed Pseudogregorius v. 1575. σοφὸς, σοφὸς σὺ, καὶ σοφῶς ἔτλης πότμον. Unde corrigendum nostrum versum monet Porsonus Adversar. p. 265. Ita noster Andr. 244. Σοφὴ, σοφὴ σὺ, κατθανεῖν δ' ὅμως σε δεῖ. Neque aliter infra v. 969. Δεινὸς σὺ, δεινὸς, κἀπὶ δείν' ἔρχει πάθη. Εἶ pro σὺ male scriptum exhibet etiam Amphis apud Athenaeum p. 30. E. cujus versus ita constituendi sunt: Α. Ποδαπὸς σύ; φράσον. Β. Ἀκάνθιος. Α. Εἶτα, πρὸς θεῶν, | οἴνου πολίτης ὢν κρατίστου, στρυφνὸς εἶ, κ. τ. ἑ.

657. Pal. ἀγγελλῶν (sic).

659. Κρατύνω plerumque pro κρατερὸν ποιῶ, et tum semper accusativo gaudet: at nunc simpliciter pro κράτος ἔχω, sive κρατῶ, et genitivo eget. Barnesius. Stephanus etiam ad v. 492. confert Sophoclem Oed. T. 14. Ἀλλ' ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς. Eo sensu, quo accusativum rege-

ἥκω, Κιθαιρῶν᾽ ἐκλιπὼν, ἵν᾽ οὔποτε
λευκῆς χιόνος ἀνεῖσαν εὐαγεῖς βολαί.
ΠΕ. Ἥκεις δὲ ποίαν προστιθεὶς σπουδὴν λόγου;
ΑΓ. Βάκχας Ποτνιάδας εἰσιδὼν, αἳ τῆσδε γῆς

re a Barnesio dicitur, frustra hoc verbum apud Atticos quaesivi.

660. Ἀνεῖσαν, *solvuntur, liquescunt.* Brodaeus. Dixit ἀνεῖσαν, quum sensus sit: οὔτε ἀνεῖσαν, οὔτε ἀνήσουσι. Similiter Or. 713. οὐ γάρ ποτ᾽ Ἄργους γαῖαν εἰς τὸ μαλθακὸν | προσηγόμεσθα.

Ibid. Legendum εὐαυγεῖς. Vide summi viri Hemsterhusii notam ad Supplic. v. 562. Musgravius. Admisit hanc scripturam Brunckius. Vulgo legebatur apud Aeschylum Pers. 466. ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ. Vulgo etiam apud Euripidem Suppl. 562. ἔστην θεατὴς, πύργον εὐαγῆ λαβών. Apud Platonem Legg. XII. p. 952. A. legitur εὐαγέστερον, Timaeo p. 58. D. εὐαγέστατον, monente Hemsterhusio, qui plura exempla collegit. [Photius: Εὐαγής: μεταφορικῶς κύκλος. Opinor: Εὐαγὴς κύκλος: μεταφορικῶς ὁ ἥλιος. *Ex Addendis.*] Hesychius: Εὐαγές: ἁγνὸν, καθαρὸν, εὐσεβὲς, ὅσιον, εὔοπτον, ἅγιον. Respicit εὔοπτον ad Aeschyli Persas aut Euripidis Supplices. In Bacchis vero et apud Platonem εὐαγὴς significat λαμπρός. Dicere potuisset noster χιόνος ἐξαυγεῖς βολαί. Sic enim tragicus Rhes. 303. χρυσῇ δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρον | πώλων ἔκλῃε, χιόνος ἐξαυγεστέρων. Nunc ad rem venio. Ubicunque εὐαγὴς significat λαμπρὸς, φανερὸς aut aliquid ejusmodi, Hemsterhusius legendum contendit εὐαυγής, ut διαυγὴς, τηλαυγὴς et similia. Legerat tamen veteris grammatici verba, quae cum eo communicavit Ruhnkenius, nobiscum Bekkerus Anecd. Gr. p. 337. Ἀγής: τοῦτο ἀπὸ συνθέτου καταλείπεταί τοῦ. εὐαγὴς ἢ παναγής. Ἐμπεδοκλῆς· Ἄθρει μὲν γὰρ ἄνακτος ἐναντίον ἀγέα κύκλον. Haud dubie idem significant verba ἄνακτος ἀγέα κύκλον apud Empedoclem, et λαμπρὸν ἡλίου φάος apud Euripidem Med. 752. neque ego video, quo jure sollicitetur constans tot locorum scriptura, εὐαγὴς pro λαμπρὸς positum, praesertim quum nusquam, quod sciam, exstet εὐαυγής. Legitur etiam εὐάγητον apud Aristophanem Nub. 276. et recte λαμπρὸν explicatur. Revocavi igitur εὐαγεῖς. Ab ἀγὴς fit εὐαγὴς, ut a δόκιμος εὐδόκιμος.

662. Aldus soloece ἥκεις δ᾽ ὁποίαν. Mutavit Schaeferus a Porsono ad Phoen. 892. admonitus. Quem vide etiam ad Eccl. 852. Vulgatam soloecam appello, licet eam defendere videatur Homerus Od. Α. 173. Ξ. 187. Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες; | ὁπποίης δ᾽ ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο; πῶς δέ σε ναῦται | ἤγαγον εἰς Ἰθάκην; τίνες ἔμμεναι εὐχετόωνται; De qua scriptura non habeo quod dicam.

Ibid. Novum sermonis genus mihi videtur προστιθεὶς σπουδὴν λόγου pro σπουδὴν ἔχων λόγου.

663. Hesychius: Ποτνιάδες: αἱ Βάκχαι. ἀντὶ τοῦ Μαινάδες καὶ Λυσσάδες. [ἢ] μανίας αἴτιαι. Verba μανίας αἴτιαι spectant ad Or. 316. Αἶ αἶ, δρομάδες ὦ πτεροφόροι | ποτνιάδες θεαὶ, | ἀβάκχευτον αἳ θίασον ἐλάχετ᾽ ἐν | δάκρυσι καὶ γόοις, | μελάγχρωτες Εὐμενίδες κ. τ. ἑ. Schol: Ποτνιάδες δὲ, μανιοποιοί. Πότνιαι γὰρ χωρίον ἐστὶ Βοιωτίας, ἔνθα φαγοῦσαι βοτάνην αἱ Γλαύκου ἵπποι, καὶ μανεῖσαι, διεσπάσαντο τὸν ἴδιον δεσπότην Γλαῦκον ἐν τῷ ἐπιταφίῳ Πελίου. Similia scholiastes ad Phoen. 1131. Ποτνιάδες δ᾽ ἐπ᾽ ἀσπίδι | ἐπίσημα πῶλοι δρομάδες ἐσκίρτων φόβῳ.

οἴστροισι λευκὸν κῶλον ἐξηκόντισαν,
ἥκω, φράσαι σοὶ καὶ πόλει χρῄζων, ἄναξ,
ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τε κρείσσονα.
θέλω δ᾽ ἀκοῦσαι, πότερά σοι παῤῥησίᾳ
φράσω τὰ κεῖθεν, ἢ λόγον στειλώμεθα.
τὸ γὰρ τάχος σου τῶν φρενῶν δέδοικ᾽, ἄναξ,
καὶ τοὐξύθυμον, καὶ τὸ βασιλικὸν λίαν.
ΠΕ. Λέγ᾽, ὡς ἀθῷος ἐξ ἐμοῦ πάντως ἔσει.
τοῖς γὰρ δικαίοις οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών.
ὅσῳ δ᾽ ἂν εἴπῃς δεινότερα Βακχῶν πέρι,
τοσῷδε μᾶλλον τὸν ὑποθέντα τὰς τέχνας
γυναιξὶ τόνδε τῇ δίκῃ προσθήσομεν.
ΑΓ. Ἀγελαῖα μὲν βοσκήματ᾽ ἄρτι πρὸς λέπας
μόσχων ὑπεξήκριζον, ἡνίχ᾽ ἥλιος
ἀκτῖνας ἐξίησι, θερμαίνων χθόνα.

664. *Λευκὸν κῶλον* non temere dictum existimat Musgravius, neque *λευκὸν πόδα* v. 861. neque *βάκχαις σὺν λευκόποσιν* Cycl. 72. *Ratio* (inquit) *epitheti videtur esse, quod Bacchae nudis pedibus plerumque vel semper incederent.* Vide ad Ion. 219. ubi hoc sensu, ni fallor, dixit Euripides: *Σέ τοι τὸν παρὰ ναὸν αὐ|δῶ. θέμις γυάλων ὑπερ|βῆναι λευκῷ ποδί γ᾽;*

666. Eodem fere sensu v. 715. *ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τ᾽ ἐπάξια.* Unde fortasse explicandus Sophocles Oed. T. 1373. *οἷν ἐμοὶ δυοῖν | ἔργ᾽ ἐστὶ κρείσσον᾽ ἀγχόνης εἰργασμένα.* Dixit enim noster supra v. 246. *ταῦτ᾽ οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἐπάξια;*

668. Perperam vulgo *τἀκεῖθεν*, quae scribendi ratio senarium vitiat. Brunckius. Aldus etiam Or. 849. *λέξεις τἀκεῖθεν σοῦ κασιγνήτου πέρι.* Cujusmodi plerosque errores sustulit Barnesius, sed hos reliquit. Reiskius ante Brunckium *τὰ κεῖθεν.*

673. Aldus *εἴποις.* Brunckius et Par. G. *εἴπῃς.* Sic etiam, vel potius *εἴπῃς*, Pal. et Laur.

674. Aldus: *τοσῷδε μᾶλλον τὸν ὑποθέντα τέχνας.* Pal. *τῷ σῷ δὲ μᾶλλον*, cetera ut Aldus. Laur. vero recte *τὸν ὑποθέντα τὰς τέχνας*, ut ex Scaligeri conjectura tacite Barnesius.

675. Aldus *προθήσομεν.* Musgravius e MSS. Par. *προσθήσομεν.* Consentiunt Pal. et Laur. Ita sine controversia scribendum, licet quis praeter Euripidem *τῇ δίκῃ προσθεῖναι* pro *κολάσαι* dixerit, mihi non liqueat.

677. *Μόσχων* pro *βοῶν.* Sic etiam vv. 735. 1331. et alibi passim. Eodem modo *πώλους* pro *ἵππους* tragici. Mira est Musgravii conjectura *νύσσων*, *stimulans.* Alteram paullo meliorem statim dabo.

Ibid. Hesychius: *Ὑπεξήκριζον: ὕβριζον.* Reponunt *ἤκριζον*, quod pro interpretatione vix daturus fuisse mihi videtur grammaticus. Etymologus v. *Ἀκρίσιος* p. 52, 43. *ἀκρίζω δὲ σημαίνει, τὸ ἄκροις ποσὶ πορεύεσθαι. λέγεται δὲ καὶ ἀκριβητίζειν. Δανάης καλλισφύρου Ἀκρισιώνης: — ἐκ τοῦ ἀκρίζω. καὶ Εὐριπίδης· Μόσχον ὑπεξήκριζον.* Haec confusa et corrupta sunt. Noster Or. 275. *τί δῆτα μέλλετ᾽; ἐξακρίζετ᾽ αἰθέρα | πτεροῖς, τὰ Φοίβου δ᾽ αἰτιᾶσθε θέσφατα.* Verba

ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν,
ὧν ἦρχ᾽, ἑνὸς μὲν Αὐτονόη, τοῦ δευτέρου
μήτηρ Ἀγαυὴ σὴ, τρίτου δ᾽ Ἰνὼ χοροῦ.
ηὗδον δὲ πᾶσαι, σώμασιν παρειμέναι,
αἱ μὲν πρὸς ἐλάτης νῶτ᾽ ἐρείσασαι φόβην·
αἱ δ᾽ ἐν δρυὸς φύλλοισι πρὸς πέδῳ κάρα
εἰκῇ βαλοῦσαι σωφρόνως, οὐχ ὡς σὺ φῂς,
ᾠνωμένας κρατῆρι καὶ λωτοῦ ψόφῳ,

ἐξακρίζετ᾽ αἰθέρα πτεροῖς recte interpretatur scholiastes εἰς τὰ ἄκρα τοῦ αἰθέρος πέτεσθε. Unde explicandum ὑπεξήκριζον, quod recte, mea quidem sententia, pro tertia plurali accipiunt interpretes plerique. Musgravius autem, ne praeter boum mentionem nulla bubulci mentio esset, hanc scripturam proposuit: Ἀγελαῖ᾽ ἄγων βοσκήματ᾽ ἄρτι πρὸς λέπας | μόσχων ὑπεξήκριζον. Vulgatam recte retinuit Brunckius, qui tamen eatenus Musgravium sequitur, ut ὑπεξήκριζον pro prima singulari accipiat. Quae vulgatae interpretationis mutatio inutilis mihi videtur. Ipsa enim boum mentio satis ostendit bubulcum esse, qui loquitur. De nominativo βοσκήματα cum verbo plurali vide Porsonum ad Hec. 1149.

679. Pal. a prima manu θυάσους. Quae scribendi ratio frequens est in libris manu scriptis. Receptam agnoscit Athenaeus p. 562. E. Καλεῖται δὲ καὶ ὁ τῷ Διονύσῳ παρεπόμενος ὄχλος, θίασος, ὡς Εὐριπίδης φησίν· Ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν. τοὺς μὲν οὖν θιάσους ἀπὸ τοῦ θεοῦ προσηγόρευον. καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς θεοὺς οἱ Λάκωνες σιοὺς φασί.

Ibid. Pal. γυναικίων.

680. Aldus τοῦ δὲ δευτέρου. [Scaliger τοῦ δευτέρου. Sic etiam Barnesius celato lectore. De qua scriptura Musgravius: *Nec melius quidquam invenire potui.* Nescio an legendum: τοῦ δευτέρου | μήτηρ δ᾽ Ἀγαυὴ σή. Vide ad v. 165. *Ex Addendis.*]

681. Pal. Laur. τρίτη δ᾽ ἰνὼ χοροῦ.

682. Aldus εὗδον.

Ibid. Dixit noster παρειμένον νόσῳ Or. 879. κόπῳ παρεῖμαι Phoen. 859. ὑπὸ κόπου παρεῖται Bacch. 635. unde facile explicatur παρειμέναι, difficulter vero σώμασιν παρειμέναι, quae verba interpretatur Portus *corporibus solutae*. Wakefieldius fortasse reposuisset σώματα παρειμέναι. Nam in Phoenissis κόπῳ παρεῖμαι γοῦνα legit Porsonus. Dicitur et ὕπνῳ παρειμένος. Noster Cycl. 587. ἔνδον μὲν ἀνὴρ τῷδ᾽ ὕπνῳ παρειμένος. Herc 1042. Καδμεῖοι γέροντες, οὐ σῖγα, σῖγα τὸν ὕπνῳ παρειμένον ἐάσετ᾽ ἐκλαθέσθαι κακῶν; Sed neque haec explicant nostrum σώμασιν παρειμέναι.

[683. Valckenarius: *Hes. et Eust. Bentl. Hor. p.* 226. *Ex Addendis.*]

684. Aldus πρὸς πέδον. Pal. Laur. πρὸς πέδῳ. Sic etiam MSS. Par. unde Brunckius πρὸς πέδῳ. Aeschylus Pentheo: Μηδ᾽ αἵματος πέμφιγα πρὸς πέδῳ βάλῃς. Licet apud Galenum sit πρὸς πέδῳ, Stanleius exhibet πρὸς πέδον.

686. Praeter hoc οἰνωμένας, exstant in hac fabula οἴστρησα v. 32. ἐξοινωμένας v. 812. οἰμωγμένον v. 1284. Apud Sophoclem Trach. 268. omnes libri οἰνωμένος. Apud Aeschylum plerique οἰακοστρόφουν Pers. 769. nonnulli οἰνωμένον Suppl. 414. Sed membranae Laurentianae ῳνωμένων (sic), unde Aldus ᾠνωμένων, Porsonus ᾠνωμένον. Quum οἰδάνω sive οἰδῶ (unde ἐξῳδηκότα noster Cycl. 226.),

θηρᾶν καθ' ὕλην Κύπριν ἠρημωμένας.
ἡ σὴ δὲ μήτηρ ὠλόλυξεν ἐν μέσαις
σταθεῖσα Βάκχαις, ἐξ ὕπνου κινεῖν δέμας,
μυκήμαθ' ὡς ἤκουσε κεροφόρων βοῶν.
αἱ δ' ἀποβαλοῦσαι θαλερὸν ὀμμάτων ὕπνον,
ἀνῇξαν ὀρθαὶ, θαῦμ' ἰδεῖν εὐκοσμίας,
νέαι, παλαιαὶ, παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες.
καὶ πρῶτα μὲν καθεῖσαν εἰς ὤμους κόμας,
νεβρίδας τ' ἀνεστείλανθ', ὅσαισιν ἁμμάτων
[1] σύνδεσμ' ἐλέλυτο, καὶ καταστίκτους δορὰς — 1 ξύνδεσμ'
ὄφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσιν γένυν.

οἰκτείρω, οἰκῶ, οἰμώζω, οἴομαι, οἴχομαι praeterita habeant ᾤδανον sive ᾤδουν, ᾤκτειρον, ᾤκουν, ᾤμωζον, ᾠόμην, ᾠχόμην, idque non solum apud veteres Atticos, verum etiam apud Plutarchum, Lucianum ceterosque recentiores, pauca quae his contraria apud tragicos leguntur, librariis potius quam ipsis poëtis tribuenda videntur. Librariis sine controversia debetur οἰμωγμένον v. 1284. Licet enim ratio reddi posset, quare οἰμώζω potius quam cetera verba ab οι incipientia diphthongum in praeterito non mutaret, satis constanter ᾤμωξε scriptum apud Atticos videmus.

Ibid. Pal. a prima manu ψήφω.

687. Aldus ἠρενωμένας, quod in ἠρεννωμένους mutatum monuit Brodaeus. Voluit, opinor, ἠῤῥενωμένας, quod ex conjectura Stephani habent edd. recentiores ante Musgravium, qui e MSS. Par. recte admisit ἠρημωμένας. Dixerat enim Pentheus v. 222. ἄλλην δ' ἄλλοσ' εἰς ἐρημίαν | πτώσσουσαν, εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν. Sic etiam Laur. Sed. Pal. ἠρεμωμένας. Recte monuit Stephanus, potius ἠρσενωμένας quam ἠῤῥενωμένας legendum. Sed neutrum recte.

691. F. θολερὸν, quia somnus confundit et turbat cogitationes, et surgentes turbidum tuentur, Reiskius. Licet Reiskii conjectura prorsus inepta sit, non optime constat, quid significent verba θαλερὸν ὕπνον. Portus interpretatur *humidum somnum*, sed verba θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέων Iph. A. 39. non *humidas* sed *largas lachrymas effundens*. Ita nimirum interpretes nonnulli ad Il. B. 266. Θαλερὸς ὕπνος fortasse est *somnus qui vires reficit*. Nostri, *refreshing sleep*. Θάλεα enim τὰ τοῦ θάλλειν αἴτια ἀγαθὰ interpretatur Eustathius p. 1885, 45. Nihil melius novi.

693. Aldus: παρθένοι τε, κἄζυγες. Optime Pseudogregorius v. 1829. παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες. Quam scripturam admisit Musgravius. Idem significat ἔτι hic et apud Sophoclem Oed. T. 18. οἱ δ' ἔτ' ἠθέων | λεκτοί. Sic enim legendum.

695. Ἀνεστείλαντο, *iterum aptarunt*. Ita recte Musgravius. Portus minus recte *induerunt*.

Ibid. Pal. ὀμμάτων.

696. Par. E. ἐλύετο, monente Musgravio. Laur. ut vulgo ἐλέλυτο.

Ibid. Scaliger, cui fraudi fuit vulgata versus sequentis scriptura, κατὰ στικτοὺς correxit. Sed ne sic quidem commodum sensum efficias, nisi λιχμῶσαν mutes.

697. Aldus λιχμῶσαν γένυν. Pal. etiam pejus λιχμῶσαν γέναν. Reiskius λιχμώσαις, *lambentibus*, reponendum monuit; rectius Heathius λιχμῶσιν. Ὄφις enim masculinum

αἱ δ' ἀγκάλαισι δορκάδ' ἢ σκύμνους λύκων
ἀγρίους ἔχουσαι, λευκὸν ἐδίδοσαν γάλα,
ὅσαις νεοτόκοις μαστὸς ἦν σπαργῶν ἔτι,
βρέφη λιπούσαις. ἐπὶ δ' ἔθεντο κισσίνους
στεφάνους, δρυός τε, μίλακός τ' ἀνθεσφόρου.
θύρσον δέ τις λαβοῦσ', ἔπαισεν εἰς πέτραν,
ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς.
ἄλλη δὲ νάρθηκ' εἰς πέδον καθῆκε γῆς,

est. Hanc conjecturam admisit Musgravius.

700. Aldus: ὅσαις νεοτόκοις μαζὸς ἦν, σπαργῶν ἔτι. Pal. ὅσαις νεοτόκοις μαζὸς ἦν σπαργῶν ἔτι. Leguntur μαζὸς, μασθὸς et μαστός. Aeschylus Cho. 529. κἀυτὴ προσέσχε μαζὸν ἐν τὠνείρατι. Ibid. 545. καὶ μασθὸν ἀμφέχασκ' ἐμὸν θρεπτήριον. Ibid. 896. Ἐπίσχες, ὦ παῖ, τόνδε δ' αἴδεσαι, τέκνον, | μαστόν. Ita Porsonus, neque in hac re dissentiunt membranae Laurentianae. Apud Sophoclem non legitur nisi μαστὸς, quae forma plus minus tricies apud Euripidem exstat. Vulgo quidem legitur Hec. 144. πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαζῶν. Sed multi MSS. μαστῶν, quod a Brunckio admissum non repudiavit Matthiae. In Bacchis non nisi Brunckii conjectura nititur μαστὸς, ideoque, ut videtur, vulgatam revocavit Matthiae. Grammatici praeceptum est: Μαστὸς ἐπὶ γυναικὸς, μαζὸς δὲ ἐπὶ ἀνδρός. Quod discrimen Homero tragicisque ignotum fuisse videtur. Nam neque apud illum legitur μαστὸς, neque apud hos μαζὸς, nisi bis terve ex errore librariorum. Μασθὸς apud Aeschylum nihili vox est.

Ibid. Ita interpungit Aldus: ὅσαις νεοτόκοις μαζὸς ἦν, σπαργῶν ἔτι | βρέφη λιπούσαις. Quasi σπαργῶν genitivus sit pluralis. Pal. σπαρτῶν—βρέφη, *Thebanorum pueros.* Participium σπαργῶντας habet noster Cycl. 55. σπαργῶντάς μοι τοὺς μαστοὺς χάλασον.

702. Aldus μίλακός τ' ἀνθεσφόρου. Hervagiana prima, felici, ni fallor, typographi errore μίλακός τ' ἀνθεσφόρου. Nam vix quidquam consulto mutatum habet ea editio. Brunckius et Matthiae σμίλακός τ' ἀνθεσφόρου, de qua scriptura vide ad v. 108.

703. Noster v. 143. ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν | νέκταρι. Philostratus: Γέγραπται μὲν, ὦ παῖ, καὶ τὰ ἐν τῷ Κιθαιρῶνι, Βακχῶν χοροὶ, καὶ ὕπαινοι πέτραι, καὶ νέκταρ ἐκ βοτρύων, καὶ ὡς γάλακτι τὴν βῶλον ἡ γῆ λιπαίνει. καὶ ἰδοὺ κιττὸς ἕρπει, καὶ ὄφεις ὀρθοὶ, καὶ θύρσοι, δένδρα, οἶμαι, μέλι στάζοντα. Quae non omnia ab Euripide sumta videntur. Si exstarent Aeschyli Pentheus aut Xantriae, in alterutra earum fabularum fortasse reperirentur, quae in Euripidis Bacchis non leguntur.

Ibid. Anonymus περὶ Σολοικίας apud Valckenarium p. 200. θύρσον δέ τις λαβοῦσα ἔπαισεν εἰς πέδον. Etiam Laur. λαβοῦσα. Quod ad πέδον attinet, hoc exemplo uti potuissem ad Med. 1369=1326. ubi ex conjectura scripsi: καὶ Σκύλλαν, ἣ Τυρσηνὸν ᾤκησεν πέτραν.

704. Ἐκπηδᾷ pro ἐξεπήδησε dictum monet grammaticus, cujus ad superiorem versum mentionem feci. Si exemplis opus esset, allegari posset Sophocles Aj. 31. φράζει τε κἀδήλωσεν.

705. Ex hoc versu cum 703. collato θύρσον et νάρθηκα diversos fuisse contendit Musgravius. De qua re jam dixi ad v. 113. Confer etiam vv. 735—758. ubi primo μόσχοις, deinde πόριν, tum δαμάλας dixit noster, ne ter boves eodem

καὶ τῇδε κρήνην ἐξανῆκ' οἴνου θεός.
ὅσαις δὲ λευκοῦ πώματος πόθος παρῆν,
ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα,
γάλακτος ἑσμοὺς εἶχον. ἐκ δὲ κισσίνων
θύρσων γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί.

nomine appellaret. Non igitur ex hoc loco ostendi potest, diversa instrumenta fuisse θύρσον et νάρθηκα.

707. Aldus πόματος. Laur. et edd. recentiores recte πώματος. Vide ad v. 279.

708. Pedum digitos intellige, ut apud nostrum Iph. T. 266. ἄκροισι δακτύλοισι πορθμευμένων ἴχνος.

Ibid. Pal. διαμῶσαι supra scripto λικμῶσαι. Sic etiam Par. G. Alter Par. non nisi λικμῶσαι habet. Quam scripturam e confusione literarum α et λ ortam esse monet Brunckius. Mihi potius interpretatio esse videtur. Huc respicit Hesychius: Διαμῶσαι: ζητοῦσαι. Interpretatio pertinet ad διαμώμεναι. Duo verba prorsus diversa confundit etiam Suidas: Διαμώμενος: θερίζων. καὶ διαμώμενοι, διασκάπτοντες, ζητοῦντες. Θουκυδίδης· Διαμώμενοι τὸν κάχληκα ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, ἔπινον οἷον εἰκὸς ὕδωρ. καὶ αὖθις· Οἱ δὲ ἐσκήνουν ἐπὶ τῆς χιόνος διαμώμενοι καὶ μεταξὺ ἐκκαθαίροντες. Vide Thucydidem IV. 26. Nostri, *clearing away*.

709. Ἑσμὸς, proprie *examen*, ut apum; figurate de quavis multitudine, ut equorum, hominum; item rerum, ut ἑσμὸς μαρτυριῶν et ἀγαθῶν: hic vero pro *copia*, quod rarius dicitur, ἑσμὸς γάλακτος. De numero enim saepe, de quantitate minus frequenter occurrit. Barnesius. Ἑσμοὺς aspirate, ut efferri debere hanc vocem monstrat Eustathius p. 178, 16. Adhibita illa pervulgato usu ἐπὶ πλήθους καὶ ὄχλου, an alibi occurrat quantitatem notans, non dixerim. Si cui hoc sensu minus adrideat, non inepte reponere possit, γάλακτος εἶχον νάματ'. Brunckius. Ἑσμοὺς satis tuetur Philostratus Vit. Sophist. I. 19. p. 511. [τὰς δ' ἐννοίας ἰδίας τε καὶ παραδόξους ἐκδίδωσιν, ὥσπερ οἱ βακχεῖοι θύρσοι τὸ μέλι καὶ τοὺς ἑσμοὺς τοῦ γάλακτος.] Ἑσμὸν μελίσσης pro *melle* dixit Epinicus Athenaei X. p. 432. C. Si probabilem conjecturam adferre voluisset Brunckius, νασμοὺς γάλακτος proposuisset. Sed nihil opus esse ex locis citatis clare patet, Σωρὸς καὶ ἑσμὸς σοφίας Themist. XXIX. p. 345. D. Porsonus. Epinici verba ita fere vulgo se habent: γέροντα Θάσιον; τόν τε γῆς ἀπ' Ἀτθίδος | ἑσμὸν μελίσσης τῆς ἀκραχόλου γλυκύν. Schweighaeuserus καπνὸν dedit auctore Raph. Fiorillo. Licet ἑσμὸν μελίσσης scripsisse videatur comicus, magis ad nostram rem esset ἑσμὸς μέλιτος. [Valckenaerius Epist. ad Roeverum p. xlvii. apud Jacobsium Animadv. in Euripidem p. 114. γάλακτος εἶχον νάματ'. Ipse Jacobsius νασμοὺς γάλακτος εἶχον. Quas conjecturas inutiles esse ostendit Porsonus. *Ex Addendis*.] Quum γάλακτος ἑσμοὺς dixit Euripides, nescio an ἐκβολὰς potius quam πλῆθος in animo habuerit. Idem enim significant ἱέναι et ἐκβάλλειν, eo saltem sensu quo legitur v. 749. εὔκαρπον ἐκβάλλουσι Θηβαίων στάχυν. Conferendus omnino v. 765. κρήνας ἐπ' αὐτὰς, ἃς ἀνῆκ' αὐταῖς θεός. Ἑσμοὶ igitur fortasse *scaturigines* sunt. Ceterum ἑσμοὺς ante Brunckium pro ἐσμοὺς reposuit Barnesius. Confirmat hanc rationem compositum ἀφεσμὸς, cujus meminit Eustathius.

Ibid. Hervagiana prima κισσινων sine accentu. Hervagiana secunda aliaeque nonnullae κισσινῶν eodem errore quo κισσινὸν v. 25.

710. Aelianus de Nat. Animal. V. 42. Ἐν Μηδίᾳ δὲ ἀποστάζειν

ὥστ' εἰ παρῆσθα, τὸν θεὸν, τὸν νῦν ψέγεις,
εὐχαῖσιν ἂν μετῆλθες, εἰσιδὼν τάδε.
ξυνήλθομεν δὲ βουκόλοι καὶ ποιμένες,
κοινῶν λόγων δώσοντες ἀλλήλοις ἔριν,
ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τ' ἐπάξια.
καί τις πλάνης κατ' ἄστυ, καὶ τρίβων λόγων,
ἔλεξεν εἰς ἅπαντας· Ὦ σεμνὰς πλάκας
ναίοντες ὀρέων, θέλετε θηρασώμεθα
Πενθέως Ἀγαυὴν μητέρ' ἐκ βακχευμάτων,
χάριν τ' ἄνακτι [1] θῶμεν; — εὖ δ' ἡμῖν λέγειν
ἔδοξε. θάμνων δ' ἐλλοχίζομεν φόβαις,
κρύψαντες αὐτούς. αἱ δὲ τὴν τεταγμένην

1 θῶμεν;

τῶν δένδρων ἀκούω μέλι, ὡς ὁ Εὐριπίδης ταῖς Βάκχαις ἐν τῷ Κιθαιρῶνι φησὶν ἐκ τῶν κλάδων γλυκείας σταγόνας ἀποῤῥεῖν. Audacior esset, qui Aeliani testimonio utens Euripidem κλάδων pro θύρσων scripsisse contenderet, praesertim quum Philostratus, cujus verba ad v. 703. et ad v. 709. attuli, θύρσων legisse videatur. Thyrsum βακχεῖον κλάδον appellat noster v. 308.

711. Par. E. τοῦτον pro τὸν νῦν. Laur. ut vulgo. Piersonus Verisim. p. 74. legendum statuit: τόνδε θεὸν, ὃν νῦν ψέγεις. Alia quoque tragicorum loca simili modo corrumpit. Hodie inter omnes constat, recte dici τὸν pro ὃν apud tragicos.

714. Par. G. καινῶν, quod admisit Musgravius. Revocavi κοινῶν, quod in Laur. legitur. Utravis scriptura defendi potest, sed melior mihi videtur ea, quae librorum auctoritate nititur.

716. Πλάνης, *peregrinus, non civis.* Πλάνος non confodissem. Brodaeus. Cujus neque interpretatio neque conjectura quidquam valet. Πλάνης κατ' ἄστυ est, qui non semper rure vixit, sed aliquoties urbem invisit, ideoque ceteris pastoribus et bubulcis legem dare dignum se putat. Τρίβων λόγων est, qui oratores audiendo disertus factus est.

720. Si sanum est θῶμεν, saltem paullo insolentius sermonis genus est χάριν τινὶ θεῖναι. Sed scribendum puto aut θώμεθ' aut θῶμεν. Noster Hec. 1211. εἴπερ τῷδ' ἐβουλήθης χάριν | θέσθαι. El. 61. ἐξέβαλέ μ' οἴκων, χάριτα τιθεμένη πόσει. Idem Hel. 927. τῷ δ' οὐ δικαίῳ συγγόνῳ δώσεις χάριν (Aldus δίκην). Ibid. 946. δὸς τὴν χάριν μοι τήνδε, καὶ μιμοῦ τρόπους | πατρὸς δικαίου. Ibid. 1006. οὐδὲ συγγόνῳ χάριν | δοίην ἄν, ἐξ ἧς δυσκλεὴς φανήσομαι. Ibid. 1465. μίαν δέ μοι χάριν | δόντες, τὸ λοιπὸν εὐτυχῆ με θήσετε. Quater in una fabula ab Euripide dictum vides χάριν δοῦναι. Adde Hec. 899. Or. 104. Phoen. 435. 449. 1745. Alc. 61. Herc. 779. El. 1138. 1145. τοσήνδ' ἐγὼ | δώσω χάριν σοι, σὺ δέ γ' ἐμοὶ δίκην πατρός. Hinc potius legam δῶμεν quam θώμεθ'.

721. Pal. ἐλοχίζομεν.

722. Pal. a prima manu κρύψαντες αὐτούς. Poenitet me conjecturae κρύψαντες αὐτὰς propositae ad Heracl. 144. ubi minus accurate dixi: *Persuasum enim habeo, Sophoclem et Euripidem nunquam αὐτὸν et similia de prima aut secunda persona usurpasse.* Aliud est αὐτὸν

ὤραν ἐκίνουν θύρσον εἰς βακχεύματα,
Ἴακχον ἀθρόῳ στόματι, τὸν Διὸς γόνον
Βρόμιον καλοῦσαι. πᾶν δὲ συνεβάκχευ' ὄρος,
καὶ θῆρες. οὐδὲν δ' ἦν ἀκίνητον δρόμῳ.
κυρεῖ δ' Ἀγαυὴ πλησίον θρῴσκουσά μου.
κἀγὼ 'ξεπήδησ', ὡς [1] συναρπάσαι θέλων, [1] ξυναρπάσαι
λόχμην κενώσας, ἔνθ' ἐκρύπτομεν δέμας.
ἡ δ' ἀνεβόησεν· Ὦ δρομάδες ἐμαὶ κύνες,
θηρώμεθ' ἀνδρῶν τῶνδ' ὕπ'. ἀλλ' ἕπεσθέ μοι,

sive ἑαυτὸν pro ἐμαυτὸν vel σεαυτὸν, aliud αὐτοὺς sive ἑαυτοὺς pro ἡμᾶς αὐτοὺς vel ὑμᾶς αὐτούς. Exempla utriusque generis dedit Matthiae Gramm. Gr. §. 489. p. 709. qui ἐμαυτόν τε pro ἑαυτόν τε in Platonis Phaedone, σαυτὸν pro αὐτὸν in ejus Protagora fortasse reponere debebat.

Ibid. Piersonus Verisim. p. 127. τῇ τεταγμένῃ | ὥρᾳ γ' scribendum statuit. Cui respondet Reiskius: *In τὴν τεταγμένην subintelligitur κατὰ, triviali usu, ut mireris Piersonum potuisse p. 127. ad hunc lapidem offendere.* Aeschylus Eum. 108. καὶ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς | ἔθυον ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν. Herodotus II. 2. τὴν ὥρην ἐπαγινέειν σφίσιν αἶγας. Hoc exemplo utitur Matthiae Gramm. Gr. §. 425. p. 608. Plura dedit Musgravius ad Hipp. 1131.

723. Reiskius ἀνεκίνουν.

[*Ibid.* Valckenarius: *Casaub. ad Pers. p. 145. Ex Addendis.*]

725. Aldus συνεβάκχευσ' ὄρος. Longinus sect. 15. καὶ παρὰ μὲν Αἰσχύλῳ παραδόξως τὰ τοῦ Λυκούργου βασίλεια κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Διονύσου θεοφορεῖται· Ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη· ὁ δ' Εὐριπίδης τὸ αὐτὸ τοῦθ' ἑτέρως ἐφηδύνας ἐξεφώνησε· Πᾶν δὲ ξυνεβάκχευσ' ὄρος. Ed. Robortelli et MS. Par. συνεβάκχευεν, unde συνεβάκχευ' legendum censet Porsonus Adversar. p. 266. cujus verba sunt; *Melius convenirent tempora, si legeretur συνεβάκχευ'.*

727. Aldus κύρει δ' Ἀγαυὴ. Brunckius et Matthiae 'κύρει δ' Ἀγαυὴ. Cujusmodi elisiones apud Euripidem rarissimae sunt. Pal. a correctore κυρεῖ δ' ἀγαυὴ, quod admisi. Ipse Aldus Ion. 41. κυρεῖ δ' ἀνιππεύοντος ἡλίου κύκλῳ | προφῆτις εἰσβαίνουσα μαντεῖον θεοῦ. Victorius etiam El. 777. κυρεῖ δὲ κήποις ἐν καταῤῥύτοις βεβὼς, | δρέπων τερείνης μυρσίνης κάρᾳ πλόκους. Plura vide ad Sophoclis Oed. T. 1245. ubi nunc legitur: καλεῖ τὸν ἤδη Λάϊον πάλαι νεκρόν.

728. Aldus κἀγὼ ξυνεπήδησ'. Pal. Laur. κἀγὼ 'ξεπήδησ'. Sic etiam e MSS. Par. Musgravius. Heathius conjecerat κἀγὼ 'πιπήδησ'.

729. Margo Barnesianae non male ἐκρυπτόμην. MUSGRAVIUS. Pal. ἐνθ' ἐκρύπτομεν δέμας. Barnesii conjecturam admisit Brunckius, repudiavit Matthiae. Si propter singulare δέμας Barnesio displicuit plurale ἐκρύπτομεν, scire debebat, nihil in his literis ea constructione usitatius esse. Exempla vide ad Med. 1108=1077. ubi recte Brunckius: σῶμά τ' ἐς ἥβην ἤλυθε τέκνων. In primis observatu dignum est, quod praebet noster Cycl. 223. ὁρῶ γέ τοι τούσδ' ἄρνας ἐξ ἄντρων ἐμῶν | στρεπταῖς λύγοισι σῶμα συμπεπλεγμένους.

731. Aldus τῶνδ' cum plena distinctione, deinde ὑπ' ἄλλ' ἕπεσθέ μοι. Pal. τῶνδ' ὕπ'. ἀλλ' ἕπεσθέ μοι. Laur. omnino recte. Recte distinguunt edd. recentiores, quarum nonnullae in accentu peccant. Aldinam scripturam corrigere voluit Brodaeus, in cujus annota-

ἕπεσθε, θύρσοις διὰ χερῶν ὡπλισμέναι. —
ἡμεῖς μὲν οὖν φεύγοντες, ἐξηλύξαμεν
Βακχῶν σπαραγμόν. αἱ δὲ νεμομέναις χλόην
μόσχοις ἐπῆλθον χειρὸς ἀσιδήρου μέτα.
καὶ τὴν μὲν ἂν προσεῖδες εὔθηλον πόριν
μυκωμένην ἔχουσαν ἐν χεροῖν δίκῃ·

tione leguntur verba: ἀνδρῶν ὕπο, ἐπῆλθον, sine gladiis irruerunt. Diversa conjunxit typographus.

733. An φυγόντες.

734. Laur. βακχῶν σπαραγμῶν.

Ibid. Pal. νεμομέναι.

735. Omnes libri χειρὸς ἀσιδήρου, anapaestum in quarta sede exhibentes. [Elmsleio hoc nos debere putavimus, ut χειρὸς, miro errore in χερὸς ab eo mutatum, restitueremus. ED. LIPS.]

736. Verba εὔθηλον πόριν *pinguem juvencam* vertit Portus. Eodem adjectivo utitur noster Iph. A. 579. εὔθηλοι δὲ τρέφοντο βόες. Ubi Portus *laeti*, Barnesius *mammosae*, quae vera vocabuli significatio videtur. Suidas: Θηλὴ μαστὸς ὁ γαλουχῶν.

Ibid. Πόρτις apud Aeschylum et Sophoclem legitur, πόρις apud Euripidem, qui dixit Suppl. 628. Ἰὼ Ζεῦ, τᾶς παλαιομάτορος | παιδογόνε Ἰνάχου.

737. Reiskius ἕλκουσαν, Musgravius ἄγουσαν pro ἔχουσαν legendum conjicit. Vide ad verba ἐν χεροῖν δίκα.

Ibid. Ἔχουσαν ἐν χεροῖν δίκᾳ, ἐν χειρῶν νόμῳ, id est, *vitulam interficientem*: Est enim χειρῶν νόμος, *consertis manibus rem gerere ac pugnare*. Brodaeus. Δίκᾳ) δίκῃ, πρὸς δίκην, πρὸς τιμωρίαν. *In manibus tenere ad poenam.* Vel haec ἐν χεροῖν δίκᾳ idem valent ac ἐν χειρῶν νόμῳ, *belli jure*. Portus. Scaliger et Duportus δίχα legunt; hoc est *bifariam*, utpote διασπάρακτον. Barnesius. Brodaeum sequitur Musgravius, Scaligerum Reiskius, Brunckius et Matthiae. Quin et Muretum ad Catullum p. 827. δίχα legere monet Porsonus Adversar. p. 266. Brunckius confert v. 1208. χωρίς τε θηρὸς ἄρθρα διεφορήσαμεν. Si idem significant ἔχειν δίχα et χωρὶς διαφορεῖν, ego non video, qui locus sit verbis ἄλλαι δὲ δαμάλας διεφόρουν σπαράγμασιν. Ecquis enim unquam ita loquutus est: καὶ τὴν μὲν ἂν προσεῖδες βοῦν διασπαράσσουσαν, ἄλλαι δὲ βόας διεσπάρασσον. Dicet fortasse aliquis, diversa esse πόρις et δαμάλη. De qua re obscurius est Theocriti testimonium Idyll. I. 74. πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι, | πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο. Sed Euripides, qui paullo ante μόσχοις dixit pro βουσὶν, eodem sensu et πόριν et δαμάλας dixisse videtur. Neque ἔχουσαν δίχα pro διασπαράσσουσαν dici posse existimo. Praestat igitur altera scriptura ἔχουσαν ἐν χεροῖν δίκῃ, *tenentem manuum jure*, id est, βίᾳ, πρὸς βίαν, *vi*. Ἐν χειρῶν νόμῳ dixit Herodotus VIII. 89. ἅτε γὰρ νέειν ἐπιστάμενοι, τοῖσι αἱ νῆες διεφθείροντο, καὶ μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι, ἐς τὴν Σαλαμῖνα διένεον. Sic etiam Aeschines in Timarchum p. 261. A. φυλακτέον δὲ τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς, καὶ τοῖς τὴν ἄνισον πολιτείαν πολιτευομένοις, τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας. Plura congesserunt interpretes. Nemo, quod sciam, praeter Euripidem ἐν χειρῶν δίκῃ dixit. Sed Hesiodeum χειροδίκαι haud inepte confert Musgravius. Ceterum Aldus et MSS. non δίκῃ, neque δίκᾳ, sed δίκα habent. Olim conjeci: μυκωμένην ἔχουσαν ἂν χεροῖν βίᾳ. Διὰ χερῶν pro ἐν χερσὶν modo dixit noster v. 732.

ἄλλαι δὲ δαμάλας διεφόρουν σπαράγμασιν.
εἶδες δ' ἂν ἢ πλεύρ', ἢ δίχηλον ἔμβασιν,
ῥιπτόμεν' ἄνω τε καὶ κάτω. κρεμαστὰ δὲ
ἔσταζ' ὑπ' ἐλάταις ἀναπεφυρμέν' αἵματι.
ταῦροι δ' ὑβρισταὶ, κεἰς κέρας θυμούμενοι
τὸ πρόσθεν, ἐσφάλλοντο πρὸς γαῖαν δέμας,
μυριάσι χειρῶν ἀγόμενοι νεανίδων.
θᾶσσον δὲ διεφοροῦντο σαρκὸς ἐνδυτὰ,

Aldus δίκας pro δίας dedit Heracl. 1032. οἴκους pro οἴους Hel. 880.

739. Aldus πλευρὰν. Barnesius πλεῦρ', quod in πλεύρ' mutavit Schaeferus. Musgraviana πλευρ' sine accentu.

Ibid. Aldus διχηλὸν ut στηλόν. Errorem in exemplo suo correxit Scaliger. Barnesius diserte δίχηλον.

740. [Notandum ῥιπτόμενα pro ῥιπτομένην. Cujus constructionis exempla non dederunt Matthiae et Buttmannus. *Ex Addendis.*]

Ibid. Aldus: ἄνω, καὶ κάτω. Pal. Laur. ἄνω τὲ καὶ κάτω. Barnesius ἄνω τε καὶ κάτω auctoribus Scaligero et Porto. Eadem verba leguntur v. 755.

Ibid. Aldus recte κρεμαστὰ δὲ. Sed δὲ ita scriptum exhibet, ut ab imperito typographo pro δ' accipi possit. Unde edd. nonnullae κρεμαστὰ δ'.

742. Κεἰς κέρας θυμούμενοι, *et cornibus ferociter insultantes.* Athenaeus Dipnos. β. κὲκ κέρως θυμούμενοι legit. Brodaeus. Athenaeus p. 38. E. εἰσὶ δ' οἳ καὶ θυμικοὶ γίνονται. Εὐριπίδης Ταῦροι δ' ὑβρισταὶ κεἰς κέρας θυμούμενοι. Eustathius p. 1910, 18. καθότι οὖν θυμικὸν ὁ ταῦρος, ὡς καὶ Εὐριπίδης δηλοῖ ἐν τῷ, ταῦροι δ' ὑβρισταὶ εἰς κέρας θυμούμενοι, ταύροις εἰκαστέον τοὺς ἐξοίνους. Euripidem sequi videtur Aelianus de Nat. Animal. IV. 55. ὅταν δὲ ὑφεθῇ [ὁ βοῦς], πολλάκις τῷ ὑπάλλει παίσας συνέτριψε μέρος τι τοῦ βουκόλου· πολλάκις δὲ καὶ θυμωθεὶς εἰς κέρας, εἶτα ἐμπεσὼν, ἀπέκτεινεν αὐτόν. Idem XVI. 37. εἰσὶ δὲ ἄγριοι καὶ ὑβρισταὶ [οἱ βόες], καὶ εἰς κέρας θυμοῦνται δεινῶς. Idem ὑπὸ θυμοῦ τεθηγμένον ταῦρον καὶ ὑβρίζοντα εἰς κέρας dixit IV. 48. Sic etiam Latini. Virgilius Georg. III. 232. *et tentat sese, atque irasci in cornua discit,* | *arboris obnixus trunco.* Idem Aen. XII. 103. *Mugitus veluti cum prima in proelia taurus* | *terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat,* | *arboris obnixus trunco.* Ovidius Metam. VIII. 882. *Armenti modo dux, vires in cornua sumo.* Haec exempla non docent, quid sit εἰς κέρας θυμοῦσθαι, *irasci in cornua*, neque satis mihi faciunt interpretes. Musgravius: *Significare videtur taurus, capite oblique demisso, ictum minitans: quod Nonno est ὀξὺ κέρας δοχμώσεν p. 719.* Conferendus omnino noster Hel. 1571. ταύρειος δὲ πούς | οὐκ ἤθελ' ὀρθὸς σανίδα προσβῆναι κάτα, | ἀλλ' ἐξεβρυχᾶτ', ὄμμ' ἀναστρέφων κύκλῳ· | κυρτῶν τε νῶτα, κεἰς κέρας παρεμβλέπων, | μὴ θιγγάνειν ἀπεῖργεν.

743. Aldus τοπρόσθεν. Pal. Laur. τὸ πρόσθεν.

Ibid. Reiskius πρὸς γᾶν δέσμιοι.

744. Μυριάδας pro μυρίας dixisse videtur tragicus Rhes. 913. μυριάδας τε πόλεις | ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἐκένωσεν. Unde nescio an legendum μυριάσι χερσὶν apud Euripidem.

745. Σαρκὸς ἐνδυτὰ, *pelles.* Brodaeus. Ut ἐνδυτὰ νεβρίδων v. 111. ipsae sunt νεβρίδες, ita σαρκὸς ἐν-

ἢ σὺ ξυνάψαις βλέφαρα βασιλείοις κόραις.
χωροῦσι δ' ὥστ' ὄρνιθες ἀρθεῖσαι δρόμῳ,
πεδίων ὑποτάσεις, αἳ παρ' Ἀσωποῦ ῥοαῖς
εὔκαρπον ἐκβάλλουσι Θηβαίων στάχυν·
Ὑσιάς τ' Ἐρυθράς θ', αἳ Κιθαιρῶνος λέπας
νέρθεν κατῳκήκασιν, ὥστε πολέμιοι,

ἔνδυτα pro ipsa carne, quae ossium tegumentum est, malo accipere. Quam interpretationem confirmare videtur noster v. 1133. πᾶσα δ' ἡματωμένη | χεῖρας, διεσφαίριζε σάρκα Πενθέως. Caveant autem tirones, ne ἔνδυτα pro nominativo accipiant, quod fecisse videtur Portus. Ejusdem constructionis exemplum praebet noster v. 743. ἐσφάλλοντο πρὸς γαῖαν δέμας. Quod ad accentum attinet, Aldus ἔνδυτα dedit, nec variare videntur MSS. Barnesius, quem sequuntur Brunckius et Matthiae, diserte ἐνδυτά. Musgravius ut Aldus.

746. Pal. ἢ σὺ ξυνάψαι. Laur. ἢ σὲ ξυνάψαι. Quam scripturam admisit Matthiae. Vulgatam confirmare videtur noster Hipp. 1186. καὶ θᾶσσον ἢ λέγοι τις, ἐξηρτυμένας | πώλους παρ' αὐτὸν δεσπότην ἐστήσαμεν. Indicativum habet El. 824. θᾶσσον δὲ βύρσαν ἐξέδειρεν, ἢ δρομεὺς | δισσοὺς διαύλους ἱππίους διήνυσε. Revocavi igitur ἢ σὺ ξυνάψαις. Qua ratione absit ἄν, non hujus est loci dicere.

Ibid. Βασιλείοις κόραις. Male haec ad pupillas oculorum Penthei referunt. Βασίλειοι κόραι sunt tres Cadmi filiae. Musgravius. Βασιλείαις κόραις refertur ad διεφοροῦντο, tanquam si scriptum esset, θᾶσσον διεφοροῦντο ὑπὸ τῶν βασιλείων κορῶν, ἢ σὺ — Eaedem infra v. 1078. [1087.] Κάδμου κόραι, *Cadmi filiae*, dicuntur. Brunckius. Qui solus βασιλείαις. Matthiae ut vulgo βλέφαρα βασιλείοις κόραις, omissa distinctione, quam post βλέφαρα invexerat Musgravius, cujus interpretatio valde inepta mihi videtur.

748. Aldus πεδίων ὑπὸ τάσεις. Reiskius ἐπὶ τάσεις. Heathii conjecturam ὑποτάσεις tacite admisit Musgravius, nec dissentiunt Pal. et Laur. Vocabulum ita explicat Heathius: *Ideo autem* ὑποτάσεις *appellantur, quod camporum aequora ita sub monte Cithaerone extendebantur.*

Ibid. Aldus Αἰσωποῦ, quod nemo correxit ante Musgravium. Imo *Aesopi* interpretes Latini. In Laur. recte scriptum ἀσωποῦ. Aldus etiam Ἀσωποῦ v. 1042.

749. Aldus Θηβαῖον. Laur. Θηβαίων, quod e MSS. Par. admisit Brunckius. *Non* (inquit) *deterius esset* Θηβαίοις.

750. Brunckius: Ὑσίας δ', Ἐρυθράς θ'. Quae verba non a χωροῦσι sed ab ἐπεισπεσοῦσαι pendere recte monet. Mutavit igitur particulam, et plenius quam in superioribus editionibus post στάχυν distinxit. Hoc quidem recte. Particula vero τε, ni fallor, aeque bene huic constructioni convenit ac δέ. Confer vv. 668. 1128. Eam igitur revocavi.

Ibid. Aldus Ὑσίας τ' ἐρυθρὰς, *et ad Hysias rubras.* Ita enim interpretatur Portus. Paullo mendosius Pal. ὑσίας τ' ἐρυθρᾶς. Melius Laur. ὑσίας τ' ἐρυθρὰς θ'. Barnesius Ὑσίας τ' Ἐρυθράς θ'. Ita legendum jampridem viderat Brodaeus, e cujus penu veniunt, quae de his oppidis dixit Barnesius. Instar omnium erit Pausanias IX. c. 2. p. 714. γῆς δὲ τῆς Πλαταιΐδος ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ὀλίγον τῆς εὐθείας ἐκτραπεῖσιν ἐς δεξιά, Ὑσιῶν καὶ Ἐρυθρῶν ἐρείπιά ἐστι, πόλεις ποτὲ τῶν Βοιωτῶν ἦσαν, κ. τ. ἑ.

ἐπεισπεσοῦσαι, πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
διέφερον, ἥρπαζον μὲν ἐκ δόμων τέκνα,
ὁπόσα δ' ἐπ' ὤμοις ἔθεσαν, οὐ δεσμῶν ὕπο
προσείχετ', οὐδ' ἔπιπτεν εἰς μέλαν πέδον,
οὐ χαλκός, οὐ σίδηρος. ἐπὶ δὲ βοστρύχοις
πῦρ ἔφερον, οὐδ' ἔκαιεν. οἱ δ' ὀργῆς ὕπο
εἰς ὅπλ' ἐχώρουν, φερόμενοι Βακχῶν ὕπο.
οὗπερ τὸ δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν, ἄναξ.
τοῖς μὲν γὰρ οὐχ ἥμασσε λογχωτὸν βέλος,

754. Cum hoc versu, qui in editione Oxon. est 755. desinunt duo regii codices: non, ut ait Musgravius in notis, cum v. 751. qui nobis est 740. [hujus ed. 750.] Post verba οὐ δεσμῶν ὕπο, G. in fine paginae habet λείπει. In E. post eadem verba ad latus scriptum, λείπει φύλλα τρισκαίδεκα, cujus rei fides penes librarium esto. Quae hujus dramatis in eodem codice exstant, XIX. foliis continentur. Brunckius. Musgravius in annotatione ad v. 751. suae ed. *Porro in hoc versu desinunt* MSS. E. G. Idem in indice codicum: *denique Bacchae usque ad v.* 754. *ubi adjecit Librarius verba* λείπει φύλλα τρὶς καὶ δέκα. Imo, usque ad v. 755. qui nobis est 754. Verba λείπει φύλλα τρισκαίδεκα non librarius codicis E. sed ipse Lascaris scripsit, modo ejus manu exaratum sit epigramma, quod in initio libri legitur: Σοὶ τόδε, θεῖε 'Ρίδολφ', οὐκ εὐτελὲς, εἴγε ποθεινὸν, | ἀντ' εὐεργεσίης Λάσκαρις ἀντίδοσιν. Eadem manus in altero volumine ejusdem codicis E. haec scripsit: Ἰστέον ὅτι τὸ δρᾶμα τὸ ἐπιγραφόμενον ἡ Ἠλέκτρα οὐκ ἐξέδωκεν Ἄλδος, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς οἶμαί πω. ζητητέον δὲ εἴ ἐστιν Εὐριπίδου, καὶ τίνος ἐστί. τέτακται δὲ πέμπτον ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ. ἄρχεται δὲ, ὦ γῆ παλαιὰ Ἄργος Ἰνάχου ῥοαί. Quum folia tredecim deesse monuit, ad Aldinam editionem respexisse mihi videtur. Nam si folium in quo legitur v. 754. *primum* appellabimus, primum Cyclopis folium erit decimum quartum. Sed decimum tertium non nisi charta pura est, neque in censum venire debebat. In Laur. nihil annotatum est praeter λείπει a recentiori manu. Plura dixi in praefatione.

757. Aldus οὐδ' ἔκαιεθ'. Solus Matthiae οὐδ' ἐκάεθ'. Cui verbo nominativum τὰ βόστρυχα suppeditat Barnesius. Apud Nonnum quidem reperi βόστρυχα, apud tragicos autem non nisi βόστρυχοι et βοστρύχους. Reposui igitur οὐδ' ἔκαιεν, nempe τὸ πῦρ. Ἔκαιεν an ἔκαεν rectius scribatur, ad Sophoclem aliquando quam potero accuratissime disputabo. Interea iis accedo, qui αἰετὸς, καίειν et κλείειν apud tragicos servanda existimant.

758. Φερόμενοι pro συλώμενοι. Porti interpretationem *agitati* in *spoliati* mutavit Barnesius. Activam formam habet noster Hec. 803. οἵτινες ξένους | κτείνουσι, καὶ θεῶν ἱερὰ τολμῶσιν φέρειν.

759. Noster Med. 1167. τοὐνθένδε μέντοι δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν. Sequentia propter articulum affero. Iph. T. 320. οὗ δὴ τὸ δεινὸν παρακέλευσμ' ἠκούσαμεν. Ibid. 1366. ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν γενειάδων.

760. Aldus: τοὺς μὲν γὰρ οὐχ ἥμασσε λογχωτὸν βέλος. Pal. τὰς μὲν γὰρ οὐχ ἥμασσε λογχωτὸν βέλος. Legendum τὰς μὲν γὰρ monuit Brodaeus. MSS. Stephani τῶν et τοῖς, quorum alterutram Bro-

κεῖναι δὲ θύρσους ἐξανιεῖσαι χερῶν,
ἐτραυμάτιζον κἀπενώτιζον φυγῇ
γυναῖκες ἄνδρας, οὐκ ἄνευ θεῶν τινος.
πάλιν δ' ἐχώρουν ὅθεν ἐκίνησαν πόδα,
κρήνας ἐπ' αὐτὰς, ἃς ἀνῆκ' αὐταῖς θεός.
† νίψαντο δ' αἷμα. σταγόνα δ' ἐκ παρηΐδων
γλώσσῃ δράκοντες ἐξεφαίδρυνον χροός.
τὸν δαίμον' οὖν τόνδ', ὅστις ἔστ', ὦ δέσποτα,
δέχου πόλει τῇδ'. ὡς τά τ' ἄλλ' ἐστὶν μέγας,
κἀκεῖνό φασιν αὐτὸν, ὡς ἐγὼ κλύω,
τὴν παυσίλυπον ἄμπελον δοῦναι βροτοῖς.

daei conjecturae anteponendum esse subtili disputatione demonstrare conatur. Genitivum habent edd. recentiores ante Barnesium, qui τὰς admisit. Sic etiam Musgravius in annotatione, qui nescio quo casu in textu habet Τοὺς. Genitivum revocavit Brunckius, quem sequitur Matthiae. Omnino legendum τοῖς, unde fluxit et τοὺς et τάς. Longius ab his abest τῶν, neque legi potest τὰς μὲν sequente κεῖναι δὲ. Hoc argumento neque Stephanus usus est, neque qui sententiam ejus amplexus est Heathius.

Ibid. Edd. recentiores λογχωτὸν ex emendatione Stephani, quam confirmat Pal. Ἔγχεά τε λογχωτά dixit Bacchylides apud Fulvium Ursinum p. 200.

761. Plutarchus T. II. p. 614. A. ὡς γὰρ αἱ παρ' Εὐριπίδῃ Μαινάδες ἄνοπλοι καὶ ἀσίδηροι τοῖς θυρσαρίοις παίουσαι τοὺς ἐπιτιθεμένους τραυματίζουσιν, οὕτω τῶν ἀληθινῶν φιλοσόφων καὶ τὰ σκώμματα καὶ οἱ γέλωτες τοὺς μὴ παντελῶς ἀτρώτους κινοῦσιν ἀμωσγέπως καὶ συνεπιστρέφουσιν.

762. *Κἀπενώτιζον φυγῇ. Terga vertere coegerunt:* significatione transitiva. Neutrum νωτίζω exstat Androm. 1138. [1141.] οἱ δ' ὅπως πελειάδες | ἱέρακ' ἰδοῦσαι, πρὸς φυγὴν ἐνώτισαν. Et Soph. Oed. 193. Brunckius.

763. Pal. γυναῖκας ἄνδρας.

Ibid. Aeschylus Pers. 164. ὄλβον, ὃν Δάρειος ἦρεν οὐκ ἄνευ θεῶν τινος.

764. Ὅθεν pro ἐκεῖσε ὅθεν. Vide ad ἵνα v. 1380.

765. Aldus κρήναις ἐπ' αὐταῖς. Pal. κρήνας ἐπ' αὐτὰς. Sic etiam Bentleius ad Horatium et Reiskius, quorum conjecturam a Musgravio probatam admisit Brunckius. [Porsonus vero apud Kiddium p. 190. κρήναις τ' ἐπ' αὐταῖς, ἃς ἀνῆκ' αὐταῖς θεὸς, | αἵματος ἔνιψαν σταγόνα, καὶ παρηΐδων | γλώσσῃ δράκοντες ἐξεφαίδρυναν χροός. *Ex Addendis.*]

766. De νίψαντο vide ad γυμνοῦντο v. 1152.

767. Aldus δράκοντος. Brunckius δράκοντες ex conjectura Reiskii, cujus verba sunt: *Constructio est* δράκοντες ἐφαίδρυνον σταγόνα ἐκ τοῦ χροὸς ἐκ τῶν παρηΐδων. —— *Nam* ἐκ παρηΐδων *est idem atque* ἐν ταῖς παρειαῖς. Quam interpretationem falsam esse ostendit noster Hel. 1095. παρῇδί τ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ χροός. Constructio igitur est: δράκοντες ἐξεφαίδρυνον σταγόνα ἐκ παρηΐδων χροός.

770. Noster Phoen. 744. Ἐπεὶ ἄνδρας αὐτοῖς φασιν, ὡς ἤκουσ' ἐγὼ, κ. τ. ἑ. Nihil de his tautologiae exemplis dixit Brunckius, qui minus facilem se praebuit ad Med. 288=282. κλύω δ' ἀπειλεῖν σ', ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι.

οἴνου δὲ μηκέτ᾽ ὄντος, οὐκ ἔστιν Κύπρις,
οὐδ᾽ ἄλλο τερπνὸν οὐδὲν ἀνθρώποις ἔτι.
ΧΟ. Ταρβῶ μὲν εἰπεῖν τοὺς λόγους ἐλευθέρους
εἰς τὸν τύραννον· ἀλλ᾽ ὅμως εἰρήσεται.
Διόνυσος ἥσσων οὐδενὸς θεῶν ἔφυ.
ΠΕ. Ἤδη τόδ᾽ ἐγγὺς, ὥστε πῦρ, ἐφάπτεται
ὕβρισμα Βακχῶν, ψόγος ἐς Ἕλληνας μέγας.
ἀλλ᾽ οὐκ ὀκνεῖν δεῖ. στεῖχ᾽ ἐπ᾽ Ἠλέκτρας ἰὼν
πύλας. κέλευε πάντας ἀσπιδηφόρους,
ἵππων τ᾽ ἀπαντᾶν ταχυπόδων ἐπεμβάτας,
πέλτας θ᾽ ὅσοι πάλλουσι, καὶ τόξων χερὶ
ψάλλουσι νευρὰς, ὡς ἐπιστρατεύσομεν
Βάκχαισιν. οὐ γὰρ ἀλλ᾽ ὑπερβάλλει τάδε,
εἰ πρὸς γυναικῶν πεισόμεσθ᾽ ἃ πάσχομεν.
ΔΙ. Πείθει μὲν οὐδὲν, τῶν ἐμῶν λόγων κλύων,

772. Quidam μὴ παρόντος. Brodaeus. Tres versus 771. 772. 775. sine ulla scripturae diversitate leguntur apud Athenaeum p. 40. B. Ex Athenaei verbis sola Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις φησὶ hodie exstant. E medio versu sumtum illud, *Sine Cerere et Baccho friget Venus*, monent interpretes.

775. Noster Hec. 824. καὶ μὴν ἴσως μὲν τοῦ λόγου κενὸν τόδε, | Κύπριν προβάλλειν· ἀλλ᾽ ὅμως εἰρήσεται.

779. Hujus portae meminit Aeschylus Theb. 429. Euripides Phoen. 1136. 1565. Suppl. 651. aliique. Per eam, ni fallor, ex Attica venientes urbem ingrediebantur. Non mirum igitur, si saepius eam memorant Athenienses quam ceteras Thebarum portas.

783. Verba ὡς ἐπιστρατεύσομεν Βάκχαισι caveant tirones ne cum Porto, quem sequuntur Barnesius et Musgravius, Latine reddant *ut bellum inferamus Bacchis*. Quo sensu ἐπιστρατεύσωμεν dixisset Euripides. Hoc ὡς non ἵνα sed ἐπεὶ significat. Nihilo melius rem gessit Portus ad Andr. 7.5 ἔπαιρε σαυτὴν, ὡς ἐγὼ, καίπερ τρέμων, | πλεκτὰς ἱμάντων στροφίδας ἐξανήσομαι. Sed exemplum magis observatione dignum praebet Sophocles Oed. C. 1725. AN. Πάλιν, φίλα, συθῶμεν. ΙΣ. Ὡς τί ῥέξομεν; Sic enim legendum.

784. Οὐ γὰρ ἀλλὰ, ἀντὶ τοῦ, καὶ γάρ. Brodaeus. Noster Suppl. 570. Κλύοιμ᾽ ἄν. οὐ γὰρ ἀλλὰ δεῖ δοῦναι μέρος. Iph. T. 1005. οὐ γὰρ ἀλλ᾽ ἀνὴρ μὲν ἐκ δόμων | θανὼν, ποθεινὸς, τὰ δὲ γυναικὸς ἀσθενῆ. Nec saepius apud Euripidem. Aristophanes Nub. 232. οὐ γὰρ ἀλλ᾽ ἡ γῆ βίᾳ | ἕλκει πρὸς αὑτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος. Schol. Οὐ γὰρ, ἀλλ᾽ ἡ γῆ βίᾳ: ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ, Ἀττικῶς. Καλλίμαχος· Ἀκούσαθ᾽ Ἱππώνακτος. οὐ γὰρ ἀλλ᾽ ἥκω. ἀντὶ τοῦ, καὶ γάρ.

786. Versui huic et sequentibus per totam scenam (exceptis quos mox notabimus), qui *Nuncio* vulgo tribuuntur, praefigenda est Bacchi persona. Tyrwhittus. Similia monuit Heathius, qui ad verba ὡς ἐπιστρατεύσομεν Βάκχαισι haec annotavit: *Post haec verba protinus e scena egreditur Nuncius jussa Penthei peracturus, neque amplius in hoc actu comparet.* Hos sequitur Musgravius in an-

Πενθεῦ. κακῶς δὲ πρὸς σέθεν πάσχων ὅμως,
οὔ φημι χρῆναί σ᾽ ὅπλ᾽ ἐπαίρεσθαι [1] θεῷ, — 1 θεῷ.
ἀλλ᾽ [2] ἡσυχάζειν. Βρόμιος οὐκ ἀνέξεται — 2 ἡσύχαζε.
κινοῦντα Βάκχας εὐΐων ὀρῶν ἄπο.
ΠΕ. Οὐ μὴ φρενώσεις μ᾽, ἀλλὰ δέσμιος φυγὼν
σώσει τόδ᾽; ἢ σοὶ πάλιν ἀναστρέψω δίκην.
ΔΙ. Θύοιμ᾽ ἂν αὐτῷ μᾶλλον, ἢ θυμούμενος,

notatione, Brunckius in textu. Reiskii sententiam vide ad v. 845.

787. Ita distinguit Aldus: κακῶς δὲ πρὸς σέθεν πάσχων, ὅμως | οὔ φημι κ. τ. ἑ. Sic etiam v. 1315. καὶ γὰρ οὐκέτ᾽ ὢν, ὅμως | τῶν φιλτάτων κ. τ. ἑ. Distinctiones in Hervagiana secunda omissas revocavit Brunckius. Aut post ὅμως ponendae, aut omnino omittendae mihi videntur. Plura vide ad Sophoclis Aj. 15. ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς ὅμως, | φώνημ᾽ ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενί.

789. Malim ἀλλ᾽ ἡσύχαζε cum plena distinctione post superiora verba. Homerus Il. Τ. 196. ἀλλά σ᾽ ἔγωγ᾽ ἀναχωρήσαντα κελεύω | ἐς πληθὺν ἰέναι, μηδ᾽ ἀντίος ἵστασ᾽ ἐμεῖο, | πρίν τι κακὸν παθέειν. ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

790. Aldus κινοῦντι. Edd. recentiores κινοῦντα. Ita noster Alc. 305. τούτους ἀνασχοῦ δεσπότας ἐμῶν δόμων. Ibid. 944. πῶς γὰρ δόμων τῶνδ᾽ εἰσόδους ἀνέξομαι; Andr. 933. σὺ τὴν κακίστην αἰχμάλωτον ἐν δόμοις | δούλην ἀνέξει σοὶ λέχους κοινουμένην; Constructio ut apud Sophoclem Aj. 136. σὲ μὲν εὖ πράσσοντ᾽ ἐπιχαίρω.

791. Aldus: οὐ μὴ φρενώσεις μ᾽, ἀλλὰ δέσμιος φυγὼν, | σώσει τόδ᾽, ἢ σοὶ πάλιν ἀναστρέψω δίκην. Nihil e Pal. enotavit Amatius, praeter σώσῃ τόδ᾽ ἢ σοί. Mire variant interpretes. Quae dixerunt Brodaeus et Reiskius, ut nimis absurda, memorare supersedeo. Portus: *Nequaquam me castigabis: sed vinctus*, aut *elapsus fuga*, *servabis hoc* tuum corpus, *aut alias infligam tibi poenam*. Idem σώσει Attice dictum pro σώσῃ, hoc autem pro σώσεις accipiendum monet. Heathius: *Haudquaquam me castigabis, sed vinctus cum fuga sis elapsus, hoc malum emendabis, aut in te iterum poenam revolvam.* Is σώσεις reponendum censet. Sic etiam Scaliger. Tyrwhittus: Οὐ μὴ φρενώσεις, ἀλλὰ δέσμιος φυγὼν | δώσεις, ὅταν σοι πάλιν ἀναστρέψω, δίκην. *Non me docebis, sed vinctus fugarum | dabis poenas, cum tibi rursus rediero.* Hanc scripturam recte improbat Musgravius, qui vulgatam ita explicat: *Non tu desines me admonere, sed cum ex vinculis evaseris, hoc contentus eris? Alioqui tibi poenam hanc redintegrabo.* Ita in annotatione, neque multo secus in versione Latina. Idem sensu non mutato legi posse monet: ἢ σοι πάλιν ἀναστρέψει δίκη. Recte explicuit verba Οὐ μὴ φρενώσεις με, de quibus vide ad Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα v. 343. Μή με νουθέτει eodem sensu dixit noster Ion. 1597. μὴ σὺ νουθέτει Herc. 855. Deinde δέσμιος φυγὼν pro ἐκ δεσμῶν φυγὼν dictum videtur. Quod sequitur σώσει τόδε interpretatur Brunckius: *hoc tibi conserva; hoc ne amittas caveto.* Nempe, τὸ πεφευγέναι σε ἐκ δεσμῶν. Nostri, *keep this in mind.* Confert Brunckius Sophoclem El. 1257. Ξύμφημι κἀγώ. τοιγὰρ οὖν σώζου τόδε. Plura ad διώλεσα, quod pro ἐπελαθόμην dixit idem Oed. T. 318. [Jacobsius Exercitat. Crit. T. I. p. 152. τόδ᾽ ἤν σοι πάλιν ἀναστρέψω, cetera ut Tyrwhittus. *Ex Addendis.*]

πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ.
ΠΕ. Θύσω, φόνον γε θῆλυν, ὥσπερ ἄξιαι,
πολὺν ταράξας ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς.
ΔΙ. Φευξεῖσθε πάντες. καὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀσπίδας
θύρσοισι Βακχῶν ἐκτρέπειν χαλκηλάτους.

794. Zenobius V. 70. Πρὸς κέντρα λακτίζειν: παροιμία, ἧς μέμνηται Εὐριπίδης· Πρὸς κέντρα λακτίζοι θνητὸς ὢν θεῷ. καὶ Αἰσχύλος δὲ ταύτης μέμνηται. De eo vix quidquam indictum reliquerunt Erasmus Chil. I. Centur. III. 46. p. 131. et interpretes Novi Testamenti ad Acta Apost. 9, 5. 26, 14. Sequentia collegit Wetstenius. Pindarus Pyth. II. 174. ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτίζεμεν, ὀλισθηρὸς οἶμος. Aeschylus Prom. 322. οὔκ οὖν ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ, | πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς, εἰδὼς ὅτι | τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ. Ag. 1633. πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ παίσας μογῇς. Euripides Peliadum fragm. IV. Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου. Nondum mihi videre contigit Io. Georg. Hageri Dissertationem de Graecorum Proverbio πρὸς κέντρα λακτίζειν, quae Lipsiae prodiit a 1738. Noster Iph. T. 1396. non πρὸς κέντρα sed πρὸς κῦμα λακτίζοντες dixit.

795. Castigo θήσω. Sic infra [v. 835.] ἀλλ' αἷμα θήσεις. Nec me movet, quod supra dixerit [v. 793.] θύοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον. Idem in Orest. [831.] ἦ ματροκτόνον αἷμα χειρὶ θέσθαι. Brodaeus. Cujus conjecturam in edd. recentiores admissam, a Reiskio vero improbatam, repudiavit Musgravius. Idem φόνον a ταράξας regi monet. Insolitum fortasse sermonis genus φόνον ταράξαι, sed sensus perspicuus est, φόνου σὺν ταραγμῷ ποιῆσαι.

797. 798. Baccho tribuendum est hoc distichon, quod miror Interpretes non vidisse. Musgravius. Imo vidit Reiskius, cujus verba sunt: 797 et 798 non Pentheï sunt, sed nuncii, seu Dionysi ipsius. Viderunt etiam Heathius et Tyrwhittus. Vulgo Pentheo tribuuntur 795—798. nuncio 799. 800. 801. Personas recte constituit Brunckius, praeeuntibus Heathio, Tyrwhitto et in annotatione Musgravio.

797. Φευξοῦμαι pro φεύξομαι Dorice et Attice. Barnesius. Quod monere potuisset ad v. 658. ἡμεῖς δὲ σοὶ μενοῦμεν, οὐ φευξούμεθα. Hujus futuri praeter necessitatem usurpati alterum exemplum praebet noster Med. 604. ἐγὼ δ' ἔρημος τήνδε φευξοῦμαι χθόνα. Utrumque mihi suspectum est, eoque magis, quod in Aldina legitur Or. 1593. οὐ φευξούμεθα, πυρὶ δ' ἀνάψομεν δόμους. Nonnulli libri φευξούμεσθα Hipp. 1093. sed recte Aldus φευξόμεσθα.

Ibid. Reiskius καίτοι αἰσχρὸν. Musgravius κεἰ τόδ' αἰσχρὸν, etiamsi turpe sit, legendum conjecit. Nihil est in vulgata καὶ τόδ' αἰσχρὸν, quod mihi displiceat.

798. Activum ἐκτρέπειν pro passivo ἐκτρέπεσθαι positum Attice. Portus. Ἐκτρέπειν non hic pro ἐκτρέπεσθαι, sed ita locus exponendus: αἰσχρὸν γὰρ, ἡμᾶς, ἄνδρας ὄντας, ῥιψασπίδων δίκην, θύρσοις Βακχῶν γυναικῶν ἐκτρέπειν καὶ λιπεῖν τὰς ἀσπίδας ἡμῶν. Barnesius. Secundum Portum Musgravius. Ego potius Barnesio assentior, licet non optime mihi constet quid sit ἐκτρέπειν, quod pro ἀποβάλλειν aut λείπειν dictum vix putem.

799. Ἀπόρῳ, difficili. Herodotus IX. 46. τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες, πάντες ἔωσι ἱπποτοξόται, —— κῶς οὐκ ἂν εἴησαν οὗτοι ἄμα-

ΠΕ. Ἀπόρῳ γε τῷδε συμπεπλέγμεθα ξένῳ,
ὃς οὔτε πάσχων οὔτε δρῶν σιγήσεται.
ΔΙ. Ὦ τᾶν, ἔτ' ἐστὶν εὖ καταστῆσαι τάδε.
ΠΕ. Τί δρῶντα; δουλεύοντα δουλείαις ἐμαῖς;
ΔΙ. Ἐγὼ γυναῖκας δεῦρ' ὅπλων ἄξω δίχα.
ΠΕ. Οἴμοι, τόδ' ἤδη δόλιον εἴς με μηχανᾷ.
ΔΙ. Ποῖόν τι, σῶσαί σ' εἰ θέλω τέχναις ἐμαῖς;
ΠΕ. Ξυνέθεσθε κοινῇ τάδ', ἵνα βακχεύητ' ἀεί.
ΔΙ. Καὶ μὴν ξυνεθέμην τοῦτό γ', ἴσθι, τῷ θεῷ.
ΠΕ. Ἐκφέρετέ μοι δεῦρ' ὅπλα. σὺ δὲ παῦσαι λέγων.
ΔΙ. Ἆ. βούλει σφ' ἐν ὄρεσι συγκαθημένας ἰδεῖν;

χοί τε καὶ ἄκοροι προσμίσγειν;- Nostri, *troublesome.*

800. [Aldus ὡς οὔτε πάσχων.] Legebam olim ὅς. Nunc ὡς, *quippe*, commodius puto. Musgravius. Parum refert utrum legatur ὡς, an ὅς, quod forte in meliori codice reperietur. Brunckius. Admisi ὅς, licet Pal. vulgatam habeat.

801. Aldus ὅταν ἔτ' ἐστιν. Barnesius de solo metro sollicitus, aut ὅταν γ' legendum monet, aut ex conjectura Scaligeri ὦ τάν. Quam scripturam a Reiskio, Heathio, Tyrwhitto et Musgravio laudatam admisit Brunckius. Alii ὦ τᾶν, alii ὦ τὰν, alii ὦ 'τὰν scribunt. Aldus ὦ τὰν Cycl. 534. Heracl. 322. ὦ τᾶν Heracl. 688. et apud Sophoclem Phil. 1387. Saepius non legitur apud tragicos.

802. Pal. a prima manu δουλίαις. Paullo aliter noster Ion. 747. Γυναῖκες, ἱστῶν τῶν ἐμῶν καὶ κερκίδος | δούλευμα πιστόν. Simili modo κήδευμα pro κηδεστὴς Or. 477. et alia passim.

804. Noster Andr. 1066. Οἴμοι, τόδ' ἤδη δεινόν.

Ibid. Pal. a prima manu δούλιον pro δόλιον.

Ibid. Omnes libri recte εἴς με. Euripides Or. 394. Φειδόμεθ'. ὁ δαίμων δ' εἴς με (Aldus εἰς ἐμὲ) πλούσιος κακῶν. Ibid. 734. Μενέλεως κάκιστος εἴς με (Aldus εἰς ἐμὲ) καὶ κασιγνήτην ἐμήν. Aristophanes Eq. 292. Βλέψον εἴς μ' ἀσκαρδάμυκτος. Qui apud Euripidem ἐς ἐμὲ reponunt, nesciunt ἐς apud tragicos nunquam in iambico metro mediam pedis trisyllabi syllabam esse. Vide ad Iph. T. 65. 354. Musei Crit. Cant. T. II. p. 275. 285. Male rem gessit Matthiae ad Tro. 991=986.

807. Aldus: καὶ μὴν ξυνεθέμην, τοῦτό γ' ἔστι, τῷ θεῷ. Pal. καὶ μὴ ξυνεθέμην τοῦτο γ' ἔστι τῷ θεῷ. Reiskius: καὶ μὴν ξυνεθέμην οὐ μάχεσθαι τῷ θεῷ. Tyrwhittus: καὶ μὴν ξυνεθέμην τοῦτο γ' ἔς τι τῷ θεῷ; Brunckius ex conjectura Musgravii: καὶ μὴν ξυνεθέμην, τοῦτό γ' ἴσθι, τῷ θεῷ. Sic etiam Matthiae. Musgravii verba sunt: *Legendum, ni fallor*, τοῦτό γ' ἴσθι, hoc pro certo habe. Mihi vero τοῦτό γε cum verbis καὶ μὴν ξυνεθέμην conjungendum videtur. Praeter Porsonum ad Phoen. 1638. vide Schaeferum ad Sophoclis Oed. T. 987. Καὶ μὴν μέγας γ' ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι. Idem dixit v. 1022. Δῶρόν ποτ', ἴσθι, τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβών. Dedi igitur quod in textu legitur, licet ne sic quidem versus optime constitutus videatur.

809. Ἆ βούλει. Hoc ἆ superfluum videtur, et sensum, et constructionem, ac ipsam metri legem corrumpit. Sed suspicor ἅ scribendum, et separatim ponendum. Portus. Ex Hervagiana secunda manavit ἅ, quod auctore Scaligero delevit Barnesius. Mus-

ΠΕ. Μάλιστα, μυρίον γε δοὺς χρυσοῦ σταθμόν.
ΔΙ. Τί δ' εἰς ἔρωτα τοῦδε πέπτωκας μέγαν;
ΠΕ. † Λυπρῶς νιν εἰσίδοιμ' ἂν ἐξῳνωμένας.
ΔΙ. Ὅμως δ' ἴδοις ἂν ἡδέως, ἅ σοι πικρά;
ΠΕ. Σάφ' ἴσθι, σιγῇ γ' ὑπ' ἐλάταις καθήμενος.
ΔΙ. Ἀλλ' ἐξιχνεύσουσίν σε, κἂν ἔλθῃς λάθρα.

gravius ex Aldina revocavit ἅ, quod extra versum habet noster etiam Herc. 629. ἅ. οὐδ' οὐκ ἀφιᾶσ', ἀλλ' ἀνάπτονται πέπλων.

811. Interpungo: *Τί δ'; εἰς ἔρωτα τοῦδε πέπτωκας μέγαν; Quid ergo? Num vehementer hoc desideras?* Musgravius. Sic etiam Brunckius. Matthiae ut vulgo. *Τί* significat *διὰ τί*, ut infra v. 1291. *Τί δ' εἰς Κιθαιρῶν' ἦλθε δυσδαίμων ὅδε;*

812. Portus: *Misere ipsas videre cupio vino lymphatas.* Heathius: *Non sine magno earum malo erit, si ebrias deprehenderim.* Musgravius: *Tristis ipsas vino lymphatas viderim.* Nihil horum placet. *Misere*, eo sensu quo dixerit Horatii amicus *misere cupis abire*, Graece non dici posse λυπρῶς recte monet Brunckius, qui audacter, ut solet, reposuit τερπνῶς. Pergit vir doctus: *Ad illud τερπνῶς refertur Bacchi responsio, quae, absque eo, insulsa esset: ὅμως δ' ἴδοις ἂν ἡδέως ἅ σοι πικρά. Synonyma sunt τερπνῶς et ἡδέως.* Ipsum ἡδέως se repositurum fuisse addit, si ἡδέως disyllabum apud Atticos reperisset. Matthiae revocavit λυπρῶς, quod neque intelligo, neque quidquam, quod meliorem sensum efficiat, in ejus locum substituere possum. [Jacobsius Animadvers. in Euripidem p. 215. λιπαρῶς legendum statuit, conferens Platonis verba λιπαρῶς ἔχων ἀκούειν τοῦ Προδίκου. Sed hoc λιπαρῶς primam producit. Vide Brunckium ad Sophoclis El. 451. *Ex Addendis.*] [Vid. Lobeck. de apostropho p. 53. *ED. LIPS.*]

Ibid. Aldus ἐξοινωμένας. Vide ad v. 636.

813. Margo Barnesianae: *an ὅπως.* Hunc scilicet sensum efficere voluit: *Πῶς δ' ἂν ἡδέως ἴδοις τὰ βακχεύματα, ἅ σοι πικρά ἐστι;* De ὅπως interrogative vide ad v. 367. Nullam difficultatem habet vulgata, quam ita explicat Heathius: *Videresne igitur cum voluptate quae tibi acerba futura sunt?* Homerus Od. Δ. 554. ἐθέλω δὲ καὶ ἀχνύμενός περ ἀκοῦσαι. Euripides Hec. 513. εἰπὲ, καίπερ οὐ λέξων φίλα. Hipp. 912. ἡ γὰρ ποθοῦσα πάντα καρδία κλύειν, † κἀν τοῖς κακοῖσι λίχνος οὖσ' ἁλίσκεται. Andr. 1085. σήμαιν'. ἀκοῦσαι δ' οὐκ ἀκούσθ' ὅμως θέλω. El. 292. λέξον δ', ἵν' εἰδὼς σῷ κασιγνήτῳ φέρω | λόγους ἀτερπεῖς, ἀλλ' ἀναγκαίους κλύειν. Haec omnia praeter unum indicavit Porsonus Advervar. p. 266.

814. *Σάφ' ἴσθι.* Supple ἡδέως ἰδεῖν ἄν με αὐτάς. Brunckius.

Ibid. Σιγῇ γ' ὑπ' ἐλάταισι. Ita Ed. Ald. Recentiores omittunt γ'. Musgravius. Ita enim Hervagiana prima typographi errore. Pal. σιγῇ δ' ὑπ' ἐλάταις.

815. Aldus: ἀλλ' ἐξιχνεύσουσί σε κἂν θέλῃς λάθρα. Pal. ἀλλ' ἐξ ἰχνεύουσί σε κἂν θέλῃς λάθρα. Piersonus Verisim. p. 128. κἂν ἔλθῃς λάθρα. Reiskius: κἂν θέλῃς λαθεῖν. Brunckius: κἂν ἔχῃς λάθρα. Quam scripturam ipse ita explicat: λάθρα ἔχειν, ut ἡσύχως ἔχειν, σῖγα ἔχειν, et alia similia multa. Musgravius et Matthiae ut Aldus. Musgravius tamen in annotatione Piersoni conjecturam omnino admittendam monet. Reiskius quoque eam probat, neque dissentit Brunckius. Scripsi igitur ἔλθῃς. Fortasse etiam legendum: Ἀλλ' ἐξιχνεύσουσίν σ', ἐὰν ἔλθῃς λάθρα. Literae ν male insertae exempla dedi ad v. 737.

ΠΕ. Ἀλλ' ἐμφανῶς. καλῶς γὰρ ἐξεῖπας τάδε.
ΔΙ. Ἄγωμεν οὖν σε, κἀπιχειρήσεις ὁδῷ;
ΠΕ. Ἄγ' ὡς τάχιστα. τοῦ χρόνου [1] δέ σ' οὐ φθονῶ. ἰδὲ γ'
ΔΙ. Στεῖλαί νυν ἀμφὶ χρωτὶ βυσσίνους πέπλους.

816. Ἀλλ' ἐμφανῶς. *Sic enim postulo.* Brodaeus. Non amplius exercitum contra Bacchas ducere, sed eorum sacris interesse vult Pentheus. A Baccho admonitus, periculosum esse clam ire, palam se iturum ait. Nihil enim mali suspicaturas putat Bacchas, quum eum cum orgiorum antistite advenientem viderint. Respondet Bacchus, orgia viris vetita esse, ideoque oportere, ut habitum muliebrem induat. Renuit Pentheus, sed tandem ita se facturum, aut arma sumturum ait.

817. Ἄγωμεν. Sub. ἂν, ἀντὶ τοῦ ἄξομεν, *ducemus.* Vel Ἄγω μὲν οὖν σε, pro ἄξω. Idem est sensus. Sequens ἄγε rem indicat. Portus. Ἄγω μὲν οὖν σε. Ita potius quam ἄγωμεν, ob sequens Ἄγ' ὡς τάχιστα. Barnesius. Codicum scriptura est Ἄγωμεν οὖν σε, unde forsan conjici potest Poëtam scripsisse: Ἄγοιμ' ἂν οὖν σε, κἀπιχειρήσεις ὁδῷ; *Anne igitur te ducam, et iter hoc aggredieris?* Haec enim interrogative dicta videntur. Heathius. Ἄγωμεν οὖν σε. Ita legendum, non ut vulgo, ἄγω μὲν οὖν σε. Dicitur autem interrogative pro ἄξομεν. Vid. Electr. v. 580. [377. ἀλλ' εἰς ὅπλ' ἔλθω;] Quare ad finem versus interrogationis nota ponenda est. Musgravius. In hac scriptura, quod miror, non acquievit Matthiae, sed Porti conjecturam ἄγω μὲν revocavit, addita tamen interrogationis nota. Recte plurali utitur Bacchus, qui mox ait v. 823. Διόνυσος ἡμᾶς ἐξεμούσωσεν τάδε. Exempla subjunctivi cum interrogatione dedit Matthiae Gramm. Gr. §. 515. 2. p. 759. Addo e nostra fabula v. 947. Μοχλοὺς φέρωμεν, ἢ χεροῖν ἀνασπάσω, | κορυφαῖς ὑποβαλὼν ὦμον ἢ βραχίονα; Ubi notam interrogationis primus addidit Barnesius. Plenius v. 718. θέλετε θηρασώμεθα | Πενθέως Ἀγαυὴν μητέρ' ἐκ βακχευμάτων;

818. Ἄγ' ὡς τάχιστα. τοῦ χρόνου δέ σ' οὐ φθονῶ. Haec non bene congruere mihi videntur. Qui morae impatiens est, qualem esse Pentheum arguunt haec verba, ἄγ' ὡς τάχιστα, is temporis parcus esse solet. — Mallem τοῦ πόνου δέ σ' οὐ φθονῶ. Est autem hic σ' pro σοί. Vide notata ad Med. 56. Χρόνος et πόνος commutata vidimus ad Hippol. 572. [375.] Brunckius. Plura, si opus esset, congerere possem, quibus ostenderem, χρόνος cum aliis vocibus saepe confundi. Sed hic recte se habet χρόνου. Licet enim morae impatiens sit Pentheus, non tamen ideo temporis parcus habendus est. Aliud enim est *ad coenam festinare,* aliud *in coenando festinare.* Hoc vult dicere Pentheus, tempus in hoc negotio consumtum se non aegre laturum. Non igitur ita diversa ratio hujus versus, et illius, quem contulit Brunckius, Hec. 238. Ἔξεστ', ἐρώτα. τοῦ χρόνου γὰρ οὐ φθονῶ. Quod ad σ' οὐ φθονῶ attinet, vetus est quaestio de elisione diphthongorum apud tragicos, de qua disputantem vide Erfurdtium ad Sophoclis Aj. 191. μή, μή μ', ἄναξ, ἔθ' ὧδ' ἐφάλοις κλισίαις | ὄμμ' ἔχων, κακὰν φάτιν ἄρῃ. Si cui minus Graecum videtur τοῦ χρόνου δέ σε οὐ φθονῶ, is nullo negotio γ' pro σ' reponere potest. Non enim supervacaneum γε, sed emphasin addendo sensum juvat. Easdem particulas conjungit noster v. 988. et alibi passim.

819. Aldus στεῖλαί νιν. Pal. στεῖλαι νιν. Barnesius στεῖλαί νυν ex emendatione Canteri.

Ibid. Aeschylus Theb. 1047. κόλποις φέρουσα βυσσίνου πεπλώματος.

ΠΕ. Τί δὴ τόδ'; εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρὸς τελῶ;
ΔΙ. Μή σε κτάνωσιν, ἢν ἀνὴρ ὀφθῇς ἐκεῖ.
ΠΕ. Εὖ γ' εἶπας αὐτὸ, καί τις εἶ πάλαι σοφός.
ΔΙ. Διόνυσος ἡμᾶς ἐξεμούσωσεν τάδε.
ΠΕ. Πῶς οὖν γένοιτ' ἂν,* ἃ σύ με νουθετεῖς, καλῶς; * ἀμὲ
ΔΙ. Ἐγὼ στελῶ σε, δωμάτων εἴσω μολών.
ΠΕ. Τίνα στολήν; ἦ θῆλυν; ἀλλ' αἰδώς μ' ἔχει.
ΔΙ. Οὐκέτι θεατὴς Μαινάδων πρόθυμος εἶ.
ΠΕ. Στολὴν δὲ τίνα φῂς ἀμφὶ χρῶτ' ἐμὸν βαλεῖν;
ΔΙ. Κόμην μὲν ἐπὶ σῷ κρατὶ ταναὸν ἐκτενῶ.
ΠΕ. Τὸ δεύτερον δὲ σχῆμα τοῦ κόσμου τί μοι;
ΔΙ. Πέπλοι ποδήρεις· ἐπὶ κάρα δ' ἔσται μίτρα.
ΠΕ. Ἦ καί τι πρὸς τοῖσδ' ἄλλο προσθήσεις ἐμοί;

Pers. 124. βυσσίνοις δ' ἐν πέπλοις πέσῃ λακίς. Multa de bysso congessit Brodaeus. Si idem significat βύσσινος apud tragicos, quod apud Pollucem et recentiores, usus ejus in vestibus mulierum nobis etiam magis familiaris est quam Euripidi. Sed mutata videtur vocis significatio, neque cuiquam auctor sim, ut hunc versum Anglice reddat: *Put on a muslin dress.*

820. Aldus: τί δὴ τόδ' εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρὸς τελῶ; Interpretatur Brodaeus: *Cur hoc modo posito virili indumento stolam muliebrem assumo?* Qui quum τόδε reddidit *hoc modo*, certe melius fecit quam Portus, qui *corpus* in versione Latina supplevit. Τόδε enim pro οὕτως dixit noster Med. 156=154. κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου. Ubi vide annotata. Sed vera videtur ratio, quae Reiskio, Heathio et Musgravio auctoribus nunc obtinet, ut scilicet post verba Τί δὴ τόδ', iterumque in fine versus interrogationis signum collocetur. Ea verba vertit Reiskius? *Quid ergo sibi vult?* Heathius: *Quare vero hoc?* Rectius Musgravius: *Quid hoc rei est?* Plena oratio est Τί δὴ τόδ' ἐστὶν, vel Τί δὴ τόδ' εἶπας. Vide ad Ion. 275. Ἴων. τί δὴ τόδ'; ἆρ' ἀληθὲς, ἢ μάτην λέγεις; Sic enim legendum videtur.

Ibid. Verba εἰς γυναῖκας τελῶ explicant Sophoclis interpretes ad Oed. T. 222. νῦν δ', ὕστερος γὰρ αὐτὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ.

822. Pal. καὶ τίς εἶ πάλαι σοφός. Abundat τις. Similia vide in annotatione mea secundaria ad Medeam p. 207.

824. Parum dubito, quin hoc σὺ a librariis profectum sit, licet minus aperte vitiosum sit, quam με, quod simili modo inter ἃ et με insertum habet Aldus Iph. A. 721. ubi nunc recte legitur: Θύσας γε θύμαθ', ἁμ' ἐχρῆν θῦσαι θεοῖς. Mirum est, quot et quantos errores apud Atticos poëtas pepererit levissimum mendum ἃ με scilicet pro ἀμὲ scriptum. Plura exempla vide ad Sophoclis Ant. 734. Πόλις γὰρ ἡμῖν ἁμὲ χρὴ τάσσειν ἐρεῖ. Σὺ e nostra fabula expulsum jam vidimus v. 477.

826. Pal. τίνα στολὴν ἢ θῆλυν. Recte distinguit Aldus.

829. Inepte Reiskius ἐκ κτενῶν, *ope pectinis.*

831. Aldus ἐπὶ κάρα δ'. Dativum admisit Barnesius.

832. Aldus: ἢ καὶ τὶ πρὸς τοῖσδ'. Idem τὶς ὁδῷ bis v. 68. τὶς δὲ μελάθροις v. 69. τὶς ἐν πύλαισι v. 170. εἰς ὅδε v. 578. τὶ τάδε v. 644.

ΔΙ. Θύρσον τε χειρὶ, καὶ νεβροῦ στικτὸν δέρας.
ΠΕ. Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν.
ΔΙ. Ἀλλ' αἷμα θήσεις,[1] συμβαλὼν Βάκχαις μάχην.

[1] ξυμβαλὼν

τί δὴ τόδε v. 820. Τί τὸ σοφὸν, ἢ τί τὸ κάλλιον v. 895. τίς ἄρα v. 985. τί μηνύεις v. 1028. τί τοῦτ' ἔλεξας v. 1031. τί κινδυνεύων v. 1174. τίς ἁ βαλοῦσα v. 1176. τίς ἄλλα v. 1179. τί Κάδμου ibid. τί μετέχω v. 1180. τίς αὐτὸν v. 1256. τί λυπηρῶς v. 1262. τίς οὖν v. 1274. τίς ἔκτανέν νιν v. 1285. τί μέρος v. 1300. τίς τὴν ταράσσει v. 1320. Plura non reperi. Eo consilio haec attuli, ut ostenderem τίς et τί apud Aldum plerumque interrogativa esse. Licet enim v. 1028. τι μηνύεις scripturus sim, nihil obstat, quo minus τί μηνύεις legant, quibus melior videtur ea scriptura. Semel tantum in hac fabula τὶ pro τι posuit Aldus. V. 832. edd. recentiores recte καί τι.

833. Omnes libri δέρας. Reperiuntur apud tragicos δέρας et δέρος, neque liquet utra melior sit scriptura. Vide ad Med. 5.

834. Diogenes Laërtius Aristippo II. 78. καί ποτε παρὰ πότον κελεύσαντος Διονυσίου, ἕκαστον ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι ὀρχήσασθαι, τὸν μὲν Πλάτωνα μὴ προσίεσθαι, εἰπόντα, Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν· τὸν δ' Ἀρίστιππον λαβόντα, καὶ μέλλοντα ὀρχήσασθαι, εὐστόχως εἰπεῖν· Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν | οὐδ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Serinus apud Stobaeum Tit. V. p. 66. Διονύσιος Ἀρίστιππον ἐπειθεν, ἀποθέμενον τὸν τρίβωνα, πορφυροῦν ἱμάτιον περιβαλέσθαι. καὶ ἐπεὶ ἐπείσθη ἐκεῖνος, τὰ αὐτὰ καὶ Πλάτωνα ποιεῖν ἠξίου. ὁ δὲ ἔφη· Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν. καὶ Ἀρίστιππος, Τοῦ αὐτοῦ, ἔφη, ἐστὶ ποιητοῦ· Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν | οὐδ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotypos. III. 204. καὶ παρὰ Διονυσίῳ τῷ τῆς Σικελίας τυράννῳ, τοιαύτης ἐσθῆτος Πλάτωνί τε καὶ Ἀριστίππῳ τοῖς φιλοσόφοις προσενεχθείσης, ὁ μὲν Πλάτων ἀπεπέμψατο, εἰπών· Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν, | ἄῤῥην πεφυκώς. ὁ δὲ Ἀρίστιππος προσήκατο, φήσας· Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν | οὐδ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Idem Lib. I. 155. καὶ ὅταν ὁ μὲν Ἀρίστιππος ἀδιάφορον ἡγῆται τὸ γυναικείαν ἀμφιέννυσθαι στολὴν, ἡμεῖς δὲ αἰσχρὸν τοῦτο ἡγώμεθα εἶναι. Suidas v. Ἀρίστιππος: καὶ πρὸς Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον ἐλθὼν, καὶ πίνων ἐνίκα, καὶ ὀρχήσεως τῆς ἄλλης κατῆρξεν, ἐνδὺς ἐσθῆτα αἱουργῆ. Πλάτων δὲ, προσκομιζομένης αὐτῷ τῆς στολῆς, εἶπεν Εὐριπίδου ἰαμβικά· Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν, | ἄῤῥην πεφυκὼς καὶ γένους ἐξ ἄῤῥενος. Ἀρίστιππος δὲ δεξάμενος καὶ γελάσας, εἶπε τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ· Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν | ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Athenaei testimonium attuli ad v. 317. Pejores auctores sequutus est Gregorius Nazianzenus, qui haec apud Archelaum accidisse narrat Carm. Iamb. XXVIII. p. 209. C. Senarius, quem Platoni tribuunt Sextus Empiricus et Suidas, ἄρσην πεφυκὼς, καὶ γένους ἐξ ἄρσενος, in qua fabula fuerit, hodie ignoratur. [Ut hic locum habeat, versu sequente μάχην in ἀνὴρ mutat Jacobsius Exercitat. Crit. T. I. p. 154. Ex Addendis.] Plura Menagius ad Laërtium, Wyttenbachius ad Julianum p. 12. Verba θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν iterum leguntur v. 850.

835. Cogitavi aliquando ἀλλ' αἷμα ἀφήσεις, sed fortassis relinquenda Euripidae sua dictio. — Alias in N. T. legitur τὴν ψυχὴν θεῖναι. Reiskius. Sensus, opinor, postulat, ut pro αἷμα scribatur εἷμα. Pentheus scilicet vestem muliebrem detrectaverat. Bacchus igitur, Sed vestem, inquit, depones,

ΠΕ. Ὀρθῶς· μολεῖν χρὴ πρῶτον εἰς κατασκοπήν.
ΔΙ. Σοφώτερόν γ' οὖν ἢ κακοῖς θηρᾶν κακά.
ΠΕ. Καὶ πῶς δι' ἄστεως εἶμι, Καδμείους λαθών;
ΔΙ. Ὁδοὺς ἐρήμους ἴμεν. ἐγὼ δ' ἡγήσομαι.
ΠΕ. Πᾶν κρεῖσσον, ὥστε μὴ 'γγελᾶν Βάκχας ἐμοί.
ἐλθόντ' ἐς οἴκους ἂν δοκῇ βουλεύσομεν.
ΔΙ. Ἔξεστι πάντῃ. τό γ' ἐμὸν εὐτρεπὲς πάρα.

cum pugnam inire. TYRWHITTUS. Vulgatam defendit Musgravius. Aut θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν oportet, aut armatum cum exercitu ire. Hoc autem sine sanguinis effusione fieri nequit. Reiskio fraudi fuit Latina versio *sanguinem effundes.* Non Penthei sanguinem, sed ejus militum, fortasse et ipsarum Baccharum, indicant verba αἷμα θήσεις, *caedis auctor eris.* Ita noster Iph. A. 1418. ἡ Τυνδαρὶς παῖς διὰ τὸ σῶμ' ἀρκεῖ, μάχας | ἀνδρῶν τιθεῖσα καὶ φόνους. Ion. 1224. τὸν ἱερὸν ὡς κτείνουσαν, ἐν τ' ἀνακτόροις | φόνον τιθεῖσαν.

838. Aldus ἄστεος. Dedi ἄστεως hic et infra v. 853. Priore loco prima cod. Palatini scriptura, ni fallor, fuit ἄστεως, quam apud Sophoclem Oed. T. 762. exhibent membranae Laurentianae. Plura vide ad Sophoclem.

840. Aldus: πᾶν κρεῖσσον, ὥστε μὴ γελᾶν βάκχας, ἐμοί. Id est: πᾶν κρεῖσσον ἐμοὶ [φαίνεται], ὥστε μὴ γελᾶν βάκχας. Distinctionem post βάκχας sustulit Musgravius, ut sensus esset: *Quidvis satius est, quam ut Bacchae mihi irrideant.* Exempla attulit ἐγέλασεν εὐχαῖς apud Euripidem Iph. T. 276. κακοῖς γελᾶν apud Sophoclem Aj. 1042. Sic etiam Aristophanes Eq. 693. Ἥσθην ἀπειλαῖς, ἐγέλασα ψολοκομπίαις. Ubi nostro loco utitur Brunckius. Sed nemo, quod sciam, dixit ἐγέλασε Σωκράτει. Dativum rei, sed non personae, regere videtur γελᾶν. Recte igitur Piersonus Verisim. p. 129. ὥστε μὴ 'γγελᾶν Βάκχας ἐμοί. Quam scripturam a Reiskio quoque propositam tandem admisit Matthiae. Noster Med. 1362. Σάφ' ἴσθι. λύει δ' ἄλγος, ἢν σὺ μὴ 'γγελᾷς. Ubi scripti et impressi nonnulli μὴ γελᾷς. [Jacobsius Exercitat. Crit. T. I. p. 156. primo conjicit ὥστε μὴ γελᾶν Θήβας ἐμοί, deinde vero: Πᾶν δεῖξον, ὥστε μὴ γελᾶν Βάκχας ἐμοί. *Ex Addendis.*]

841—844. Hic etiam personae turbatae sunt. Quatuor sunt versus, quorum primum, tertium et quartum nuncio, secundum Pentheo tribuit Aldus. Piersonus Verisim. p. 129. Reiskius et Tyrwhittus omnes Pentheo praeter primum. Heathius, Brunckius et Matthiae omnes Pentheo praeter secundum. Musgravius in annotatione primum et secundum Baccho, tertium et quartum Pentheo. De tertio et quarto nulla controversia est. De primo et secundo recte judicare mihi videntur Heathius et qui eum sequuntur.

841. Aldus: ἂν δοκῇ βουλεύσομεν. Pal. ἂν δοκῇ βουλεύσομαι. Porto placet ἂν δοκῇ, *si tibi videtur.* Quo sensu potius εἰ δοκεῖ dicendum est. Sensus verborum ἃ ἂν δοκῇ est περὶ ὧν ἂν δοκῇ βουλεύειν.

Ibid. Musgravius in annotatione hunc versum et sequentem ita refinxit: ἐλθόντ' ἐς οἴκους, ἂν δοκῇ, βουλεύσομεν | ἐς εὖ τι· πάντῃ τό γ' ἐμὸν εὐτρεπὲς πάρα. De qua scriptura plura dicere supersedeo.

842. Verba Ἔξεστι πάντῃ, quae nullum sensum habitura, nisi hic versus Pentheo tribuatur, statuit Musgravius, mihi Anglice reddenda videntur: *Do as you please.*

Ibid. Aldus εὐπρεπὲς eodem errore quo v. 440. Canterus finem

ΠΕ. Στείχοιμ' ἄν. ἢ γὰρ ὅπλ' ἔχων πορεύσομαι,
ἢ τοῖσι σοῖσι πείσομαι βουλεύμασι.
ΔΙ. Γυναῖκες, ἀνὴρ εἰς βόλον καθίσταται.
ἥξει δὲ Βάκχας, οὗ θανὼν δώσει δίκην.
Διόνυσε, νῦν σὸν ἔργον, οὐ γὰρ εἶ πρόσω,
τισώμεθ' αὐτόν. πρῶτα δ' ἔκστησον φρενῶν,
ἐνεὶς ἐλαφρὰν λύσσαν. ὡς φρονῶν μὲν εὖ,
οὐ μὴ θελήσῃ θῆλυν ἐνδῦναι στολήν·
ἔξω δ' ἐλαύνων τοῦ φρονεῖν, ἐνδύσεται.
χρῄζω δέ νιν γέλωτα Θηβαίοις ὀφλεῖν,

εὔτρεπὲς, quod admisit Musgravius.

843. Piersonus Verisim. p. 129. corrigit στείχοιμεν. Hodie scripsisset στείχωμεν. Ita noster supra v. 360. στείχωμεν ἡμεῖς, Κάδμε. Vulgo legitur Ion. 1616. Ὦ τέκνον, στείχοιμεν οἴκους. Sed haud dubie legendum cum Schaefero στείχωμεν. Plura de hac re alias. Piersoni conjectura prorsus inutilis esset. Nihil enim refert utrum εἶμι εἰς οἴκους an ἴωμεν εἰς οἴκους dicat Pentheus. Στείχοιμ' ἄν, abibo, supra legitur v. 515.

Ibid. Pal. a prima manu ἦ γάρ.

844. Pal. ἢ τοῖς σοῖσι πείθομαι βουλεύμασιν. Haec verba ita exponit Musgravius: *vel tuis consiliis* de muliebri vestitu induendo *obtemperabo*. Addit idem: *Si quaeratur, quid tertium fuerit, responsio est, potuit in montem propria vestimenta gerens, vel solus vel cum paucis, speculandi causa ire.*

845. 846. Hoc ordine Brunckius auctore Musgravio. In Aldina priorem sedem occupat v. 846. Huic ῥῆσει in omnibus libris non nuncii, sed Bacchi persona recte praefixa legitur. De qua re sententiam suam ita exponit Reiskius: *deinde nescio cur Dionysi personam versui 845. adscripserint: nam omnia, quae nuncius hactenus dixit, Dionysi fuerunt, qui sub ascititia nuncii persona imponit Pentheo.* Rectius alii, quorum sententiam vide ad v. 786.

845. *Εἰς βόλον καθίσταται* pro εἰς δίκτυον ἔρχεται. Tragicus Rhes. 730. "Υβρις. ἴσως γὰρ εἰς βόλον τις ἔρχεται. *Καθέσταμεν* pro ἐληλύθαμεν Sophocles Oed. C. 23.

849. Non male Burgesius ἐνθείς. Dixit enim noster Suppl. 203. πρῶτον μὲν ἐνθεὶς ξύνεσιν, εἶτα δ' ἄγγελον | γλῶσσαν λόγων δούς. Sed compositum ἐνιέναι usurpavit noster etiam Tro. 1261. μηκέτ' ἀργοῦσαν φλόγα | ἐν χειρὶ σώζειν, ἀλλὰ πῦρ ἐνιέναι. Herodotus VI. 32. ὁκόσα δὲ ἐπέσχον, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον, καὶ ἐς τὰς πόλις ἐνιέντες πῦρ καὶ ἐς τὰ ἱρά. Constat ex his exemplis ἐνιέναι significare ἐμβάλλειν. Noster autem ἐμβάλλειν φόβον dixit Or. 1355. τέρψιν Tro. 630. Si φόβον et τέρψιν, quidni λύσσαν?

Ibid. Pal. a prima manu λίσσαν.

850. Pal. οὐ μὴ θελήσει. Sic etiam Brunckius ex conjectura. Subjunctivum revocavi, plura de hac quaestione dicturus ad Sophoclis Oed. C. 176. ut jam monui ad v. 514. Quod addit Brunckius, non male scribi posse οὐκ ἂν θελήσοι, hodie non opus est ut moneam falsum esse. Melior est conjectura Porsoni ad Hec. 403. οὐκ ἠθέλησε, sed minime necessaria.

[851. Noster Heracl. 709. Τί χρῆμα μέλλεις; σῶν φρενῶν οὐκ ἔνδον ὤν; | λείπειν μ' ἐρῆμον σὺν τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς; *Ex Addendis.*]

852. Aldus ut semper ὄφλειν. Vide ad Heracl. 985.

γυναικόμορφον ἀγόμενον δι' ἄστεως,
ἐκ τῶν ἀπειλῶν τῶν πρὶν, αἷσι δεινὸς ἦν.
ἀλλ' εἶμι, κόσμον, ὅνπερ εἰς Ἅιδου λαβὼν
ἄπεισι, μητρὸς ἐκ χεροῖν κατασφαγεὶς,
Πενθεῖ προσάψων. γνώσεται δὲ τὸν Διὸς
Διόνυσον, ὃς πέφυκεν ἐν τέλει θεὸς
δεινότατος, ἀνθρώποισι δ' ἠπιώτατος.

858. Musgravius *qui est*, quod a Porto acceperat, in *quod est* mutavit. Unde legere voluisse videtur ὡς πέφυκεν. Cujus constructionis antiquissimum fortasse exemplum praebet Homerus Il. *B*, 409. ᾔδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν, ὡς ἐπονεῖτο. Ita Euripides Med. 248. λέγουσι δ' ἡμᾶς, ὡς ἀκίνδυνον βίον | ζῶμεν κατ' οἴκους, οἱ δὲ μάρνανται δορί. Cujusmodi sexcenta apud Atticos poëtas leguntur. Sed recte se habet ὃς πέφυκεν. Sensus enim superiorum verborum est: γνώσεται δὲ τὸν Διὸς Διόνυσον, οἷός ἐστιν. Ita noster Cycl. 90. οὐκ ἴσασι δεσπότην | Πολύφημον, οἷός ἐστιν. Herc. 840. γνῷ μὲν τὸν Ἥρας, οἷός ἐστ' αὐτῷ χόλος, | μάθῃ δὲ τὸν ἐμόν. Aristophanes Eq. 867. Ἔγνωκας οὖν δῆτ' αὐτὸν, οἷός ἐστιν. Conferendus omnino noster Andr. 1006. ἀλλ' ἔκ τ' ἐκείνου, διαβολαῖς τε ταῖς ἐμαῖς | κακῶς ὀλεῖται. γνώσεται δ' ἔχθραν ἐμήν.

Ibid. Vulgatam πέφυκεν satis defendere videtur noster Hel. 1111. εἰ δ' ἦσθα μετρία, τἄλλά γ' ἡδίστη θεῶν | πέφυκας ἀνθρώποισιν. οὐκ ἄλλως λέγω. Si secus esset, facile reponi posset πέφηνεν. Dixit enim noster v. 42. φανέντα θνητοῖς δαίμον', ὃν τίκτει Διί. Item v. 182. Διόνυσον, ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεός. Confusorum πέφηνε et πέφυκε exempla praeter alios praebent Aeschylus Prom. 111. Sophocles El. 646.

Ibid. Quid significent verba οἱ ἐν τέλει, quae contulit Portus, non opus est ut exponam. Hic enim ἐν τέλει pro παντελῶς, *omnino*, dictum videtur, ut sine praepositione Sophocles Oed. T. 198. τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ, | τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται. Longe aliter interpretes. Brodaeus: *Qui magna quidem auctoritate pollet, ac inter majorum gentium deos habetur.* Portus: *in imperio suo, vel in suis sacris tutandis, suorum sacrorum vindex acerrimus.* Barnesius: *Simpliciter pro* in fine, tandem; *vel, ut alii,* ἐν ταῖς τελεταῖς. Reiskius: ἐν τέλει θεῶν, *in ordine* vel *coetu deorum.* Heathius: *in dignitate sua asserenda.* Musgravius in annotatione ἐν πάλῃ, in versione Latina *in pugna.* Nihil horum Brunckius, ut mox videbimus.

859. Eximium benigni et clementis, quo se erga universum genus humanum animi esse jactat his verbis Bacchus, specimen in Cadmi filias et nepotem edit. Numquid potest absurdius dici? At impiis formidabilem, piis mitissimum esse, quid deum magis decet? Brunckius. Reposuit igitur, idque ex mera conjectura: ὃς πέφυκεν ἀνοσίοις βροτοῖς | δεινός, φρονοῦσι δ' ἠπιώτατος θεῶν. Qui hoc sibi permiserit, saltem secum reputare debebat, an res minori negotio, necne, confici posset. Si εὖ φρονοῦσι, vel aliquid ejusmodi, pro ἀνθρώποισι scripsisset, verba ἀνοσίοις βροτοῖς cogitatione supplenda relinquere potuisset, contrarium scilicet e contrario. Nihil usitatius hac constructione, qua praeter alios utitur Sophocles El. 71. καὶ μή μ' ἄτιμον τῆσδ' ἀποστείλητε γῆς, | ἀλλ' ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων. Supplendum δέξασθε. Sed ne hac quidem medicina opus esse

ΧΟ. Ἆρ' ἐν παννυχίοις χοροῖς
θήσω ποτὲ λευκὸν
πόδ' ἀναβακχεύουσα, δέραν
εἰς αἰθέρα δροσερὸν
ῥίπτουσ', ὡς νεβρὸς χλοεραῖς
ἐμπαίζουσα λείμακος [1] ἡδοναῖς [1 ἁδοναῖς]
(ἡνίκ' ἂν φοβερὸν φύγῃ
θήραμ' ἔξω φυλακᾶς,
[2] εὐπλέκτων ὑπὲρ ἀρκύων, [2 εὐπλέκτων δ' ὑπὲρ]
θωΰσσων δὲ κυναγέτας
[3] συντείνῃ δρόμημα κυνῶν, [3 ξυντείνῃ]
μόχθοις τ', ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις),

mihi videtur. Quum enim Bacchum simul terribilem et mitem appellavit Euripides, spectatores haud dubitavit facile intellecturos, sententiam horum verborum esse, solos impios iram dei, solos pios ejus favorem experiri. Recte igitur vulgatam revocavit Matthiae. Vox ἀνθρώποισι ad utrumque membrum pertinet, quasi dixerit poëta: δεινότατος ἀνθρώποισιν, ἠπιώτατος δέ. Similiter noster Danaes fragm. VI. 3. οὐ γὰρ ἡδονή, | γυναικὶ δ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ. Sanum igitur ἀνθρώποισι, quod Musgravius in εὐτρόποισι vel ὀρθοπράκτοισι vel ἀρτιόφροσι mutare voluit. [Jacobsius Animadvers. in Euripidem p. 116. ὡς πέφυκεν ἔν γε λοιδόροις | δεινότατος, ἐν ὁσίοισι δ' ἠπιώτατος. *Ex Addendis.*]

860. Pal. παννυχίοισι. Tertia syllaba fuit χει.

862. Ἀναβακχεύουσα pro βακχεύουσα, ut ἀναχορεύει pro χορεύει v. 482.

Ibid. Aldus δέρην. Doricam formam octies apud Euripidem indicavit Heslerus.

863. Legendum ob metrum αἰθέρ' εἰς δροσερὸν censet Musgravius, cui obsequutus est Brunckius. Matthiae ut vulgo. Duas syllabas θέρα ἀντὶ μιᾶς esse monet Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 569.

864. Pal. φοβερὰν.

865. Ed. Ald. ἐμπάζουσα, unde alii ἐμπλάζουσα. Metrum porro postulare videtur ἐμπαίζουσ' αὖ. Musgravius. Pal. ἐμπαίζουσα, quod ex conjectura Scaligeri et Porti admisit Barnesius. Musgravii conjecturam inutilem esse, vel ex comparatione versus 870. cum antistrophico suo 890. satis apparet.

Ibid. Ordo est: ὡς νεβρὸς, χλοεραῖς ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς, θρώσκει πεδίον παραποτάμιον. Sex versus 866—871. διὰ μέσου sunt, ideoque nunc parentheseos notis inclusi leguntur.

866. Ἡνίκ' ἂν φύγῃ, *postquam effugit.*

868. Fortasse legendum εὐπλέκτων δ' ὑπὲρ ἀρκύων.

869. Venationis mentione facta, pergit in ejus descriptione poëta. Θωΰσσων pro θωΰσσουσα Attice (si diis placet) dictum monet Brodaei stupor, qui κυναγέτας haud dubie pro accusativo plurali accepit. Unde pulcherrimus exoritur sensus: *cervus venatores voce incitans.*

870. Συντείνῃ pro ταχύνῃ transitivo sensu. Noster El. 112. Σύντειν' (ὥρα) ποδὸς ὁρμάν. Συντόνοις δρομήμασι pro ταχέσι infra v. 1089.

871. Pal. a prima manu μοχθροῖς. Ita distinguit Aldus: μόχθοις τ' ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις |

θρώσκει πεδίον 872
παραποτάμιον, ἡδομένα 872*
βροτῶν ἐρημίαις,
σκιαροκόμου τ' ἐν ἔρνεσιν ὕλας;
τί τὸ σοφὸν, ἢ τί τὸ κάλλιον
παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς,
ἢ χεῖρ' ὑπὲρ κορυφᾶς
τῶν ἐχθρῶν κρείσσω κατέχειν;
ὅτι καλὸν, φίλον ἀεί.
Ὁρμᾶται μόλις, ἀλλ' ὅμως
πιστόν τό γε θεῖον
σθένος. ἀπευθύνει δὲ βροτῶν
τούς τ' ἀγνωμοσύναν

θρώσκῃ πεδίον παρὰ ποτάμιον. Unde audacter Brunckius: ἴσα δ' ὠκυδρόμοις ἀέλλαις | θρώσκῃ πεδίον παραποτάμιον. Cujus verba sunt: *V.* 861. *inepte vulgo et absque ullo sensu legitur* μόχθοις τ', ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις, *quod a me recte emendatum fuisse confido.* Hanc scripturam revocavit Matthiae, sed non vidit, haec verba cum superioribus συντείνῃ δρόμημα κυνῶν conjungenda esse. Solus, ni fallor, Schaeferus haec recte accepit. Dicitur autem μόχθοις pro εἰς μόχθους. Similia sunt δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων v. 148. ἀκίνητον δρόμῳ v. 726. κἀπενώτιζον φυγῇ v. 762.

Ibid. Cum verbis ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις confer ἀελλάδων ἵππων apud Sophoclem Oed. T. 467.

872. Aldus θρώσκῃ. Pal. θρώσκει, quod vel ex conjectura reposuissem. Idem παιδίον a prima manu.

872*. Aldus παρὰ ποτάμιον. Brunckius παραποτάμιον ex conjectura Reiskii. De constructione vide ad πηδῶντα δικόρυφον πλάκα v. 307.

874. Σκιαρόκομος saepius non legitur. Σκιαρὸς pro σκιερὸς habent lexica.

Ibid. Pal. σκιαροκόμου θ' ἔρνεσιν ὕλας. Etiam Aldus ἔρνεσιν. Med. 1215=1189. ubi vide meam annotationem. Praepositionem male omittit Pal. Ordo est: θρώσκει πεδίον παραποτάμιον, σκιαροκόμου τ' ἐν ἔρνεσιν ὕλας, ἡδομένα βροτῶν ἐρημίαις.

875. Hoc exemplo usus sum ad verba τί με τὸ δεινὸν ἐργάσει v. 492. Articuli enim abundant.

Ibid. Reiskio magis placet: ἢ τί τὸ καλὸν | παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς; | ἢ χεῖρ' κ. τ. λ. Sic enim ejus verba accipio.

878. Pal. κρέσω.
σ

879. Theognis v. 15. Μοῦσαι καὶ Χάριτες, κοῦραι Διὸς, αἵ ποτε Κάδμου | ἐς γάμον ἐλθοῦσαι, καλὸν ἀείσατ' ἔπος, | "Ὅττι καλὸν, φίλον ἐστὶ, τὸ δ' οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστί. | τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων. Plato Lyside p. 216. C. ἀλλὰ τῷ ὄντι αὐτὸς ἰλιγγιῶ ὑπὸ τῆς τοῦ λόγου ἀπορίας, καὶ κινδυνεύει, κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φίλον εἶναι. Vide Erasmum Chil. I. Cent. VII. 81. p. 117. F. Muretum Var. Lect. IV. 4. Valckenarium ad Phoen. 821.

880. Noster Ion. 1615. χρόνια μὲν τὰ τῶν θεῶν πως, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ.

881. Pal. τὸ θεῖον.

τιμῶντας, καὶ μὴ τὰ θεῶν
αὔξοντας [1] σὺν μαινομένᾳ δόξᾳ.
κρυπτεύουσι δὲ ποικίλως
δαρὸν χρόνου πόδα, καὶ
θηρῶσιν τὸν ἄσεπτον. οὐ
γὰρ κρεῖσσόν ποτε τῶν νόμων
γιγνώσκειν χρὴ καὶ μελετᾶν.
κούφα γὰρ δαπάνα νομίζειν
ἰσχὺν τόδ' ἔχειν,

[1] ξὺν

885. Aldus *συμμαινομένα δόξα.* Pal. *συμαινομένα δόξα*, sed *υ* a *μ* correctore. Musgravius *συμμαινομένᾳ δόξᾳ*. Barnesius, Brunckius et Matthiae *σὺν μαινομένᾳ δόξᾳ*. Apud Sophoclem Ant. 1266. in Aldina legitur *ξυμμόρῳ*. Quae ratio in scriptis libris frequens est, in impressis rarior.

Ibid. Pro *δόξᾳ* an *δοκοῖ*. Vid. El. 752. [747. *ἡ δοκὼ κενὴ | ὑπῆλθέ μ'.*] Musgravius. Hanc etiam conjecturam, ut illam ad v. 865. propositam, peperit ejus circa metrum sollicitudo. Vulgatam probat Hermannus p. 565.

886. *Κρυπτεύω* idem quod *κρύπτω*. Barnesius. Imo longe diversum, ut uno exemplo ostendit noster Hel. 548. *ἔα, τίς οὗτος; οὔτι που κρυπτεύομαι | Πρωτέως ἀσέπτου παιδὸς ἐκ βουλευμάτων.* Quae verba ita recte interpretatur Portus: *Numquid occultis insidiis captor ex consiliis impii filii Protei?* Idem verba *κρυπτεύουσι δὲ ποικίλως δαρὸν χρόνου πόδα* ita vertit: *Occultant autem* dii *varie diu temporis pedem.* Barnesius *diuturnum.* Heathius: *Occultant autem dii vafre, et per longum temporis spatium, gressus suos.* Sensus est: *Σοφῶς δὲ πολὺν χρόνον ἐνεδρεύουσιν οἱ θεοὶ τὸν ἀσεβῆ.* Noster Incert. II. *Οὔτοι προσελθοῦσ' ἡ δίκη σε (μὴ τρέσῃς) | παίσει πρὸς ἧπαρ, οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν | τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ | στείχουσα, μάρπτει τοὺς κακοὺς, ὅτ' ἂν τύχῃ.*

Ibid. Pal. *ποικίλλως*, ut vulgo, sed *ω* a correctore.

887. *Δαρὸν* adjectivum esse vidit Barnesius. Noster Herc. 702. *χρόνος γὰρ ἤδη δαρὸς, ἐξ ὅτου πέπλοις | κοσμεῖσθε σῶμα καὶ νεκρῶν ἀγάλμασιν.*

Ibid. *Δαρὸν χρόνου πόδα* pro *μακρὸν χρόνον*, ut recte statuit Musgravius. Confert idem Aristophanem Ran. 100. ubi inter tragicorum *παρακινδυνεύματα* recensentur, *αἰθέρα Διὸς δωμάτιον, ἢ χρόνου πόδα.* Ubi schol. *Αἰθέρα Διός: ἐξ Ἀλεξάνδρας | Εὐριπίδου· Καὶ χρόνου προβαίνε πόδα. καὶ ἐκ Μελανίππης Σοφοκλέους· Ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ', οἴκησιν Διός.* In Alexandra fuisse suspicor *καὶ χρόνου προὔβαινε πούς.*

890. Aldus *γινώσκειν.* De qua scriptura vide ad Med. 14. Alterum ejus exemplum in Bacchis dedit Aldus v. 1268. nec plura in hac fabula. Nam *ἐγίνεθ'* v. 903. in *ἐγένεθ'* mutatum est. Pal. et Laur. saepius.

891. Pal. *κούφα γὰρ δαπάνα.* Puncta delendum *γὰρ* significant, quod carminis ratio fieri non patitur. Haec verba Anglice redde: *For it costs but little.* Reiskius sic: *κρύφιον γὰρ δεῖ πάντα νομίζειν.* *Κρύφιον* vertit *clam serpens.*

892. Aldus *ἰσχύν τ' ἔχειν.* Quae verba cum superioribus ita interpretatur Portus: *Levis enim est sumptus*, et facile est *existimare, divinum numen, quodcunque tandem illud sit, robur habere.* In qua interpretatione nulla ratio habetur

ὅτι ποτ᾽ ἄρα τὸ δαιμόνιον,
τό τ᾽ ἐν χρόνῳ μακρῷ
νόμιμον ἀεὶ, φύσει τε πεφυκός.
τί τὸ σοφὸν, ἢ τί τὸ κάλλιον
παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς,
ἢ χεῖρ᾽ ὑπὲρ κορυφᾶς
τῶν ἐχθρῶν κρείσσω κατέχειν;
ὅτι καλὸν, φίλον ἀεί.
Εὐδαίμων μὲν, ὃς ἐκ θαλάσσας
ἔφυγε κῦμα, λιμένα δ᾽ ἔκιχεν.
εὐδαίμων δ᾽, ὃς ὕπερθε μόχθων
ἐγένεθ᾽. ἕτερα δ᾽ ἕτερος ἕτερον
ὄλβῳ καὶ δυνάμει παρῆλθεν.
μυρίαι μυρίοισιν
ἔτ᾽ εἰσὶν ἐλπίδες. αἱ μὲν
τελευτῶσιν ἐν ὄλβῳ
βροτοῖς, αἱ δ᾽ ἀπέβησαν. τὸ δὲ κατ᾽ ἆμαρ

particulae τε. Porro verba *ἰσχύν τ᾽ ἔχειν* verbis *θρώσκει πεδίον* male respondent. Utrique incommodo subvenit Heathii conjectura *ἰσχὺν τόδ᾽ ἔχειν*, quam admisit Brunckius. Ita dicere maluit poëta, quam *ἰσχὺν ἔχειν τὸ δαιμόνιον, ὅτι πότ᾽ ἐστί.*

892*. Aldus *ὅτί ποτ᾽ ἆρα.*

894. Aldus: *νόμιμον, ἀεὶ φύσει τε πεφυκός.* Pal. *νόμιμον ἀεὶ φύσει τὲ πεφυκός.* Hervagiana tertia: *νόμιμον, ἀεὶ φύσει τὸ πεφυκός.* Hoc *τὸ* exhibent edd. recentiores omnes, praeter Brunckianam, quae *τὶ* habet ex conjectura Musgravii, cujus verba sunt: *Malim τὶ πεφυκὸς*, naturale aliquid. *Nempe τὸ ἐν χρόνῳ μακρῷ νόμιμον pro subjecto habeo, φύσει πεφυκός τι pro praedicato.* Revocavi *τε* ex Aldina, mutata tamen distinctione. Haec explicat ipse poëta Hec. 798. *ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως, | ἀλλ᾽ οἱ θεοὶ σθένουσι, χὠ κείνων κρατῶν | νόμος.*

900. 901. Mysticum aliquod in his verbis latere videtur. Demosthenes de Cor. p. 516. A. *τὴν μὲν νύκτα, νεβρίζων καὶ κρατηρίζων, καὶ καθαίρων τοὺς τελουμένους, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις, καὶ ἀνιστὰς ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ, καὶ κελεύων λέγειν, Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.* Ad hanc *τῶν τελουμένων* vocem alludere videtur Euripides.

901. Pal. *ἔφυγε χεῖμα* speciose. Noster Andr. 892. *Ὦ ναυτίλοισι χειμάτων λιμὴν φανείς.* Sed idem dixit Or. 279. *ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν᾽ ὁρῶ.*

903. Aldus *ἐγίνεθ᾽*, quod in *ἐγίγνεθ᾽* mutavit Brunckius. Quod metro postulante reposuit Matthiae, *ἐγένεθ᾽* exhibet Pal. Simili vitio Aldus Herc. 189. *μέμφῃ κλύων νῦν τ᾽ ἀπ᾽ ἐμοῦ σοφὸς γίνου.*

Ibid. Aldus *ἑτέρα δ᾽.* Sic etiam Pal. Edd. recentiores praeter primam *ἑτέρᾳ δ᾽.* Metri caussa dedi *ἕτερα δ᾽.*

908. Num *ἀπέσβησαν, exstinguuntur, exstinctae fatiscunt.* REISKIUS. Noster Heracl. 452. *οὐχ ἅπασα γὰρ | πέφευγεν ἐλπὶς τῶνδέ μοι*

ὅτῳ βίοτος εὐδαίμων, μακαρίζω.
ΔΙ. Σὲ τὸν πρόθυμον ὄνθ', ἃ μὴ χρεὼν ὁρᾶν,
σπεύδοντά τ' ἀσπούδαστα, Πενθέα λέγω,
ἔξιθι πάροιθε δωμάτων, ὄφθητί μοι,
σκευὴν γυναικὸς Μαινάδος Βάκχης ἔχων,
μητρός τε τῆς σῆς καὶ λόχου κατάσκοπος.
πρέπεις δὲ Κάδμου θυγατέρων μορφῇ μιᾷ.
ΠΕ. Καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ,
δισσὰς δὲ Θήβας καὶ πόλισμ' ἑπτάστομον.

σωτηρίας. Si dicitur πέφευγεν ἔλπις, non sollicitandum est ἀνέβησαν.

Ibid. Aldus τὸ δὲ κατ' ἦμαρ, quod revocavit Matthiae. Barnesius, Musgravius et Brunckius male τὸν δὲ κατ' ἦμαρ. Ordo est: μακαρίζω δὲ, ὅτῳ βίοτος εὐδαίμων τὸ κατ' ἦμαρ. Ita noster Ion. 787. Ὅτῳ ξυναντήσειεν ἐκ θεοῦ συθεὶς | πρώτῳ πόσις σὸς, παῖδ' ἔδωκ' αὐτῷ θεός. Ibid. 124. dixit λατρεύων τὸ κατ' ἦμαρ. Admisi Doricam formam, quam praeter alios habet Sophocles Oed. C. 1079. τελεῖ, τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἆμαρ. Eadem sententia apud nostrum Hec. 627. κεῖνος ὀλβιώτατος, | ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

911. Pal. σπένδοντά τ' ἀσπούδαστα. Vide ad v. 212.

Ibid. Verba Πενθέα λέγω διὰ μέσου esse statuit Schaeferus ad Bosium p. 391. qui confert Euripidem Hel. 553. Σὲ τὴν ὄρεγμα δεινὸν ἡμιλλημένην | τύμβου 'πὶ κρηπῖδ' ἐμπύρους τ' ὀρθοστάτας, | μεῖνον, τί φεύγεις; Similiter Sophocles Ant. 441. Σὲ δὴ, σὲ τὴν νεύουσαν εἰς πέδον κάρα, | φὴς ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε; Utrumque exemplum attulit Matthiae Gramm. Gr. §. 427. p. 613.

914. Reiskius καλόχου, *et uxoris*. Sed nihil de Penthei uxore audivimus.

915. Πρέπεις, *similis es*. Aeschylus Suppl. 307. Φασὶν, πρέποντα βουθόρῳ ταύρῳ δέμας. Euripides Alc. 1124. βλέψον δ' ἐς αὐτὴν, εἴ τι σῇ δοκεῖ πρέπειν | γυναικί. Hoc exemplo usus est Musgravius. Idem legendo μορφὴν ambiguitatem tolli posse monet. Brunckius autem ex conjectura dedit: μορφῇ δὲ Κάδμου θυγατέρων πρέπεις μιᾷ. Vulgatum ordinem recte revocavit Matthiae. Scripturam enim, quae neminem, nisi qui communi sensu careat, fallere potest, non est ambigua. Si secus esset, non scripsisset Euripides v. 9. ἀθάνατον Ἥρας μητέρ' εἰς ἐμὴν ὕβριν. Neque v. 683. αἱ μὲν πρὸς ἐλάτης νῶτ' ἐρείσασαι φόβην.

916. Virgilius Aen. IV. 468. *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus, | et solem geminum, et duplices se ostendere Thebas.* Servius: *Tragice dixit imitatus Euripidem. Eumenidum agmina* de suo, vel potius ex Oreste addidit Virgilius. Nihil enim est in Bacchis, quod his verbis respondeat. Lucianus T. III. p. 177. τοῦτο δὲ τὸ ἐκ τῆς τραγῳδίας, δύο μὲν ἡλίους ὁρᾶν δοκοῦσι, δισσὰς δὲ Θήβας. Sextus Empiricus adversus Logicos I. 192. ὅτε δὲ μεμηνὼς δισσὰς ὁρᾷ τὰς Θήβας, καὶ δισσὸν φαντάζεται τὸν ἥλιον. Clemens Alex. Cohort. ad Gentes p. 91, 33. Καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, δισσὰς δὲ Θήβας, βακχεύων ἔλεγέν τις εἰδώλοις, ἀγνοίᾳ μεθύων ἀκράτῳ. Idem Paedag. II. 2. p. 180, 33. Καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, μεθύων ὁ Θηβαῖος ἔλεγεν γέρων. Quid in animo habuerit Clemens, mihi non liquet. Pentheus enim neque ebrius est, neque senex.

καὶ ταῦρος ἡμῖν πρόσθεν ἡγεῖσθαι δοκεῖς,
καὶ σῷ κέρατε κρατὶ προσπεφυκέναι.
ἀλλ' ἦ ποτ' ἦσθα θήρ; τεταύρωσαι γὰρ οὖν.
ΔΙ. Ὁ θεὸς ὁμαρτεῖ, πρόσθεν ὢν οὐκ εὐμενής,
ἔνσπονδος ἡμῖν· νῦν δ' ὁρᾷς, ἃ χρή σ' ὁρᾶν.
ΠΕ. Τί φαίνομαι δῆτ'; οὐχὶ τὴν Ἰνοῦς στάσιν,
ἢ τὴν Ἀγαυῆς ἑστάναι, μητρός γ' ἐμῆς;
ΔΙ. Αὐτὰς ἐκείνας εἰσορᾶν δοκῶ σ' ὁρῶν.
ἀλλ' ἐξ ἕδρας σοι πλόκαμος ἐξέστηχ' ὅδε,
οὐχ ὡς ἐγώ νιν ὑπὸ μίτρᾳ καθήρμοσα.
ΠΕ. Ἔνδον προσείων αὐτὸν, ἀνασείων τ' ἐγὼ,
καὶ βακχιάζων, ἐξ ἕδρας μεθώρμισα.

[918. Tzetzes ad Lycophron. 209. *καὶ πρόσθε μὲν ταῦρος ἡγεῖσθαι δοκεῖ.* Ex Addendis.]

919. Aldus *καὶ σῷ κέρα τε.* Pal. *καὶ σῷ κέρατα.* Rectius *κέρατε* duali numero Brodaeus et Stephanus, necnon edd. omnes jam inde ab Hervagiana secunda. Mediam syllabam produci monet Brunckius. Quod nescientes non modo Reiskius et Heathius, verum etiam Porsonus juvenis, ut ex ejus Adversar. p. 235. didicimus, sanam scripturam variis conjecturis corruperunt. Reiskius: *τῷ σῷ τε κέρατε.* Heathius aut *τῷ σῷ κέρα τε,* aut *τῷ σῷ γε κέρατε.* Porsonus *καὶ κέρατε τῷ σῷ.* *Κέρατος, φρέατος* et *στέατος* apud Atticos mediam producunt. Exempla dedit Brunckius; plura et meliora Maltbius Observatt. c. xxiv. cui titulus: *De vocibus Κρέας, Κέρας, Φρέαρ.* Accusativus *ὑψικέρατα* penultimam producit apud Aristophanem Nub. 597. *χρυσοκέρατα* apud Euripidem Hel. 388. ubi male Aldus: *χρυσοκέρω τ' ἔλαφον, Μέροπος τιτανίδα κούραν.* Pal. *χρυσοκέρατ'.*

920. In hac scena non solum Pentheo, verum etiam spectatoribus *τεταυρωμένος* induci videtur Bacchus. Quod haud obscure docent chori verba v. 1157. *ταῦρον προηγητῆρα συμφορᾶς ἔχων.* Ejus ἀποταύρωσις erat larva tauri caput referens. Cui similem Ioni tribuerat Aeschylus in Prometheo.

921. Ita distinguit Aldus: *ὁ θεὸς ὁμαρτεῖ πρόσθεν, ὢν οὐκ εὐμενής. | ἔνσπονδος ἡμῖν. νῦν δ' ὁρᾷς, ἃ χρή σ' ὁρᾶν.* Idem versum 921. Pentheo continuat. Unde pessimus evadit sensus. Quod nunc legitur, Tyrwhitto debetur.

922. Brunckius et Matthiae, Tyrwhittum superiori versu sequentes, hunc ita distinguunt: *ἔνσπονδος ἡμῖν νῦν· ὁρᾷς, ἃ χρή σ' ὁρᾶν.* Vulgata ratio mihi melior videtur, praesertim quum dixerit noster Ion. 558. *Νῦν ὁρᾷς ἃ χρή σ' ὁρᾶν.*

923. Aldus: *τί φαίνομαι δῆτ' οὐχὶ τὴν Ἰνοῦς στάσιν.* Notam interrogationis post *δῆτ'* habent edd. omnes praeter primas duas. Nescio an legendum: *Τίς φαίνομαι δῆτ';* Subauditur *εἶναι*, ut apud nostrum Suppl. 219. *ἧς καὶ σὺ φαίνει δεκάδος, οὐ σοφὸς γεγώς.* Si mendosum est *τί*, conferenda Aldina scriptura Iph. T. 910. *ἢν δέ τι πρόθυμος ᾖ, | σθένειν τὸ θεῖον μᾶλλον εἰκότως ἔχει.*

924. Pal. a prima manu *μητρὸς ἐμῆς.* *Γε* hic valet *utpote.*

926. Pal. *ἀλλ' ἐξ ἕδρας σοι.* Idem simili vitio *αἱρεινιν* v. 942.

928. 929. Hoc distichon in margine additum habet Pal.

ΔΙ. Ἀλλ᾽ αὐτὸν ἡμεῖς, οἷς σε θεραπεύειν μέλει,
πάλιν καταστελοῦμεν. ἀλλ᾽ ὄρθου κάρα.
ΠΕ. Ἰδοὺ, σὺ κόσμει. σοὶ γὰρ ἀνακείμεσθα δή.
ΔΙ. Ζῶναί τε σοι χαλῶσι, κοὐχ ἑξῆς πέπλων
στολίδες ὑπὸ σφυροῖσι τείνουσιν σέθεν.
ΠΕ. Κἀμοὶ δοκοῦσι παρά γε δεξιὸν πόδα.
τἀνθένδε δ᾽ ὀρθῶς παρὰ τένοντ᾽ ἔχει πέπλος.
ΔΙ. Ἦπου με τῶν σῶν πρῶτον ἡγήσει φίλων,
ὅτ᾽ ἂν παράλογον σώφρονας Βάκχας ἴδῃς.
ΠΕ. Πότερα δὲ θύρσον δεξιᾷ λαβὼν χερὶ,
ἢ τῇδε, Βάκχῃ μᾶλλον εἰκασθήσομαι;
ΔΙ. Ἐν δεξιᾷ χρὴ, χἅμα δεξιῷ ποδὶ
αἴρειν νιν. αἰνῶ δ᾽ ὅτι μεθέστηκας φρενῶν.
ΠΕ. Ἆρ᾽ ἂν δυναίμην τὰς Κιθαιρῶνος πτυχὰς
αὐταῖσι Βάκχαις τοῖς ἐμοῖς ὤμοις φέρειν;

932. Σοὶ γὰρ ἀνακείμεσθα δή. Verte: *Tibi enim innitimur: A te pendemus.* HEATHIUS. Anglice: *I give myself up to you.*

934. Julius Pollux VII. 54. a Brunckio allegatus: στολίδες δέ εἰσιν, αἱ ἐξεπίτηδες ὑπὸ δεσμοῦ γιγνόμεναι κατὰ τέλη τοῖς χιτῶσιν ἐπιπτυχαί. Anglice *tucks.*

936. Τένοντα *collum* interpretatur Brodaeus, rectius pedis *tendinem* Portus. Vide ad Med. 1166 = 1135. Σφυρὸν et τένοντα promiscue usurpat noster.

937. Propter hoc ἦπου notam interrogationis sequenti versui addunt edd. omnes, licet sententiae magis conveniat ὄντως quam *num.* Ἦπου enim saepe a grammaticis exponitur ὄντως. Sed plerumque significat ἴσως, ὡς ἔοικε, οἶμαι, ut monui ad Med. 1308=1276. Neque diverso sensu hic accipiendum est.

938. Aldus παρὰ λόγον. Pal. παραλόγον. Idem καταμηρῶ v. 96. παρακερκίδων v. 118. αναθυρσὸν v. 554. ἐνέργω v. 626. ἐπαυτὸ v. 957. ἐπιμέλαθρα v. 1169. ὑποκόρυθ᾽ v. 1184. et fortasse alia, quae librariorum potius errores quam variae lectiones sunt. Vulgata hujus versus scriptura, licet minus numerosa, non tamen prorsus vitiosa censenda est. Dixit enim noster Iph. A. 1164. τίκτω δ᾽ ἐπὶ τρισὶ παρθένοισι παῖδά σοι. Idem Ion. 931. Τί φῄς; τίνα λόγον Λοξίου κατηγορεῖς; Plura hujus licentiae exempla extra primum pedem apud tragicos non reperi. Non nisi accentu differunt παρὰ λόγον et παράλογον, quod reponendum monet Porsonus Adversar. p. 267. conferens Euripidem Or. 591. Ὦ παράλογόν μοι σὴ φανεῖσ᾽ ἀμορφία. Παράλογον pro παραλόγως, ut καιρὸν pro καιρίως, accusativus pro adverbio. Quum tantula mutatione opus sit, quis Porsoni conjecturam admittere dubitet? Ceterum παράλογος substantivum esse monent Atticistae. Thucydides II. 85. ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς, ἄλλως τε καὶ πρῶτον ναυμαχίας πειρασαμένοις, πολὺς ὁ παράλογος εἶναι. Plura dabunt interpretes.

943. Aldus πτύχας. Pal. recte πτυχὰς, ut jam monui ad v. 62.

944. Schol. ad Euripidis Phoen. 3. Θοαῖς ἵπποισι: λείπει ἡ συν, ἵν᾽ ᾖ, σὺν θοαῖς ἵπποισι. καὶ Ὅμηρος [Il. Θ. 24. ubi ἐρύσαιμ᾽] Αὐτῇ κεν

ΔΙ. Δύναι' ἄν, εἰ βούλοιο. τὰς δὲ πρὶν φρένας
οὐκ εἶχες ὑγιεῖς. νῦν δ' ἔχεις οἵας σε δεῖ.
ΠΕ. Μοχλοὺς φέρωμεν, ἢ χεροῖν ἀνασπάσω,
κορυφαῖς ὑποβαλὼν ὦμον ἢ βραχίονα,
ΔΙ. Μή σύ γε τὰ Νυμφῶν διολέσῃς ἱδρύματα,
καὶ Πανὸς ἕδρας, ἔνθ' ἔχει συρίγματα.
ΠΕ. Καλῶς ἔλεξας. οὐ σθένει νικητέον
γυναῖκας· ἐλάταισιν δ' ἐμὸν κρύψω δέμας.
ΔΙ. Κρύψει σὺ κρύψιν, ἥν σε κρυφθῆναι χρεὼν,
ἐλθόντα δόλιον Μαινάδων κατάσκοπον.
ΠΕ. Καὶ μὴν δοκῶ σφᾶς ἐν λόχμαις, ὄρνιθας ὣς,
λέκτρων ἔχεσθαι φιλτάτοις ἐν ἕρκεσιν.
ΔΙ. Οὐκ αὖν ἐπ' αὐτὸ τοῦτ' ἀποστέλλει φύλαξ;
λήψει δ' ἴσως σφᾶς, ἢν σὺ μὴ ληφθῇς πάρος.
ΠΕ. Κόμιζε διὰ μέσης με Θηβαίας χθονός.

γαίῃ ἐρύσαιτο. καὶ ἐν Βάκχαις· Αὐτῇσιν ἐλάταις. καὶ ἐν Ἱππολύτῳ [v. 1189. ubi ἁρμόσας]· Αὐτῇσιν ἀρβύλῃσιν ἁρμόσαι πόδα. Fuerunt igitur, qui αὐταῖσιν ἐλάταις pro αὐταῖσι Βάκχαις legerent. Si vulgo exhiberetur ea scriptura, quis meliorem requireret? Nostri *trees and all.* Sed praestare videtur αὐταῖσι Βάκχαις, *women and all.* Infra v. 1132. legitur αὐταῖς ἀρβύλαις. Plura ad verba αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους Med. 164=161.

949. Aldus τᾶν νυμφῶν. Edd. recentiores τὰ νυμφῶν ex emendatione Stephani. Pentheum, Bacchi sacris jam addictum, minus quam ceteros mortales bellum cum Nymphis Bacchi sociis gerere debere significat particula γε, cujus vis interpretes fugit.

950. Aldus καὶ καπνὸς ἕδρας. Πανὸς Brodaei emendatio est, quam exhibent edd. omnes jam inde ab Hervagiana secunda.

953. Pal. κρυφῆναι. Pseudogregorius v. 1503. κρύπτῃ δὲ κρύψιν ἣν σὺ κρυβῆναι θέλεις. Noster Iph. A. 1182. ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ἔδει μόνον, | ἐφ' ᾗ σ' ἐγὼ καὶ παῖδες αἱ λελειμμέναι | δεξόμεθα δέξιν, ἥν σε δέξασθαι χρεών.

956. Ἑλέσθαι. Sic scribendum esse ostendit Bacchi responsio, λήψῃ δ' ἴσως σφᾶς. Vulgo legitur ἔχεσθαι. Brunckius. Hoc revocavit Matthiae. Non ἑλέσθαι sed αἱρήσειν postulat sensus, quem his verbis tribuit Brunckius.

957. Aldus οὐκοῦν sine interrogatione. Vide ad v. 191.

959. Erunt fortasse, qui malint Θηβαίων propter αὐτῶν proximo versu; praesertim quum primus tragoediae versus sit: Ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίων χθόνα. Sed nihil omnino refert. Quum enim post mentionem Thebanae ditionis, *ipsos* memorat poëta, de Thebanis eum loqui res ipsa indicat. Similiter Thucydides I. 31. οἱ δὲ Κορίνθιοι πυθόμενοι ταῦτα, ἦλθον καὶ αὐτοὶ ἐς τὰς Ἀθήνας πρεσβευσόμενοι, ὅπως μὴ σφίσι πρὸς τῷ Κερκυραίων ναυτικῷ καὶ τὸ αὐτῶν προσγενόμενον, ἐμπόδιον γένηται θέσθαι τὸν πόλεμον ᾗ βούλονται. Ubi αὐτῶν non est τῶν Ἀθηνῶν sed τῶν Ἀθηναίων. Clarius I. 136. Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς προαισθόμενος, φεύγει ἐκ Πελοποννήσου ἐς Κέρκυραν, ὢν αὐτῶν εὐεργέτης. Unde fortasse defendi potest αὐτοὶ apud

μόνος γὰρ αὐτῶν εἰμ' ἀνὴρ, τολμῶν [1] τόδε.

ΔΙ. Μόνος σὺ πόλεως τῆσδ' ὑπερκάμνεις, μόνος.
τοιγάρ σ' ἀγῶνες ἀναμένουσιν, οὓς ἐχρῆν.
ἕπου δέ. πομπὸς δ' εἰμ' ἐγὼ σωτήριος·
κεῖθεν δ' ἀπάξει σ' ἄλλος. ΠΕ. Ἡ τεκοῦσά γε.

ΔΙ. Ἐπίσημον ὄντα πᾶσιν. ΠΕ. Ἐπὶ τόδ' ἔρχομαι.
ΔΙ. Φερόμενος ἥξεις. ΠΕ. Ἁβρότητ' [1] ἐμὴν λέγεις.
ΔΙ. Ἐν χερσὶ μητρός. ΠΕ. Καὶ τρυφᾶν μ' ἀναγκάσεις.

[1] τάδε.

[1] ἐμοὶ

Euripidem Suppl. 738. ubi olim conjeci ἀστοί.

960. Aldus: μόνος γάρ εἰμ' αὐτῶν ἀνὴρ τολμῶν τόδε. Pal. μόνος γὰρ εἰμ κ. τ. ἑ. Hujusmodi senarii apud Aeschylum et Sophoclem non valde frequentes, apud Euripidem vero rarissimi sunt. Multa super hac quaestione dixi ad Euripidis Suppl. 303. Diarii Classici T. VIII. p. 428. seqq. Vide etiam ad Med. 219=214. Dixit Euripides Suppl. 303. σφάλλει γὰρ ἐν τούτῳ μόνῳ, τἄλλ' εὖ φρονῶν. Ibid. 699. καὶ συμπατάξαντες μέσον πάντα στρατόν. Cetera omnia exempla, quae in Diario Classico collegi, aut diversi generis sunt, aut manifesto corrupta. Corruptam scripturam exhibet Aldus Phoen. 476. ἐγὼ δὲ δωμάτων πατρὸς προὐσκεψάμην. Scripti libri plerique πατρὸς δωμάτων, quod admisit Grotius. Corruptum est etiam, quod legitur El. 545. ἀλλ' ἤ τις αὐτοῦ τάφον ἐποικτείρας ξένος | ἐκείρατ', ἢ τῆσδε σκοποὺς λαθὼν χθονός. Sensus enim hanc scripturam postulat: σκοποὺς λαθὼν ἐκείρατ', ἢ τῆσδε χθονός. Non enim ad Agamemnonis sepulchrum, sed ad Argivorum fines vigilabant custodes, neque civium caussa, sed hostium constituti erant. Haec verborum transpositorum exempla attuli, quo minus audax viderer, quod μόνος γὰρ αὐτῶν εἰμ' ἀνὴρ pro μόνος γὰρ εἰμ' αὐτῶν ἀνὴρ reposuissem. Scripsissem etiam ἀστῶν, nisi αὐτῶν recte se habere tandem vidissem. Hactenus de scriptura. Quod ad interpretationem attinet, omnes hunc sensum his verbis tribuisse videntur: μόνος γὰρ αὐτῶν τολμῶ τάδε. Si secus esset, inter ἀνὴρ et τολμῶν interpunxissent. Conferendus omnino Aristophanes Lys. 143. Ὦ φιλτάτη σὺ καὶ μόνη τούτων γυνή.
Ibid. Brunckius τολμῶν τάδε.

961. Euripides Hipp. 327. Κάκ', ὦ τάλαινα, σοὶ, τάδ' εἰ πεύσει, κακά. Alc. 725. Φίλον τὸ φέγγος τοῦτο τοῦ θεοῦ, φίλον. Incertus Rhes. 579. Θρασὺς γὰρ Ἕκτωρ νῦν, ἐπεὶ κρατεῖ, θρασύς.

963. Aldus πομπὸς δ' εἰμ' ἐγώ. Pal. πομπὸς δ' εἰμ' ἐγώ. Sic etiam edd. nonnullae. Aliae πομπὸς δ' εἰμ' ἐγὼ. Sola Schaeferiana recte πομπὸς δ' εἰμ' ἐγώ. Etiam eorum qui εἰμ scripserunt, plerique aut omnes *sum* in animo habuisse videntur. Sed sensus est *ibo*.

964. Verba Ἡ τεκοῦσά γε non sunt interrogative proferenda, neque notam interrogationis in Aldina additam habent. Anglice significant: *Yes, my mother.*

966. Nescio an legendum: Ἁβρότητ' ἐμοὶ λέγεις. Aristophanes Plut. 637. Λέγεις μοι χαράν. λέγεις μοι βοάν.

967. Lego interrogative: Καὶ τρυφᾶν μ' ἀναγκάσει; *Num me etiam in deliciis versari coget?* Ed. Ald. ἀναγκάσεις. Musgravius. Ex

ΔΙ. Τρυφάς γε τοιάσδ'. ΠΕ. Ἀξίων μὲν ἅπτομαι.
ΔΙ. Δεινὸς σὺ, δεινὸς, κἀπὶ δείν' ἔρχει πάθη,
ὥστ' οὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος.
ἔκτειν', Ἀγαυὴ, χεῖρας, αἵ θ' ὁμόσποροι
Κάδμου θυγατέρες. τὸν νεανίαν ἄγω
τόνδ' εἰς ἀγῶνα μέγαν. ὁ νικήσων δ' ἐγὼ
καὶ Βρόμιος ἔσται. τἄλλα δ' αὐτὸ σημανεῖ.
ΧΟ. Ἴτε θοαὶ λύσσας κύνες, ἴτ' εἰς οὖρος,
θίασον ἔνθ' ἔχουσι Κάδμου κόραι.
ἀνοιστρήσατέ νιν
ἐπὶ τὸν ἐν γυναικομίμῳ στολᾷ
Μαινάδων κατάσκοπον λυσσώδη.
μάτηρ πρῶτά νιν λευρᾶς ἀπὸ πέτρας
ἢ σκόλοπος ὄψεται

Hervagiana secunda manavit ἀναγκάσει, nec quisquam ante me Aldinam revocavit. Haec verba superioribus continuanda mihi videntur: Ἁβρότητ' ἐμοὶ λέγεις, καὶ τρυφᾶν μ' ἀναγκάσεις.

968. Aldus: τρυφάς γε τοιάσδε. Supple ἃς ἔλεξά σοι. Subtiliorem sensum in his verbis quaerit Musgravius, ego nullum reperio.

Ibid. Eadem significant ἀξίων ἅπτεσθαι et ἐπ' ἀξίοις πονεῖν, quod dixit tragicus Rhes. 182.

970. Noster Hipp. 1205. εἰς δ' ἁλιῤῥόθους | ἀκτὰς ἀποβλέψαντες, ἱερὸν εἴδομεν | κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον. Verba κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον, *fluctum ad coelum pertingentem*, copiose illustravit Valckenarius, qui Homericum οὐρανῷ ἐστήριξε κάρα in his expressum monet. Confer vv. 1071. 1081.

974. Τἄλλα δ' αὐτὸ σημανεῖ. *Res ipsa indicabit.* Nisi αὐτὸς malis. Brodaeus. In αὐτὸ subintelligitur τὸ ἔργον aut τὸ πρᾶγμα. Reiskius. Brodaei conjecturam in marginem male admisit Barnesius. Noster Phoen. 626. ΠΟ. Ὦ τάλαιν' ἐγὼ, τί δράσετ', ὦ τέκν'; ΕΤ. Αὐτὸ σημανεῖ. Suidas: Αὐτὸ δείξει: παροιμία. ἐλλείπει τὸ ἔργον. Plura si quis desiderat, Valckenarium adeat.

975. Θοαὶ λύσσης κύνες sunt Erinnyes, quas vocat et Sophocl. Electr. v. 1403. 1404. [1387. 1388.] μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων | ἄφυκτοι κύνες. Heathius. Λύσσης. Personae allegoricae, seu Divae nomen est. Inducitur ea in scenam in Hercule Furente. Brunckius. Diversa a Furiis est Λύσσα.

Ibid. Pal. ἴτ' εἰς ὄρος. Nescio an recte. Licet enim brevi syllabae ὄ longa syllaba ὀρ respondeat, satis constat vel ex hoc carmine id in metro dochmiaco licuisse. Apud Euripidem saepius non legitur οὖρος pro ὄρος.

979. Sic omnes ante Brunckium, qui tacite λυσσώδεα dedit ex conjectura Musgravii. Matthiae vero: * * Μαινάδων σκοπὸν λυσσώδη. Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 253. versum corruptum esse monet, neque eum emendare conatur. Eo magis a conjecturis abstinendum est, quod antistrophici versus 999. incerta scriptura est.

981. Σκόλοπος hic καταχρηστικῶς pro δένδρου posuit poëta. Propria significatione cum πέτρα conjunxit Iph. T. 1428. ὡς ἐκ θαλάσσης, ἔκ τε γῆς ἱππεύμασι | λαβόντες αὐτοὺς, ἢ κατὰ στύφλου πέτρας | ῥίψωμεν, ἢ σκόλοψι πήξωμεν δέμας.

δοκεύοντα, Μαινάσιν δ' ἀπύσει·
Τίς ὅδε Καδμείων μαστὴρ † οὐριοδρόμων
ἐς ὄρος, ἐς ὄρος ἔμολ', ἔμολεν, ὦ Βάκχαι;
τίς ἄρα νιν ἔτεκεν;
οὐ γὰρ ἐξ αἵματος
γυναικῶν ἔφυ,
λεαίνας δέ γε τινὸς ἢ Γοργόνων
Λιβυσσᾶν γένος.—
ἴτω δίκα φανερὸς,

983. Aldus τίς δ' ὅδε. Delendum δ' et propter sensum, et quia sic melius ἀντιστοίχῳ, emendate utique scripto, respondet. Musgravius. Cujus conjecturam a Brunckio admissam confirmat Pal. Particulam revocavit Matthiae.

Ibid. Οὐριοδρόμων, τῶν Βακχῶν. Brodaeus. Interpretes Latini *monticolarum* verterunt: at οὐριοδρόμος et οὐριοδρομεῖν aliud. Fortasse dicendum οὐρεσιδρόμων, *quae per montes currunt*, ut ὀρεσιβάτης, *qui per montes it*. Τὸ ν metri causa solet inseri. Portus. Pal. ὀριοδρόμων. Portus in versione Latina: *Quisnam hic ex Cadmeis investigator* Baccharum *monticolarum*. Ejus conjecturam οὐρεσιδρόμων admisit Barnesius. Musgravius in textu οὐριοδρόμων ut Aldus, in annotatione vero primo οὐριδρόμων vel οὐρειδρόμων, deinde οὐρειοδρόμων. Nihil est horum cui bene respondeat θηρεύουσα, sed ceteris melius videtur οὐρειδρόμων, quod admisit Brunckius. Quum autem οὐρειδρόμων potius masculinum quam femininum sit, vix arbitror Euripidem eo nomine Bacchas appellaturum fuisse, nisi addito Βακχῶν, Μαινάδων, γυναικῶν vel alio quopiam vocabulo, quod sexum indicaret, praesertim quum periculum esset, ne lectores οὐρειδρόμων ad Καδμείων referrent. Longe aliter Seidlerus de Versibus Dochm. p. 34. τίς δ' ὅδε Καδμείων μαστὴρ οὐρείων | δρόμῳ ἐς ὄρος, ἐς ὄρος ἔμολεν, ὦ Βάκχαι; Nec multo secus Matthiae: τίς δ' ὅδε Καδμείων μαστὴρ οὔριον | δρόμον ἐς ὄρος, κ. τ. ἑ. Ego potius legam οὐριοδρομῶν quam οὐριοδρόμων, ut sensus sit: Τίς Καδμείων ὅδε μαστὴρ ἔμολεν οὐριοδρομῶν; Id est: Τίς τῶν Θηβαίων δεῦρο κατάσκοπος ἦλθεν οὐρίῳ δρόμῳ; Sed ne haec quidem ratio vera mihi videtur.

984. Aldus: ἐς ὄρος ἐς ὄρος ἔμολεν ὦ βάκχαι; Pal. εἰς ὄρος εἰς ὄρος ἔμολεν ἔμολεν ὦ βάκχαι. Brunckius ex conjectura Musgravii: ἐς ὄρος, ἐς ὄρος ἔμολεν, ἰὼ Βάκχαι; Matthiae: δρόμον ἐς ὄρος, ἐς ὄρος ἔμολεν, ὦ Βάκχαι; Vero proxima videtur cod. Palatini scriptura. Ἔμολε geminat noster etiam Hel. 194. ναύτας Ἀχαιῶν, τις ἔμολεν, ἔμολε, δάκρυα δάκρυσί μοι φέρων.

987. Pal. γυναικῶν ὅδ' ἔφυ.

988. Pal. λεαίνας δέ τινος. Homerus Il. Π. 33. νηλεές, οὐδ' ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς, | οὐδὲ Θέτις μήτηρ. γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα, | πέτραι τ' ἠλίβατοι. ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής. Theocritus Idyll. III. 15. νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα. βαρὺς θεός. ἦ ῥα λεαίνης | μαστὸν ἐθήλαξε, δρυμῷ τέ μιν ἔτρεφε μάτηρ. Virgilius Aen. IV. 365. *Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor, | perfide, sed duris genuit te cautibus horrens | Caucasus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.* Haec contulit Brunckius.

990. 991. Duos versus in unum senarium redigendos esse monet Seidlerus p. 135. Ita jam fecerat

ἴτω ξιφηφόρος,
φονεύουσα λαιμῶν διαμπὰξ
τὸν ἄθεον, ἄνομον, ἄδικον Ἐχίονος
¹ γόνον γηγενῆ. ¹ τόκον
Ὃς ἀδίκῳ γνώμᾳ, παρανόμῳ τ' ὀργᾷ,
† περὶ τὰ Βάκχι' ὄργια, ματρός τε σᾶς,

Pseudogregorius v. 1096. ἴτω δίκ' ἴτω φανερῶς ξιφηφόρος. Quare δίκ' ἴτω φανερῶς quam ἴτω δίκα φανερὸς dicere maluerit, caussam vide ad v. 16.

992. [Aldus: φονεύουσα δαίμων διαμπάξ.] Vellem sane legere hic et v. 1012. λαιμῶν διαμπὰξ, penitus per jugulum. Sic Orest. 1472. παίειν λαιμῶν ἔμελλεν εἴσω μέλαν ξίφος. Διαμπὰξ ab Hesychio exponitur διαμπερὲς, quod cum genitivo occurrit Il. M. 429. διαμπερὲς ἀσπίδος. Vide etiam Il. Τ. 362. et Sophocl. Philoct. p. 412. ed. H. Steph. [v. 791.] Tyrwhittus. Cujus emendationem non nisi probabilem a Musgravio appellatam admisit Brunckius. Similem errorem exhibet Aldina Hel. 1600. τέμνων δὲ δαίμον' ηὔχετ'. Διαμπὰξ saepius apud Euripidem non legitur. Sed Aeschylus Prom. 64. monente Musgravio: Ἀδαμαντίνου νῦν σφηνὸς αὐθάδη γνάθον | στέρνων διαμπὰξ πασσάλευ' ἐῤῥωμένως.

994. Aut hic legendum τόκον, aut v. 1014. γόνον.

996. Aldus: περὶ τὰ βάκχι' ὄργια, ματρός τε σᾶς. Barnesius auctore Scaligero περὶ σὰ Βάκχι' ὄργια, ut Βάκχι' vocativus sit. Burgesius: περὶ τὰ, Βάκχε, σ' ὄργια. Ceteri omnes in Scaligeri scriptura acquieverunt, neque ego repugnarem, si versus ea admissa mendo careret. Sed corruptum videtur ὄργια, cujus loco vocabulum ejus formae, cujus est ἔργα, postulat metrum. Dixit quidem Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 255. *Illud tamen non videtur dubium, in Bacchis v. 996. περὶ σὰ, Βάκχι', ὄργια, ματρός τε σᾶς, synizesin faciendam esse.* Idem p. 54. exempla ejus contractionis dedit καρδίας et καρδίαν apud Aeschylum Theb. 294. Suppl. 75. ὄργια et Ὀλυμπίου apud Euripidem Bacch. 996. Herc. 1304. Nihil horum verum synizeseos exemplum esse mihi videtur, neque ipsum Hermannum καρδίας pro disyllabo hodie habere puto. Revocavi igitur τὰ, quod per me maneat, donec aliquid excogitarit quis, quod et metro et sententiae satis faciat.

Ibid. Quum verba ματρός τε σᾶς cum superioribus περὶ τὰ Βάκχι' ὄργια conciliari nequeant, Portus ματρός τε σφᾶς, Reiskius ματρὸς θ' ἑᾶς scribendum conjicit. Longe melius Burgesius ματρός τε Γᾶς. Quis enim, qui vel Euripidis Bacchas legerit, Rheae potius quam Semeles orgia fuisse nescit? Musgravius allegat Theocritum Id. XXVI. 6. ἐν καθαρῷ λειμῶνι κάμον δυοκαίδεκα βωμούς, | τὼς τρεῖς τᾷ Σεμέλᾳ, τὼς ἐννέα τῷ Διονύσῳ. Quo testimonio constare putat Semelen cum filio in orgiis coli. Magis ad rem videtur Euripidei Palamedis fragm. V. οὐ σὺν Διονύσῳ | κομᾶν, ὃς ἀν' Ἴδαν | τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ | τυμπάνων ἰάκχοις. Quae verba, licet corrupta sint, matrem cum filio recte conjungi ostendunt. Utrum vero de Semele an de Rhea accipienda sint, non satis constat. Receptam enim deorum genealogiam pro arbitrio mutare solet Euripides, qui praeter alia multa ejus generis, Musas Harmoniae filias facit Med. 834. Lunam Solis filiam Phoen. 189. ut supra monui ad v. 519. Ut concedamus igitur eum scri-

μανεῖσα πραπίδι,
παρακόπῳ τε λήματι στέλλεται,
τὸν ἀνίκατον ὡς κρατήσων βίᾳ.
† *γνώμαν σώφρονα, θάνατος ἀπροφάσιστος*

psisse *ματρός τε σᾶς*, incertum manet, utrum Rhea an Semele intelligenda sit.

997. Aldus *μανεῖσα πραπίδι*. Edd. recentiores ex emendatione Brodaei et Stephani *μανείσᾳ πραπίδι*. Reiskius *μανείσαις πραπίσι*. Quid in altera scriptura sibi displicuisset, non dixit.

998. Aldus *τελήματι* conjunctim, quod in *τε λήματι* mutandum monere operae pretium duxit Stephanus. Ita jam correctum reperisset in Hervagiana secunda, si eam inspexisset.

999. Aldus: *τὸν ἀνίκατον ὡς κρατήσων βίᾳ* | *γνώμαν σώφρονα*. Pal. *τὰν ἀνίκατον κ. τ. ἑ.* Brunckius ex conjectura Musgravii: *τόν γ' ἀνίκατον κρατήσων ὡς βίᾳ*. Matthiae v. 999. ut Aldus. Post hunc versum plene distinguunt omnes edd. recentiores. Si articulus omnino abesset, optimum dochmiacum haberemus, *ἀνίκατον ὡς κρατήσων βίᾳ*, sed non talem, qualem postulat strophicus versus, *Μαινάδων κατάσκοπον λυσσώδη*. Admisso *τὰν*, metrum erit ut vv. 986. 987. *οὐ γὰρ ἐξ αἵματος* | *γυναικῶν ἔφυ*. Creticos dochmiis et praeponere et interserere tragicos amare monet Seidlerus p. 122. Sed ne sic quidem antistrophicus strophico respondebit. Neque satis scio, quid sit vincere *τὰν ἀνίκατον γνώμαν σώφρονα*. Vulgatam probare videtur Hermannus p. 253.

1000—1009. Tandem pervenimus ad locum totius tragoediae difficillimum, quem ut insanabilem uncinis inclusit et intactum reliquit Brunckius. *In variis* (inquit) *et discrepantibus doctorum virorum conjecturis nihil quod probabile, nedum certum sit, video: neque is ego sum qui Camarinam illam movere audeam.* Idem meliores libros exspectandos esse monet. Parum adjumenti in Pal. cujus varietates suis locis indicabo. Ego vero officii mei esse duco, praecipuas superiorum interpretum conjecturas memorare, licet maximam partem futilissimae sint. Sed ex malis conjecturis haud raro nascuntur bonae. Mearum quidem parcus ero. Quod enim Heathio contigit, ut longa et attenta meditatione veram et germanam scripturam assequutus sibi videretur, id mihi nondum contigisse fateor.

1000. Aldus: *γνώμαν σώφρονα, θάνατος ἀπροφάσιστος*, | *εἰ τά τε θεῶν ἔφυ*, | *βροτείῳ τ' ἔχειν ἄλυπος βίος*. Hervagiana secunda cum sequentibus omnibus *εἰς τά τε θεῶν*. Quam nescio cujus conjecturam confirmat Pal. *εἰς τὰ θεῶν* exhibens. Cantero ita legendum videtur: *γνώμαν σωφρονεῖν, θάνατος ἀπροφάσιστος*, | *εἰς τά τε θεῶν ἔφυ*, | *βροτείων τ' ἔχειν ἄλυπος βίος*. Scaliger etiam *σωφρονεῖν*, sed *βροτείῳ—βίῳ*. Portus: *γνώμαν σώφρονα ἔχειν, ἄλυπος βίος*. Cetera *διὰ μέσου* esse putat, itaque explicat: *ὁ δὲ θάνατος ἀπροφάσιστος προκείμενός ἐστι τοῖς δεινότατα ἁμαρτήματα ἁμαρτήσασιν* (imo *ἁμαρτοῦσιν*) *εἰς τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἀνθρώπους*. Reiskius: *γνώμαν σώφρονα ἔχειν ἔφυ βίος ἀθάνατος, ἀπροφάσιστος; ἄλυπος ἔς τε τὰ θεῶν βροτεῖά τε.* Ita Graece. Latine vero: *Habere mentem sapientem est vita immortalis, culpae et maestitiae expers, tam divinis in rebus, quam in humanis.* Is igitur *ἀθάνατος* et *βροτεῖά* reponenda censuit. Heathius: *γνώμαν σώφρονα θνατοῖς ἀπροφασίστως*, | *εἰς τά τε θεῶν ἔφυ*, | *βροτείων τ', ἔχειν ἄλυπος βίος*. Idem Latine: *Mentem modestam mortalibus quidem habere absque cavillatione, circa ea quae ad deos et*

εἰς τά τε θεῶν ἔφυ,
βροτείῳ τ' ἔχειν ἄλυπος βίος.
τὸ σοφὸν οὐ φθόνῳ χαίρω θηρεύουσα.
τὰ δ' ἕτερα μεγάλα, φανερὰ τῶν ἀεὶ

ad homines pertinent, res est quae jucundam et tutam vitam efficit. Musgravius in annotatione: γνώμαν σώφρον', ἄφθαρτος, ἀπροφάσιστος, | εἰς τό τε θεῶν ἔφυ | βρότειόν τ' ἔχειν ἀλύπως, βίος. Idem in interpretatione Latina: *Mentem modestam incorrupta, nihil fingens, et in rebus divinis facta est, et humanis ad indolentiam, vita.* Sensum esse statuit: *Vita eorum, quibus mens sobria non corrumpitur, quique nullum unquam officium detrectant, solet et a Diis et ab hominibus molestiarum expers esse.* Denique Matthiae: γνώμαν σώφρον' ἀθάνατον ἀπροφάσιστ' | εἰς τά τε θεῶν ἔφυ | βροτείαν τ' ἔχειν ἄλυπος βίος. Seidlerus p. 173. de his tribus versibus agens: *Antistrophae emendationem me sagacioribus commendo, satis habens monuisse, Aldum pro εἰς legere εἰ, quod Brunckius edidit.* Etiam Pal. εἰς, ut jam dixi.

Ibid. Ἀπροφάσιστος est ὁ μὴ προφάσεις παρέχων. Ita ἀπροφάσιστοι σύμμαχοι, *socii prompti et parati ad officium subeundum*, apud Xenophontem Paed. II. 4, 10. Θάνατος vero ἀπροφάσιστος potius ὁ μὴ προφάσεις δεχόμενος esse videtur. Sensus enim est *mors inevitabilis*. Sed vix sanum puto θάνατος.

1002. Neque metro necessarium est τε superiore versu, neque in Pal. exstat. Si verba θάνατος ἀπροφάσιστος εἰς τὰ θεῶν ἔφυ expedire possem, haud illibenter legerem: γνώμαν σώφρονα βροτείαν τ' ἔχειν, ἄλυπος βίος. Quid sit γνώμην βροτείαν ἔχειν, docet noster Alc. 802. ὄντας δὲ θνητοὺς, θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών.

1003. Aldus: τὸν σοφὸν οὐ φθόνῳ χαίρω θηρεύουσα. Pal. τὸ σοφὸν οὐ φθονῶ χ. θ. Scaliger etiam τὸ σοφόν. Eo excepto, ab hoc versu manum abstinuerunt omnes ante Heathium, qui τὸν σοφὸν οὐ φθονῶ scripsit cum plena distinctione, ut sensus esset, *Sapienti minime invideo*, verbis χαίρω θηρεύουσα ad sequentia relatis. Musgravius in primaria annotatione: τὸ σοφὸν οὐ πόνῳ χαίρω θηρωμένα. Idem Latine: *Sapientiam non amo cum labore venari.* Idem in supplemento: τὸ σοφὸν ἄχθος οὐ καιρῷ θηρεύουσι. Id est: *Sapientia in perniciem vertit iis, qui eam imprudenter sectatur.* Matthiae τὸ σοφὸν, cetera ut vulgo, nisi quod metri caussa syllabam σα in sequentem versum rejecit.

1004. Aldus: τὰ δ' ἕτερα μεγάλα, φανερὰ τῶν αἰεὶ | ἐπὶ τὰ καλὰ βίον | ἦμαρ εἰς νύκτα τ' εὖ | ἄγοντ' εὐσεβεῖν. Pal. τῶν ἀεὶ, mox ἄγουντ', cetera ut Aldus. Scribendum τὸν αἰεὶ, βίον scilicet, monuit Brodaeus, cujus conjecturam repetiit Stephanus. Sic etiam Scaliger. Canterus μέγα pro μεγάλα metri caussa. Reiskius: τὰ δὲ γέρα μεγάλα φανερὰ τῷ γ' ἀεὶ ἐπὶ τὰ κατὰ βίον, ἦμαρ ἐς, νύκτα τ' ἐς, ἄγοντ' (id est ἄγοντι) εὐσεβεῖν. Idem Latine: *Praemia magna et conspicua sunt illi quidem, qui res ad quotidianas, de die, de nocte, pietatem adfert.* Heathius: χαίρω θηρεύουσα | τάδ' ἕτερα μεγάλα, φανερὰ, τὸν ἀεὶ | ἐπὶ τὰ καλὰ βίον | ἦμαρ εἰς νύκτα τ' εὖ ἄγοντ', εὐσεβεῖν. Idem Latine: *Mihi voluptas est consectari haec alia magna et illustria, quae semper noctes atque dies vitam ad honestatis normam recte dirigunt, ut ea pie colam.* Musgravius: τὰ δ' ἕτερα, μεγάλα φανερά τ' ὄντ' ἐπὶ τὰ καλὰ βίον κ. τ. ἑ. Ita quidem in prima annotatione, sed in supplemento φανερά τ' ἦν αἰεὶ et mox ἐν | ἄγοντ' pro εὖ ἄγοντ'. Ejus interpretatio

ἐπὶ τὰ καλὰ βίον
ἆμαρ εἰς νύκτα τ' εὖ
ἄγοντ' εὐσεβεῖν,
[1] τὰ δ' ἔξω νόμιμα δίκας ἐκβαλόν-
τα τιμᾶν θεούς.
ἴτω δίκα φανερὸς,
ἴτω ξιφηφόρος,
φονεύουσα λαιμῶν διαμπὰξ,
τὸν ἄθεον, ἄνομον, ἄδικον Ἐχίονος
[2] τόκον γηγενῆ.

1 τά τ' ἔξω
2 γόνον

ita se habet: *Sed illa alia, magna et illustria semper, ad honesta vitam interdiu noctuque recte dirigentem pie agere.* Matthiae τῶν ἀεὶ ut Pal. cetera ut Aldus. Seidlerus p. 95. locum se non intelligere fatetur.

Ibid. Si versus dochmiacus est, pro septem brevibus syllabis τὰ δ' ἕτερα μεγάλα metrum postulat octo. Seidlerus igitur p. 34. et Matthiae ultimam superioris versus syllabam σα huc retraxerunt. Eodem rediret τὰ δέ γ' ἕτερα. Sed medicinam mortuo facere supersedeo. *Μεγάλα* et *φανερὰ* conjungit noster etiam v. 1196.

Ibid. *Τῶν αἰεὶ* vel est *ἀντίπτωσις* metri causa, pro τὸ αἰεὶ, vel *ἀγόντων* infra legendum. Vel est *ἀνακόλουθον* Bacchico choro furenti conveniens, ut melius ille mentis furor indicetur. Portus. Metro repugnat *ἀγόντων*. De τῶν αἰεὶ ampliandum videtur.

1006. Verbis ἦμαρ εἰς νύκτα τε eum sensum vulgo tribuunt, quem habent v. 425. κατὰ φάος, νύκτας τε φίλας. Brodaeus: *diu noctuque, nullo non tempore.* Sed verba ἦμαρ εἰς νύκτα potius *diem usque ad noctem*, id est, *totum diem*, significare mihi videntur. Quam interpretationem confirmat noster Herc. 503. ἀλλ' ὦ γέροντες, σμικρὰ μὲν τὰ τοῦ βίου. | τοῦτον δ' ὅπως ἥδιστα διαπεράσατε, | ἐξ ἡμέρας εἰς νύκτα μὴ λυπούμενοι. Neque obstat particula τε, quae apodosin habet in verbis τά τ' ἔξω νόμιμα κ. τ. ἑ. Sic enim legendum puto. Conferendus noster Iph. T. 199. ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέντων | Ταντάλιδᾶν ἐκβαίνει ποινά τ' | εἰς οἴκους, σπεύδει τ' ἀσπούδαστ' | ἐπὶ σοὶ δαίμων. Vulgo: ποινά γ' ἐς οἴκους. σπεύδει | δ' ἀσπούδαστ'. Vide Musei Crit. Cantab. T. II. p. 281. ubi multa particulae τε post plures voces insertae exempla dedi. De δὲ in apodosi post τε nonnihil dixi ad v. 457.

1008. Pal. ἐκβάλον|τα, quod ad ἐκβάλλοντα alludit. Haec ita recte explicare videtur Musgravius: *ritus vero injustos rejicientem venerari deos.* Τὰ ἔξω δίκας νόμιμα sunt τὰ ἄδικα. Nihil difficultatis hic video. Portus: *Ritus vero illi sunt extra justitiam*, sunt injusti, *qui ejiciunt* ex *honoribus Deos.* i. qui Deos debitis honoribus privant. Sic ille, qui τιμᾶν pro genitivo plurali accipit. Barnesius dedit τιμᾷν, sed Porti interpretationem non mutavit. Heathius, fere ut Portus: *Ista vero placita justitiae fines transgrediuntur, quae deos honoribus ejiciunt.* Ad ἐκβαλόντα conferendus noster Hec. 1230. Ἴσχ'. ἐκβαλὼν δὲ καρδίας τὸ βάρβαρον, | λέγ'. Tro. 59. Ἥκου νιν ἔχθραν τὴν πρὶν ἐκβαλοῦσα νῦν | εἰς οἶκτον ἦλθες πυρὶ κατηθαλωμένην. Dictyis fragm. VII. πατέρα τε παισὶν ἡδέως συνεκφέρειν | φίλους ἔρωτας, ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν, | παῖδάς τε πατρί.

Φάνηθι ταῦρος, ἢ πολύκρανος ἰδεῖν
δράκων, ἢ πυριφλέγων
ὁρᾶσθαι λέων.
ἴθ', ὦ Βάκχε, θηραγρέτᾳ Βακχᾶν,
γελῶντι προσώπῳ
περίβαλε βρόχον,
ἐπὶ θανάσιμον ἀγέλαν
πεσόντι τὰν Μαινάδων.

1015. Horatius II. 19, 23. *Rhoetum retorsisti leonis | unguibus horribilique mala.* Nonnus XL. 40. *σπεύδων μὲν πτερόεντι βαλεῖν Διόνυσον ὀϊστῷ, | ἢ ξίφεϊ πλήξας μέσον αὐχένος, ἢ δόρυ πέμπων, | οὐτῆσαι ποθέων διὰ γαστέρος, ἀντὶ Λυαίου | πόρδαλιν αἰολόνωτον ἐπαΐσσοντα κιχάνω. | μαρναμένου δὲ λέοντος ἐπείγομαι αὐχένα τέμνειν, | καὶ θρασὺν ἀντὶ λέοντος ὄφιν δασπλῆτα δοκεύω. | σπεύδων δ' ἀντὶ δράκοντος ὀπιπεύω ῥάχιν ἄρκτου.* Haec testimonia de Baccho varias belluarum formas induente attulit Barnesius.

Ibid. Aldus: *φάνηθι ταῦρος, ἢ πολύκρανός γ' ἰδεῖν.* Iambelegum pro senario ex Pal. dedi. Scaligeri conjecturam *πολιόκρανος* recte improbat Barnesius.

1016. Noster Ion. 203: *τὰν πυριπνέουσαν ἐναί|ρει τρισώματον ἀλκάν.* Mutuo se defendere videtur *πυριφλέγων* et *πυριπνέουσαν*. Cujusmodi composita apud Atticos rarissima sunt. Apud Homerum rectius fortasse leguntur *δακρυχέων, καρηκομόωντες* et similia, quam separatim *δάκρυ χέων* et *κάρη κομόωντες*. Male autem Heslerus infinitivum finxit *πυριπνεῖν*.

1018. *Βακχᾶν* a *θηραγρέτα*, utcunque accepto, regi debet. Nam *γελῶντι προσώπῳ* de Bacchi ipsius vultu intelligendum est. Quaerendum jam utrum Bacchus an Pentheus *θηραγρέτας Βακχᾶν* fuerit. Bacchus quidem *κυναγέτας* dicitur v. 1189. [1187.] et *ἀγρεὺς* v. 1191. [1189.] Verum *θηραγρέτας Βακχᾶν* fuerit, ni fallor, non qui Bacchantibus inter venandum praeest, sed qui ipsas Bacchas venatur. Lego igitur *θηραγρέτᾳ* in dativo, et de Pentheo interpretor. Musgravius. Ordo est: *ἴθ', ὦ Βάκχε, γελῶντι προσώπῳ, περίβαλε βρόχον τῷ θηραγρέτᾳ τᾶν Βακχᾶν, πεσόντι ἐπὶ θανάσιμον ἀγέλαν τὰν Μαινάδων.* Brunckius. Aldus: *ἴθ' ὦ βάκχε, θηραγρέτα, βακχᾶν | γελῶντι προσώπῳ | περίβαλε βρόχον.* Quae ratio nimis absurda est. Paullo melius Hervagiana secunda: *ἴθ' ὦ βάκχε θηραγρέτα, βακχᾶν | γελῶντι προσώπῳ, | περίβαλε βρόχον.* Omnes ante Musgravium *θηραγρέτα* pro vocativo accepisse videntur. Ejus conjecturam admisit Brunckius. Matthiae vero *θηραγρέταν* ex conjectura Seidleri, cujus haec sunt verba p. 159. *Musgravius et Brunckius corrigunt θηραγρέτᾳ et πεσόντα. Ne duplici mutatione indigeamus, servato accusativo πεσόντα ex θηραγρέτα feci θηραγρέταν.* Sed dativus accusativo melior videtur, neque *θηραγρέτᾳ* pro *θηραγρέτα* pro mutatione habendum est. Dativum igitur revocavi. Pal. *θηραγρότα* a correctore. Litera antepenultima fortasse fuit ω. Legitur *θηραγρέται* in epigrammate, monente Musgravio.

1022. [Aldus *πεσόντα*.] Impedita syntaxis et hic videtur adeo, ut Scaliger legat *πεσόντι*, et Brodaeus subaudiat *εἰς*: sin hoc modo ordines, nulla orietur difficultas: *βάλε βρόχον θανάσιμον, δηλονότι τὰν ἀγέλαν τὰν Μαινάδων, περὶ πεσόντα, ἢ βάλε βρόχον περὶ πεσόντα ἐπὶ θανάσιμον ἀγέλαν*, etc. Barnesius. *Πεσόντα* accusativus

ΑΓ. Ὦ δῶμ', ὃ πρίν ποτ' ηὐτύχεις ἀν' Ἑλλάδα
Σιδωνίου γέροντος, ὃς τὸ γηγενὲς
† δράκοντος ἔσπειρ' ὄφεος ἐν γαίᾳ θέρος,
ὥς σε στενάζω, δοῦλος ὢν μὲν, ἀλλ' ὅμως
χρηστοῖσι δούλοις [1] συμφορὰ τὰ δεσποτῶν. [1] ξυμφορὰ
ΧΟ. Τί δ' ἔστιν; ἐκ Βακχῶν τι μηνύεις νέον;

est alter, personae scilicet, qui a verbo περίβαλε pendet. HEATHIUS. Ita Brodaeus: περίβαλε βρόχον ἐπὶ [Πενθέα] πεσόντα [εἰς] θανάσιμον ἀγέλαν τὰν Μαινάδων. Quae constructio durissima est. Defendi nequit πεσόντα, nisi legatur etiam θηραγρέταν. Praestat igitur Scaligeri conjectura πεσόντι, quod a Musgravio jussus admisit Brunckius.

1023. Aldus εὐτύχεις. Reposui ηὐτύχεις auctore Heathio.

1025. Ne δράκων et ὄφις simul otiose legantur, mallem ὄφεον ab ὄφεος et ὄφειος, *serpentinus*, ut sit ἔσπειρ' ἐν γῇ ὄφεον θέρος δράκοντος. BARNESIUS. Δράκοντος cum ὄφεος pleonasmus est, ut κοπίδας μαχαίρας Cyclop. v. 241. Frequens apud Homerum haec figura. MUSGRAVIUS. Exempla addit συσὶ κάπροισι Il. E. 783. ὄρνισιν αἰγυπιοῖσι H. 59. ταύροιο βοὸς P. 389. οἰωνοὶ φῆναι Od. Π. 216. οἰωνῷ πελειάδι apud Apollonium Rhod. II. 328. Eodem jure addere potuisset ἀνὴρ Ἀθηναῖος. Si vulgata sana est, hic est ordo verborum: ὃς ὄφεος ἐν γαίᾳ ἔσπειρε τὸ γηγενὲς δράκοντος θέρος. Sed malim Ἄρεος ἐν γαίᾳ. Aeschylus Theb. 105. τί ῥέξεις; προδώσεις, | παλαίχθων Ἄρης, τὰν | τεὰν γᾶν; Favet huic conjecturae noster Phoen. 661. Ἔνθα φόνιος ἦν δράκων | Ἄρεος, ὠμόφρων φύλαξ. Ibid. 942. Κάδμῳ παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων, | ὃς γηγενεῖ δράκοντι τιμωρεῖ φόνον. Cujusmodi conjecturis, quae ipsis auctoribus non valde probabiles videntur, si indulgere licet, alteram habeo minime malam. Librariorum oscitationi fortasse tribuendum δράκοντος pro ὀδόντος. Ita fere noster Suppl. 703. λόχος δ' ὀδόντων ὄφεος ἐξηνδρωμένος, | δεινὸς παλαιστὴς ἦν.

1026. Pal. ὡς σὲ στενάζω.

Ibid. Post verba ἀλλ' ὅμως plene distinguendum censet Dobraeus ad Plut. 886. cujus verba sunt: *Sed in Bacch.* 1026. *ubi Med.* 54. *addere vult Porsonus, potius suspicor versum delendum, et finiendam orationem in* ὅμως, *ut in Aristoph. Acharn.* 955. *et in locis ab Elmsleio citatis.*

1027. Τὰ δεσποτῶν. Sub. παθήματα vel δυστυχήματα. PORTUS. Plenius noster Med. 54. χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν | κακῶς πίτνοντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται. Porsonus utrumque versum etiam in Bacchis locum habuisse suspicatur.

Ibid. Pal. συμφορὰ τῆς δεσποτῶν. Media vox ita scripta est, ut etiam pro τις accipi possit. De qua confusione consulendus Bastius Commentat. Palaeogr. p. 769.

1028. Aldus τί μηνύεις, quod licet ambiguum videatur, ab eo potius pro τί μηνύεις quam pro τι μηνύεις datum ostendunt quae dixi ad v. 832. Pal. τί μηνύεις. Sic etiam Hervagiana secunda cum sequentibus ante Brunckium, qui tacite τι μηνύεις dedit. Schaeferus et Matthiae rursum τί μηνύεις. Ego vero revocavi τι μηνύεις. Subauditur μῶν, quod additum habet noster Heracl. 795. Τί δ' ἐστι; μῶν τι κεδνὸν ἠγωνίζετο; Sine μῶν ibid. 382. Ὦ παῖ, τί μοι σύννοιαν ὄμμασιν φέρων | ἥκεις; νέον τι πολεμίων λέγεις πέρι; Praestat autem Brunckii scriptura, quia ea admissa paullo numerosior evadit versus, quippe qui caesuram habeat necessario

ΑΓ. Πενθεὺς ὄλωλε, παῖς Ἐχίονος πατρός.
ΧΟ. Ὦναξ Βρόμιε, καὶ γὰρ θεὸς φαίνει μέγας.
ΑΓ. Πῶς φής; τί τοῦτ' ἔλεξας; ἢ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς
χαίρεις κακῶς πράσσουσι δεσπόταις, γύναι;
ΧΟ. Εὐάζω ξένα μέλεσι βαρβάροις·
οὐκέτι γὰρ δεσμῶν ὑπὸ φόβῳ πτήσσω.
ΑΓ. Θήβας δ' ἀνάνδρους ὧδ' ἄγεις;
ΧΟ. Ὁ Διόνυσος, ὁ Διόνυσος, οὐ Θῆβαι 1036
κράτος ἔχουσ' ἐμόν. 1036*
ΑΓ. [1] Συγγνωστὰ μέν σοι. πλὴν ἐπ' ἐξειργασμένοις [1] ξυγγνωστὰ
κακοῖσι χαίρειν, ὦ γυναῖκες, οὐ καλόν.
ΧΟ. Ἔνεπέ μοι, φράσον, τίνι μόρῳ θνήσκει
ἄδικος, ἄδικά τ' ἐκπορίζων ἀνήρ.
ΑΓ. Ἐπεὶ Θεράπνας τῆσδε Θηβαίας χθονὸς

ἐφθημιμερῆ. Τὸ autem interrogativum, quod cum sequentibus potius quam cum praecedentibus verbis conjungi amat, versum in duo hemistichia aequalia minus numerose distribuit. Vide Diarii Classici T. VIII. p. 228. seqq. Deinde sententiae magis congruum est, ut potius suspicari videatur chorus, quam pro certo scire se ostendat, calamitatem, de qua agitur, apud Bacchas in Cithaerone commorantes accidisse.

1030. Pal. ὦ 'ναξ βρόμιε θεὸς φαίνῃ μέγας. Verba καὶ γὰρ recte abesse suspicor, ut versus dochmiacus sit, licet ne sic quidem ex omni parte sanus.

1031. Aldus ἢ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς, quod correxit Brunckius.

1033–1040. Ex his novem versibus carmen antistrophicum fecit Seidlerus p. 264. Quem laudo, quod potius proodos, mesodos et epodos fingit, aut versus excidisse statuit, quam eos imitatur, qui eodem carminum monostrophicorum odio imbuti, carmina prorsus nova veteribus substituunt.

1033. Sophocles Ant. 1130. καί σε Νυσαίων ὀρέων | κισσήρεις ὄχθαι, | χλωρά τ' ἀκτὰ πολυστάφυλος πέμπει, | ἀβρότων ἐπέων εὐαζόντων, | Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς. Saepius apud tragicos non legitur εὐάζω, quod si εὐοῖ clamare significat, communem horum verborum analogiam non sequitur. Nam αἰάζω, ἀλαλάζω, ἰύζω, οἰμώζω, ὀλολύζω, ὀτοτύζω, φεύζω et similia mutant ζ in ξ, ut ἀλαλάξω, ἀλαλάξομαι: εὐάζω vero in σ, ut ostendunt verbalia εὔασμα et εὐαστήρ. Si significat βακχεύω sive βακχιάζω, analogiae non repugnat. Hunc sensum haud dubie habet εὐιάζει apud Euripidem Cycl. 492.

1036. Senarius est in fine mutilus. BRUNCKIUS. Non unam dipodiam sed quatuor deesse arbitratur Seidlerus, qui versus 1036. 1036*. μεσῳδὸν appellat.

1037. Huic versui nuncii personam recte praefigit Aldus. Pal. vero sequenti.

Ibid. Noster Med. 703. Συγγνωστὰ μὲν γὰρ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι.

1039. Aldus ἔννεπέ μοι. Recte Brunckius ἔνεπέ μοι, sed neglexit Matthiae.

Ibid. Pal. τίνει μόρῳ.

1041. Strabo p. 409. A. ἐν δὲ τῇ Θηβαίων εἰσὶ καὶ αἱ Θεράπναι καὶ ὁ Τευμησσὸς, ὃν ἐκόσμησεν Ἀντίμαχος διὰ πολλῶν ἐπῶν, τὰς μὴ προσούσας ἀρετὰς διαριθμούμενος

λιπόντες, ἐξέβημεν Ἀσωποῦ ῥοὰς,
λέπας Κιθαιρώνειον εἰσεβάλλομεν,
Πενθεύς τε κἀγὼ (δεσπότῃ γὰρ εἱπόμην),
ξένος θ', ὃς ἡμῖν πομπὸς ἦν θεωρίας.
πρῶτον μὲν οὖν ποιηρὸν ἵζομεν νάπος,
τά τ' ἐκ ποδῶν σιγηλὰ, καὶ γλώσσης ἄπο
σώζοντες, ὡς ὁρῷμεν οὐχ ὁρώμενοι.
ἦν δ' ἄγκος ἀμφίκρημνον, ὕδασι διάβροχον,
πεύκαισι συσκιάζον, ἔνθα Μαινάδες

νος. Therapnae plures fuerunt. Laconicas memorant Euripides Tro. 211. Herodotus VI. 61. aliique, Thessalicas Euripides Herc. 570. Recte igitur τῆσδε Θηβαίας χθονὸς nostro loco addit. Alii Θεράπνας scribunt, alii Θεράπνας. Hesychius: Θεράπναι: αὐλῶνες, σταθμοί.

1042. Pal. ῥοᾶς. De constructione verborum ἐξέβημεν Ἀσωποῦ ῥοὰς tacent interpretes. Sententiae convenientius esset ἐπεράσαμεν.

1045. Hervagiana prima θεορίαις. Sic etiam Hervagiana secunda et Brubachiana. Hervagiana tertia θεωρίαις. Aldinam scripturam revocavit Musgravius.

1046. Sola Brubachiana πονηρόν. Pal. etiam pejus πικρὸν. Pseudogregorius v. 675. πρῶτον μὲν εἰς χλοηρὸν ἵζον που νάπος.

Ibid. Hervagiana secunda ἵξομεν, quod in ἵκομεν mutandum censuerunt Barnesius et Heathius. Musgravius recte revocavit ἵζομεν, quod confirmat noster Iph. A. 141. Μή νυν μήτ' ἀλσώδεις ἵζου (malim ἕζη) | κρήνας, μήθ' ὕπνῳ θελχθῇς.

1047. [Aldus τά τ' ἐκποδὼν.] Mallem separatim ita scribere, ἐκ ποδῶν. Quae sic accipienda: τά τ' ἐκ ποδῶν ἴχνη, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς γλώσσης ἔπη σιγηλὰ σώζοντες. PORTUS. Quem in textu solus sequutus est Barnesius. Sed Musgravius Latine: *et pedum* vestigia *taciturna, et linguae sonos servantes,*

1048. Aldus ὁρῶμεν, quod correxit Musgravius.

1049. Schol. Hephaestionis c. 6. p. 87. ἴδιον δὲ σατυρικοῦ, τὸ μέσον εἶναι τραγικοῦ καὶ κωμικοῦ, ἤγουν δέχεσθαι καὶ τοὺς τρισυλλάβους μὴ κατακορῶς, οἷον, ἦδ' ἄγκος ὑψίκρημνον ὄρεσι περίδρομον. Gaisfordius: *Est versus Euripidis Bacch.* 1051. *ubi quidem legitur,* ἦν δ' ἄγκος ἀμφίκρημνον ὕδασι διάβροχον. *Hoc me olim docuit Porsonus.* Qui Adversar. p. 267. verba ὄρεσι περίδρομον apud Euripidem Cresphontis fragm. XII. exstare monet. [Idem apud Kiddium p. 225. huic scripturae etiam in Bacchis favisse dicitur. Mea sententia longe melior vulgata. Herodotus VI. 74. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ πόλι [Nonacri] λέγεται εἶναι ὑπ' Ἀρκάδων τὸ Στυγὸς ὕδωρ. καὶ δὴ καὶ ἔστι τοιόνδε τι. ὕδωρ ὀλίγον φαινόμενον, ἐκ πέτρης στάζει εἰς ἄγκος. τὸ δὲ ἄγκος αἱμασιῆς τις περιθέει κύκλος. *Ex Addendis.*]

Ibid. De ἄγκος consulendi interpretes Homeri. Apud Atticos poëtas saepius non legitur, nisi mendose pro ἄγγος.

1050. *Πεύκαισι συσκιάζον*, i. e. συσκιαζόμενον, activum pro passivo, quod in Graeco sermone frequens est. Soph. Oed. T. 968. ὁ δὲ θανὼν | κεύθει κάτω δὴ γῆς. — Plura olim ad Sophoclem exempla afferemus. BRUNCKIUS. Plura de hac re testimonia allegat Matthiae Gramm. Gr. §. 496. 4. p. 720.

καθῆντ᾽, ἔχουσαι χεῖρας ἐν τερπνοῖς πόνοις.
αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν θύρσον ἐκλελοιπότα
κισσῷ κομήτην αὖθις ἐξανέστεφον.
αἱ δ᾽, ἐκλιποῦσαι ποικίλ᾽ ὡς πῶλοι ζυγά,
βακχεῖον ἀντέκλαζον ἀλλήλαις μέλος.
Πενθεὺς δ᾽ ὁ τλήμων, θῆλυν οὐχ ὁρῶν ὄχλον,
ἔλεξε τοιάδ᾽· Ὦ ξέν᾽, οὗ μὲν ἕσταμεν,
† οὐκ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων ὅσοι μόθων·
ὄχθον δ᾽ ἐπεμβὰς ἢ 'λάτην ὑψαύχενα,

1051. Aldus *καθῆντ᾽*, quod intactum reliquit Matthiae, licet recte dederit *καθῆσ᾽ ἂν* v. 259.

1053. *Ἐκλελοιπότα* intransitive, fere ut nostri, *worn out*.

1054. Verborum *κισσῷ κομήτην ἐξανέστεφον* constructionem ostendit exemplum notissimum *σοφόν με ἐδίδαξαν*.

Ibid. Pal. *αὖτις*.

Ibid. Portus: *Aliae vero relinquentes varia juga sicut equi* etc. Recte Heathius: *Qualia fuerint juga ista, quae Bacchae mulieres illae reliquerant, certe nos docuisse debebant interpretes.* Eo auctore post *αἱ δὲ* nunc interpungitur. Musgraviana sic: *Αἱ δ᾽, ἐκλιποῦσαι ποικίλ᾽, ὡς πῶλοι, ζυγά, κ. τ. ἑ.* Quae ratio etiam Aldina pejor est.

1058. [Aldus *ὅσοι νόθων*.] Tu repone *ὅσαι νόθων*. Quae e Bacchis orgia adulterant ac simulant. Brodaeus. Pro *νόθων* in vet. codicibus scriptum est *μόθων*. Quae lectio valde mihi probatur, et adeo quidem ut germanam esse eam persuasum habeam: sed *ὅσον* quod ibidem legitur, parum certe placet. — Fortasse igitur malit quispiam *ὅσων*, me quidem non valde repugnante. Stephanus. Videtur scribendum *ὄσσοις* [*μόθων*]. Canterus. Duportus *ἴσως*, inquit, *ὄσσοις νοσῶν, oculis caligans*: non male, quia Bacchus illi visum turbarat. At Josephus Scaliger omnium optime, si mihi credas, *ὅσαι μαθεῖν*. Barnesius. E vetere lectione *ὅσοι νόθων* effeci varia, *ὅσ᾽* (id est *ὅσα*) *ἠγνόουν*, item *ἑσμὸν μαθεῖν* vel *ἑσμοὺς ἰδεῖν*, aut *θίασον μαθεῖν* vel *θιάσους ἰδεῖν*. Reiskius. Canteri emendationem partim amplexus legendum sentio *ὄσσοις μόθον*. Nam *ἐξικνοῦμαι ὄσσοις μόθον* rem prorsus eandem exprimit ac *θῆλυν ὁρῶν ὄχλον* quod praecedit, et *ἴδοιμι Μαινάδων αἰσχρουργίαν*, quod sequitur. Heathius. Legendum *ὅποι μόθων*. *Non consequor oculis, ubi Maenadum indecora saltatio est.* Aristophanes Equit. v. 694. *ἀπεκυδάρισα μόθωνα, περιεκόκκυσα.* Ubi Scholiastes: *μόθων, φορτικὸν ὀρχήσεως εἶδος.* Idem ad Plut. v. 279. *μόθων, εἶδος αἰσχρᾶς καὶ δουλοπρεποῦς ὀρχήσεως.* Jul. Pollux Lib. IV. sect. 101. *ὁ δὲ μόθων φορτικὸν ὄρχημα, καὶ ναυτικόν.* Musgravius. [Fortassis *ὄσσοιν ἀθρῶν*. Sed bona satis lectio *ὅποι μόθων*. Porsonus apud Kiddium p. 226. Duale *ὄσσοιν* apud tragicos non legitur. *Ex Addendis.*] Musgravii conjecturam a Brunckio tacite admissam retinuit Matthiae. Aldinam *ὅσοι νόθων* exhibet etiam Pal. Edd. recentiores ante Brunckium *ὅσοι μόθων*. Speciose Canterus *ὄσσοις*, cujus loco *ὅσοις* habuit Pal. v. 256. Sed displicet *μόθων*, sive pro nominativo singulari accipiatur, sive pro genitivo plurali. Vide an legendum *ὅσον ποθῶ*, ut sensus sit: *non satis bene Maenadas oculis attingo.*

1059. [Aldus: *ὄχθον δ᾽ ἐπεμβὰς εἰς ἐλάτην ὑψαύχενα*.] Vitabitur

ἴδοιμ' ἂν ὀρθῶς Μαινάδων αἰσχρουργίαν. —
τοὐντεῦθεν ἤδη τοῦ ξένου τι θαῦμ' ὁρῶ.
λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον,
κατῆγεν, ἦγεν, ἦγεν εἰς μέλαν πέδον.
ἐκυκλοῦτο δ' ὥστε τόξον, ἢ κυρτὸς τροχὸς,
τόρνῳ γραφόμενος, περιφορὰν ἕλκει δρόμου,

anapaestus in quarta sede, si pro εἰς reponatur ἐς. HEATHIUS. Qui Anapaestos in quarto loco Senarii tragici tolerandos ducunt, ex hoc versu fortasse sententiam suam tueri velint; sed frustra; cum proculdubio corruptus sit. Non enim *et* tumulum *et* abietem conscendere voluit Pentheus, sed *vel* hunc *vel* illam. Lego igitur ἢ ἐλάτην; sic: ὄχθον δ' ἐπεμβὰς ἢ 'λάτην ὑψαύχενα. TYRWHITTUS. Pal. ὄχθων δ' ἐπ' ἐμβὰς εἰς ἐλάτην ὑψαύχενα. Vulgatam non recte se habere vidit Scaliger, qui in libro suo correxit ὄχθον. Heathii conjectura soli metro, neque ei quidem succurrit. Tragici enim in metro iambico aut trochaico ἐς ἐλάτην et similia non usurpant. Vide ad v. 804. Tyrwhitti conjecturam a Musgravio probatam admisit Brunckius. Confirmant eam chori verba v. 980. μάτηρ πρῶτά νιν λευρᾶς ἀπὸ πέτρας | ἢ σκόλοπος ὄψεται | δοκεύοντα. Brunckium sequitur Matthiae, Heathium Schaeferus et Porsonus apud Kiddium p. 226.

1061. Pal. τι a correctore additum habet.

1062. Reiskius ἐλάτης οὐρανίον.

1063. Ter repetitum ἦγεν vel κατῆγεν significat lentam et successivam abietis deductionem, ut sensim atque sensim propior humo fieret. REISKIUS. Imitari videtur Nonnus p. 785. Ed. Falk. [XLVI. 152.] ἀκρότατον δὲ κόρυμβον ἀφειδέϊ χειρὶ πιέζων, | εἰς πέδον, εἰς πέδον εἶλκε. — Quibus hoc displicet, legere possunt: κατῆγεν, οὐκ ἀνῆκεν, εἰς μέλαν πέδον. MUSGRAVIUS. In hac verbi repetitione inest significatio rei aegre, cum labore operoso, et sensim peractae, quod hic parum convenit. Melius quid forte daret integer codex. BRUNCKIUS. Satis mihi facit vulgata scriptura, quam recte explicare videtur Reiskius. Pseudogregorius v. 660. ἀνῆγον, ἦγον, ἦγον εἰς ἄκρον τέλος.

1064. Aldus κυκλοῦτο δ' ὥστε τόξον. Augmentum a Brunckio additum sustulit Matthiae. De qua re vide ad v. 1152. Pal. κυκλοῦται δ' ὥς τε τόξον.

1065. Ὃς deesse monet Brodaeus, ut sensus sit: ὃς τόρνῳ γραφόμενος κ. τ. ἑ. Imo, plena oratio est: ἐκυκλοῦτο δὲ, ὥστε τόξον κυκλοῦται, ἢ ὥστε κυρτὸς τροχὸς τόρνῳ γραφόμενος περιφορὰν ἕλκει δρόμου. [Herodotus IV. 36. οἳ Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι πέριξ τὴν γῆν, ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου. *Ex Addendis.*]

Ibid. [Aldus περὶ φορὰν ἕλκῃ δρόμον.] Pro περὶ φορὰν reposuerunt quidam περιφοράν: at ex vet. cod. affertur περίφορον, quam veram esse lectionem dicerem, si eam versus admitteret. — Quum autem mensura versus illud respuat, malo et ipse περιφορὰν, sed mutando δρόμον in δρόμου, vel δρόμων. STEPHANUS. Περιφορὰν ἕλκει δρόμον, ἀντὶ τοῦ, ἕλκει δρόμον κατὰ περιφοράν. PORTUS. Ego mallem Aldum sequi legendo περὶ φορὰν ἕλκῃ δρόμον. Φορὰ enim Hesych. est ἡ τῶν μηχανικῶν ὀργάνων λαβή. Sin cum Scaligero περιφορὰν ἑλκέδρομον legamus, exponendum est subaudiendo κατὰ, *in circumferentia volubili.* BARNESIUS. Περιφορὰν ἑλκεδρόμον, ut Scaliger etiam correxit, aut ἑλικοδρόμον, *ad modum spirae* vel *orbis.* REISKIUS. Vel δρόμον, aut δρόμων, cum H. Ste-

ὡς κλῶν' ὄρειον ὁ ξένος χεροῖν ἄγων,
ἔκαμπτεν εἰς γῆν, ἔργματ' οὐχὶ θνητὰ δρῶν.
Πενθέα δ' ἱδρύσας ἐλατίνων ὄζων ἔπι,
ὀρθὸν μεθίει διὰ χερῶν βλάστημ' ἄνω
ἀτρέμα, φυλάσσων, μὴ ἀναχαιτίσειέ νιν.
ὀρθὴ δ' ἐς ὀρθὸν αἰθέρ' ἐστηρίζετο,
ἔχουσα νώτοις δεσπότην ἐφήμενον.
ὤφθη δὲ μᾶλλον ἢ κατεῖδε Μαινάδας.
ὅσον γὰρ οὔπω δῆλος ἦν θάσσων ἄνω,
καὶ τὸν ξένον μὲν οὐκέτ' εἰσορᾶν παρῆν,
ἐκ δ' αἰθέρος φωνή τις, ὡς μὲν εἰκάσαι,
Διόνυσος ἀνεβόησεν· Ὦ νεάνιδες,
ἄγω τὸν ὑμᾶς, κἀμὲ, τἀμά τ' ὄργια,
γέλων τιθέμενον. ἀλλὰ τιμωρεῖσθέ νιν. —

phano, aut adhuc melius forsan δραμὼν, legendum puto. Heathius. Videndum an legi debeat [περιφορὰν] ὠκύδρομον. Musgravius. Περιφορὰν ἕλκῃ δραμών. Sic omnino legendum, suadente Heathio. Comparandi particulae ὡς et ὥστε subjunctivum saepe adsciscunt. — Non minus bene tamen ἕλκει in indicativo scriptum esset. Brunckius. Pal. περιφορᾶν (sic) ἕλκῃ δρόμον. Sed ἕλκει, ni fallor, a prima manu. Quod ad περιφορὰν attinet, conjunctim edd. omnes, praeter Aldinam et Hervagianam primam. Deinde hae duae ἕλκη δρόμον. Sequentes ἕλκε δρόμον ante Barnesium, qui ἕλκῃ δρόμον reposuit. Musgravius e Commeliniana ἕλκε δρόμον. Brunckius ἕλκῃ δραμών. Matthiae περιφορᾶς ἕλκει δρόμον. Scripsisse videtur poëta περιφορὰν ἕλκει δρόμον, sed quo sensu, parum mihi liquet.

1066. Barnesius, Brunckius, Schaeferus et Matthiae ὥς, sic, quod in interpretatione Latina habent etiam Portus et Musgravius. Ego vero ὡς pro ὅτε accipere malo, ut sensus sit: ἐκυκλοῦτο δὲ κλὼν ὄρειος ὥστε τόξον ἢ τροχὸς, ὅτε ὁ ξένος αὐτὸν ἐν χεροῖν ἔχων, ἔκαμπτεν εἰς γῆν.

1070. Aldus μὴ 'ναχαιτίσειέ νιν. Rectius, ni fallor, Pal. μὴ ἀναχαιτίσειέ νιν.

Ibid. Contra Musgravium μὴ 'κακοντίσειέ νιν reponentem vulgatam recte defendit Brunckius. Apud Euripidem Hipp. 1232. ἀνεχαίτισεν significat ἀνέτρεψεν. Poëtae verba sunt: εἰ δ' εἰς πέτρας φέροιντο [αἱ ἵπποι] μαργῶσαι φρένας, | σιγῇ πελάζων [ὁ ταῦρος], ἄντυγι ξυνείπετο | εἰς τοῦθ', ἕως ἔσφηλε κἀνεχαίτισεν, | ἁψῖδα πέτρῳ προσβαλὼν ὀχήματος. Sic etiam Demosthenes apud Valckenarium, cujus verba sunt: *Proprie* qui sessorem excutit *equus*, ἐπὶ τοῖς ὀπισθίοις ἀνιστάμενος ποσὶ, *dicitur* ἀναχαιτίσας. De abiete tanquam de equo loquitur poëta.

1072. Νώτοις [pro] κλάδοις, quasi in equo jam sederet. Barnesius.

1076. Hunc respicere videtur scholiastes Sophoclis ad Ant. 1146. καὶ γὰρ αἰθέριος τιμᾶται [ὁ Διόνυσος], ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις φησὶν αὐτὸν ἐν αἰθέρι κατοικεῖν. Verba ἐν Βάκχαις delevit Brunckius. Ipse Bacchus apud Nonnum XLVI. 63. οὐ χατέω Πενθῆος ἐγὼ χθονίοιο μελάθρου. | δῶμα Διωνύσοιο πέλει πατρώϊος αἰθήρ.

καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ πρὸς οὐρανὸν
καὶ γαῖαν ἐστήριξε φῶς σεμνοῦ πυρός.
† σίγησε δ' αἰθήρ. σῖγα δ' εὔλειμος νάπη
φύλλ' εἶχε. θηρῶν δ' οὐκ ἂν ἤκουσας βοήν.
αἱ δ' ὠσὶν ἠχὴν οὐ σαφῶς δεδεγμέναι,
ἔστησαν ὀρθαὶ, καὶ διήνεγκαν κόρας.
ὁ δ' αὖθις ἐπεκέλευσεν. ὡς δ' ἐγνώρισαν
σαφῆ κελευσμὸν Βακχίου Κάδμου κόραι,
ἦξαν, πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονα
ποδῶν ἔχουσαι [1] συντόνοις δρομήμασι, 1 ξυντόνοις
μήτηρ Ἀγαυὴ, [2] σύγγονοί θ' ὁμόσποροι, 2 ξύγγονοί θ'
πᾶσαί τε Βάκχαι. διὰ δὲ χειμάῤῥου νάπης,
ἀγμῶν τ' ἐπήδων, θεοῦ πνοαῖσιν ἐμμανεῖς.

Ibid. Reiskius: *φωνήν τις, ὥς με γ' εἰκάσαι.* Noster Iph. T. 1384. *τὸ δ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης | ἄγαλμα, ναὸς ἐκ μέσης ἐφθέγξατο | βοήν τιν'.* Laur. *βοή τις.* Ex qua varietate nascitur suspicio, in Bacchis reponendum esse *φωνήν τιν'.* Sed apte confert Musgravius Herc. 1003. *ἀλλ' ἦλθεν εἰκὼν, ὡς ὁρᾶν ἐφαίνετο, | Παλλὰς κραδαίνουσ' ἔγχος ἐπιλόφῳ κάρᾳ.* Pseudogregorius v. 2251. ut vulgo.

1080. Herodotus I. 112. *Ἅμα δὲ ταῦτα ἔλεγε ὁ βουκόλος, καὶ ἐκκαλύψας ἐδείκνυε.* Plura Valckenarius ad III. 135. qui nostrum locum non neglexit.

1081. Reiskius *ἔγγαιον — φῶς, ignis e terra ortus.*

Ibid. Aldus *ἐστήριξε.* Valckenarius ad Herodotum, *ἐστήριξε*, quod admisit Matthiae. Sic etiam Pal. sive consulto, sive librarii errore, ut *διατινάζεται* v. 587. *ἀλαλάζεται* v. 593. Porsonus Adversar. p. 267. *ἐστήριξε* X. Π. 2254. *qui mox pro sua sapientia legisse videtur ὕλιμος pro εὔλειμος.* In meo primae editionis exemplo legitur *ἐστήριξε.*

1082. Etiam Pseudogregorius v. 2255. *σίγησε δ' αἰθὴρ*, de quo vide ad v. 1132. Hic non male legeretur *αἰθὴρ δ' ἔσίγα.* [Ita Porsonus apud Kiddium p. 190. aliique. *Ex Addendis.*]

Ibid. *Εὔλειμος* saepius non legitur. Male *frondiferum* Portus. Heathius *herbosum.*

1088. [Aldus *οὐχ ἥσσονες.*] Participio *ἔχουσαι* deest accusativus. Legendum igitur videtur *ἥσσονα*, ut cum substantivo *ὠκύτητα* conjunctum ab *ἔχουσαι* pendeat. Heathius. Sic etiam Musgravius. Eorum conjecturam admisit Brunckius, repudiavit Matthiae. Portus Latine: *festinaverunt columbis non inferiores celeritate, pedum ruentes concitatis cursibus.* Sed *ἔχουσαι* neque *ruentes* significat, neque *impulsae* aut *vacuae*, quae Brodaei interpretatio est. Aliquanto melius Reiskius: *Ἔχουσαι hic idem valet atque οὖσαι.* Sed abundare videtur *ἔχουσαι*, ut in *ληρεῖς ἔχων* similibusque. De qua constructione praeter alios consulendus Schaeferus ad Sophoclis Oed. T. 741. Vulgatam ita mutatam exhibet Pseudogregorius v. 2009. *οἶμαι πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονες, | ποδῶν δράμωσι συντόνοις δρομήμασιν.*

1092. Suidas: *Ἀγμούς: τοὺς ὀρείους καὶ κρημνώδεις τόπους.* Noster Iph. T. 262. *ἦν τις διαῤῥὼξ κυμάτων πολλῷ σάλῳ | κοιλωπὸς ἀγμὸς, πορφυρευτικαὶ στέγαι.* Sic pro *ἀγμὸς* Laur. ceterique ab eo derivati, Brodaei conjecturam confirmantes.

ὡς δ' εἶδον ἐλάτῃ δεσπότην ἐφήμενον,
πρῶτον μὲν αὐτοῦ χερμάδας κραταιβόλους
ἔῤῥιπτον, ἀντίπυργον ἐπιβᾶσαι πέτραν,
ὄζοισι δ' ἐλατίνοισιν ἠκοντίζετο.
ἄλλαι δὲ θύρσους ἵεσαν δι' αἰθέρος,
† Πενθέως τ' ὄχον δύστηνον. ἀλλ' οὐχ ἤνυτον.
κρεῖσσον γὰρ ὕψος τῆς προθυμίας ἔχων,
καθῆστο τλήμων, ἀπορίᾳ λελημμένος.

1094. *Αὐτοῦ* pro *κατ' αὐτοῦ*. Ita Cycl. 51. *ὢῆ, ῥίψω πέτρον τάχα σου*. Ion. 146. *χρυσέων τ' ἐκ τευχέων ῥίψω | γαίας παγάν*. Id est, *ῥίψω κατὰ γαίας*.

Ibid. *Χερμάδας*, *lapides*. Aeschylus Theb. 306. *τοὶ δ' ἐπ' ἀμφιβόλοισιν | ἰάπτουσι πολίταις | χερμάδ' ὀκρυόεσσαν*. Ubi consulendus Blomfieldius. Homerus non nisi diminutivum *χερμάδιον* usurpat.

Ibid. *Κραταβόλους*, *τὴν κεφαλὴν βαλούσας*. Brodaeus. Ut constet metrum legendum opinor *κραταιβόλους*, *fortiter jactos*. Heathius. Legendum *καραβόλους*. Formatur autem ut *καρατόμος* Troad. v. 568. [564.] Musgravius. *Κραταιβόλους*, *lapides magna vi jactos* Sic cum Heathio lego.— Eadem est compositionis ratio, quae in *κραταιλεως* El. 537. [534.] Brunckius. Pseudogregorius v. 666. *ἄλλοι μὲν αὐτὸν καλάμῳ κραταιβόλῳ | ἔβαλλον, ἀντίπυργον εἰσβᾶσαι πέτραν*.

1095. Quare *εἰσβᾶσαι* pro *ἐπιβᾶσαι* reposuerit Pseudogregorius, caussam vide ad v. 26.

1096. [Portus: *Ramis vero abiegnis* Pentheus in eas *jaculabatur*.] Verte: *Ramis etiam abiegnis jactis petebatur*. Si enim haec de ipso Pentheo jaculante dicta essent, aut ejus nominatim mentionem fecisset Poëta, aut saltem scripsisset *ἀντηκοντίζετο*. Heathius. Imo *ἀντηκόντιζεν*. *Ἀντηκοντίζετο* enim passivum est, haud secus atque *ἠκοντίζετο*, quod legitur apud Euripidem etiam Iph. T. 1370.

1097. Aldus: *ἄλλοι*. Edd. recentiores *ἄλλαι* ex emendatione Brodaei et Stephani. Simili errore *αὐτοῖς* pro *αὐταῖς* Aldus v. 447.

1098. Aldus: *Πενθέως τ' ὄχου δύστηνον*. Portus Latine: In *sedem miseram Penthei*. Barnesius in margine: *an δ' ὄχον pro ὄχονδε*. Reiskius: *Πενθέως στόχον*: adversus metam infelicem, quae erat ipse Pentheus. Musgravius: *Lego, versibus transpositis: ἄλλαι δὲ θύρσους ἵεσαν δι' αἰθέρος. | ὄζοισι δ' ἐλατίνοισιν ἠκόντιζέ τις | Πενθέως ὄχον δύστηνον*. Hunc sequitur Brunckius. Matthiae vero: *ἄλλαι δὲ θύρσους ἵεσαν δι' αἰθέρος | Πενθέως, στόχον δύστηνον*. *Ἵεσαν Πενθέως* ut *ἔῤῥιψαν αὐτοῦ* v. 1094. *Στόχον δύστηνον* ut *θῆρα δυσπότμῳ* v. 1142. *Στόχον* pro *στόχασμα*, *actus collineandi*, quod legitur v. 1203. Eodem vocabulo utitur Aeschylus Suppl. 251. modo recte vulgo legatur: *μόνον τόδ' Ἑλλὰς χθὼν συνοίσεται στόχῳ*.

Ibid. Aldus *ἀλλ' οὐκ ἤνυτον*. Spiritum mutavi auctore Porsono ad Phoen. 463. Plura ad Sophoclis El. 1451. *Ἔνδον. φίλης γὰρ προξένου καθήνυσαν*.

1100. Pal. *καθῆστο τλῆμον*. Brunckius praeter necessitatem *καθῆσθ' ὁ τλήμων*. Sophocles Oed. T. 1266. *ἐπεὶ δὲ γῇ | ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν*. Ubi multi libri *ἔκειθ' ὁ τλήμων*, licet de muliere sermo sit.

Ibid. *Ἀπορίᾳ λελησμένος*, *prae consilii inopia oblitus*. Frigidum hoc; quid ergo si *λελησμένος* legamus. *Consilii inopia captus*. Barnesius. Aut *λεληφμένος*, ut Barnesius; aut *λελασμένος* eodem pene sensu, *captus*, *comprehensus*;

τέλος δὲ δρυΐνοὺς [1] συγκεραυνοῦσαι κλάδους, [1] ξυγκεραυνοῦσαι
ῥίζας ἀνεσπάρασσον ἀσιδήροις μοχλοῖς.
ἐπεὶ δὲ μόχθων τέρματ' οὐκ ἐξήνυτον,
ἔλεξ' Ἀγαυή· Φέρε περιστᾶσαι κύκλῳ,
πτόρθου λάβεσθε, Μαινάδες, τὸν ἀμβάτην
θῆρ' ὡς ἕλωμεν, μηδ' ἀπαγγείλῃ θεοῦ
χορούς κρυφαίους.—αἱ δὲ μυρίαν χέρα
προσέθεσαν ἐλάτῃ, κἀξανέσπασαν χθονός.
ὑψοῦ δὲ θάσσων, ὑψόθεν χαμαιπετὴς
πίπτει πρὸς οὖδας μυρίοις οἰμώγμασι
Πενθεύς. κακοῦ γὰρ ἐγγὺς ὢν ἐμάνθανε.

aut κεκλῃσμένος, *clausus.* REISKIUS. Barnesio omnino assentior conjicienti legendum esse ἀπορίᾳ λελῃσμένος, *desperationi in praedam datus.* HEATHIUS. Legendum λελημμένος a λαμβάνω. MUSGRAVIUS. Hoc recte admisit Brunckius. Noster Ion. 1113. *Οἴμοι, τί λέξεις; οὔτι που λελημμέθα | κρυφαῖον εἰς παῖδ' ἐκπορίζουσαι φόνον.* Cycl. 432. *ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι λελημμένος.* Adde Aeschylum Ag. 885. si sana est scriptura. Simili licentia ξυλλελεγμένας pro ξυνειλεγμένας dixit Aristophanes Eccl. 58. sed ξυνείλεκται Av. 295. Ceterum huc respexisse videtur grammaticus apud Bekkerum Anecdot. p. 105. *Λελάβημαι: ἀντὶ τοῦ εἴλημμαι. Ἡρόδοτος ἕκτῳ καὶ τετάρτῳ, Εὐριπίδης Βάκχαις.* Recte Valckenarius ad Herodotum III. 42. *Λελάβημαι frustra quaeras in Euripidis Bacchis, designatis in Bibl. Coislin. p. 482.* Idem monuit Piersonus Verisim. p. 120. Licet Bacchae non nisi mutilae ad nos pervenerint, haud facile credam in integra fabula exstitisse λελάβημαι.

1101. [Portus: *Tandem vero quernos ramos ut fulmina contorquentes.*] Συγκεραυνοῦν videtur significare *acutum facere*, quale pingitur fulmen. In alia Piersonus abit p. 129. [Pro συγκεραυνοῦσαι *voce nihili aliquando reponebam* συγκραδαίνουσαι; *quo verbo Euripides utitur Herc. Fur. v. 1003. Orpheus Argon. v. 994. Sed, ni fallor, verior est haec altera emendatio nostra: τέλος δὲ, δρυΐνους συντριαινοῦσαι κλάδους, | ῥίζας τ' ἀνεσπάρασσον ἀσιδήροις μοχλοῖς. Ita supra v. 348. Herc. Fur. v. 946. Aristophanes Pac. v. 569.*] REISKIUS. In his omnibus locis τριαινοῦν est *moliendo evertere*, nec ullum adhuc exemplum novimus, ubi dicatur aliquis vectem ipsam, cujus auxilio utitur, τριαινοῦν. Legendum, ni fallor, συγκρατύνουσαι, *simul valide prehendentes*, vel *urgentes.* MUSGRAVIUS. Idem in supplemento συγκορύσσουσαι, *hostiliter simul inferentes*, vel *instruentes.* Priorem ejus conjecturam admisit Brunckius, qui in annotatione conjecit ξυναποξύνασαι. Vulgatam revocavit Matthiae. Archilochus Fr. XXXVI. *Ὡς Διωνύσοι' ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος | οἶδα διθύραμβον, οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας.* Non igitur vox nihili συγκεραυνοῦσαι, quamvis explicatu difficilis. Sententia postulare videtur *ab arboribus vi evellentes*, cujus loco *fulmine ferientes* dixit poëta.

1102. Pal. ἀνεσπάρασον.

[1111. Aldus: κακοῦ γὰρ ἐγγὺς ὢν, ἐμάνθανεν. Interpunctionem delevit Barnesius auctore Scaligero. Recte Portus: *Malo enim se*

πρώτη δὲ μήτηρ ἦρξεν ἱερία φόνου,
καὶ προσπίτνει νιν. ὁ δὲ μίτραν κόμης ἄπο
ἔῤῥιψεν, ὥς νιν γνωρίσασα μὴ κτάνῃ
τλήμων Ἀγαυή. καὶ λέγει, παρῄδος
ψαύων· Ἐγώ τοι, μῆτερ, εἰμὶ παῖς σέθεν
Πενθεὺς, ὃν ἔτεκες ἐν δόμοις Ἐχίονος.
οἴκτειρε δ' ὦ μῆτέρ με, μηδὲ ταῖς ἐμαῖς
ἁμαρτίαισι παῖδα σὸν κατακτάνῃς.—
ἡ δ' ἀφρὸν ἐξιεῖσα, καὶ διαστρόφους
κόρας ἑλίσσουσ', οὐ φρονοῦσ' ἃ χρῆν φρονεῖν,
ἐκ Βακχίου κατείχετ', οὐδ' ἔπειθέ νιν.
λαβοῦσα δ' ὠλέναις ἀριστερὰν χέρα,
πλευραῖσιν ἀντιβᾶσα τοῦ δυσδαίμονος,
ἀπεσπάραξεν ὦμον, οὐχ ὑπὸ σθένους,
ἀλλ' ὁ θεὸς εὐμάρειαν ἐπεδίδου χεροῖν.

vicinum esse cognovit. Vide ad v. 188. *Ex Addendis.*]

1112. Aldus ἱέρεια, quod intactum reliquerunt omnes quotquot fuerunt editores. Pal. ἱερεία accentu quidem recte posito. In Aldina male legitur ἱέρειαι Or. 261. ἱέρειαν Iph. T. 1599. sed recte ἱερίαν Iph. T. 34. Schol. ad Or. 261. τὸ ἱέρειαι, ἱερίαι χρὴ γράφειν Ἰωνικῶς, ἵν' ἔχῃ πρὸς τὸ μέτρον ὀρθῶς. τὰ γὰρ διὰ τοῦ εια προπαροξύτονα Ἰωνικῶς οἱ ποιηταὶ προπαροξύτονα ποιοῦντες, διὰ τοῦ ια γράφουσι, τὸ αὐθάδεια, αὐθαδία λέγοντες, καὶ τὸ εὐσέβεια, εὐσεβία, καὶ τὰ τοιαῦτα. ὃ καὶ ἐξετάζων εὑρήσεις.

1113. Aldus προσπιτνεῖ. Quam scripturam tuetur Hermannus Diarii Classici T. XIX. p. 284. seqq. Cujus argumentis alias respondere conabor.

Ibid. Aldus κόμας ἄπο. Doricam formam expulit Brunckius consentiente Pal.

1114. *Κτάνοι* pro κτάνῃ reposui. Vide quae notavi ad Phoenissas 67. [70.] Brunckius. Subjunctivum revocavit Matthiae. Vide ad Sophoclem Oed. T. 947. τοῦτον Οἰδίπους πάλαι τρέμων | τὸν ἄνδρ' ἔφευγε μὴ κτάνῃ. Ubi multi libri atque ipsae membranae Laur. κτάνοι.

[1118. Ita noster infra v. 1579. Ἄγετ' ὦ πομποί με, κασιγνήτας | ἵνα συμφυγάδας ληψόμεθ' οἰκτράς. Hec. 432. Κόμιζ' Ὀδυσσεῦ μ', ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις. Heracl. 79. Ὅδ' ὦ ξένοι με, σοὺς ἀτιμάζων θεοὺς, | ἕλκει βιαίως Ζηνὸς ἐκ προβωμίων. *Ex Addendis.*]

1121. Aldus ἃ χρὴ φρονεῖν. Praeteritum reposuit Brunckius, qui post Valckenarium ad Phoen. 86. haec frequenter apud Euripidem permutari monet.

1122. Pal. ἐκ βακχείου κατεί χετ'. Inter κατεί et χετ' aliquid erasum est.

1123. Similiter noster Hec. 1159. γένοιτο, διαδοχαῖς ἀμείβουσαι χεροῖν. Nullam horum mentionem feci ad v. 960. quia ὠλέναις et διαδοχαῖς idem fere valent quod ὠλέναισ' et διαδοχαῖσ'.

1125. Ὦμον, *brachium.* Herodotus IV. 62. τῶν ἀποσφαγέντων ἀνδρῶν τοὺς δεξιοὺς ὤμους πάντας ἀποτάμνοντες σὺν τῇσι χερσὶ, ἐς τὸν ἠέρα ἱεῖσι.

1126. Photius: Εὐμάρειαν: ῥᾳστώνην, εὐχέρειαν. οἱ δὲ Ἴωνες τὸ

Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξειργάζετο,
ῥηγνῦσα σάρκας. Αὐτονόη τ' ὄχλος τε πᾶς
ἐπεῖχε Βακχῶν. ἦν δὲ πᾶσ' ὁμοῦ βοὴ,
ὁ μὲν στενάζων ὅσον ἐτύγχανεν πνέων,
αἱ δ' ἠλάλαζον. ἔφερε δ' ἡ μὲν ὠλένην,
ἡ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις. [1] γυμνοῦν-
το δὲ

[1] γυμνοῦσι δὲ

περί τινα τῶν ἀναγκαίων τοῦ σώματος ἐκκρισέων ἀσχοληθῆναι· οἷον, οὐρῆσαι, ἀποπατῆσαι.

1127. Athenaeus p. 186. D. ὁ δὲ Ζήνων, ἐπεί τις τῶν παρόντων ὀψοφάγων ἀπέσυρεν, ἅμα τῷ παρατεθῆναι, τὸ ἐπάνω τοῦ ἰχθύος, στρέψας καὶ αὐτὸς τὸν ἰχθὺν, ἀπέσυρεν, ἐπιλέγων· Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξειργάζετο. Idem p. 344. A. Βίων δὲ, προαρπάσαντός τινος τὰ ἐπάνω τοῦ ἰχθύος, στρέψας καὶ αὐτὸς καὶ δαψιλώσας, φαγὼν ἐπεῖπεν· Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξειργάζετο. Hunc versum inter Sophocleae Inonis fragmenta retulisse Brunckium monet Porsonus Adversar. p. 267.

1129. Ἐπεῖχε, *instabat*. Noster Heracl. 846. λαβὼν δὲ χερσὶν ἡνίας, Εὐρυσθέως | πώλοις ἐπεῖχε. Multa exempla congessit Musgravius.

Ibid. Πᾶσ' pro πᾶσιν in hoc loco, non pro πάσαις. Πᾶσιν autem, non πάσαις, quia refertur tum ad Bacchas ipsas, tum ad Pentheum. — Alii πᾶσιν Attice pro πάσαις, hoc pro πασῶν. BARNESIUS. Πᾶσα βοὴ, *omne genus clamoris*, i. e. cum Penthei gemitus, tum laeta Bacchantium vociferatio. MUSGRAVIUS. Recte. Ita noster El. 756. Οὐκ οἶδα. πᾶν γὰρ μίγνυται μέλος βοῆς. Phoen. 1199. πάντα δ' ἦν ὁμοῦ κακά.

1130. An στέναζεν. BARNESIUS. Ὁ μὲν στενάζων per constructionem Graecis usitatam ponitur absolute pro τοῦ μὲν στενάζοντος. Vide not. ad Iphig. in Taur. v. 947. [ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε, πρῶτα μέν μ' οὐδεὶς ξένων | ἑκὼν ἐδέξαθ', ὡς θεοῖς στυγούμενον.] HEATHIUS. Melius exemplum praebet Sophocles Ant. 259. λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐῤῥόθουν κακοὶ, | φύλαξ ἐλέγχων φύλακα. Omnium optimum noster Heracl. 39. ita e MSS. corrigendus: δυοῖν γερόντοιν δὲ στρατηγεῖται φυγή· | ἐγὼ μὲν ἀμφὶ τοῖσδε καλχαίνων τέκνοις. | ἡ δ' αὖ τὸ θῆλυ παιδὸς Ἀλκμήνη γένος | ἔσωθε ναοῦ τοῦδ' ὑπηγκαλισμένη | σώζει. Eadem enim mutatione constructionis post participium καλχαίνων sequitur σώζει, quo post στενάζων praeteritum ἠλάλαζον.

Ibid. Pal. ὁ μὲν στυγνάζων, ὅσον ἐτύγχανε πνέων (a prima manu πλέων). Reiskius: ὅσον ἐτύγχαν' ἐμπνέων, *quamdiu spiritum adhuc agebat.*

1131. Aldus: ἀνέφερε δ' ἡ μὲν, ὠλένην. Pal. ἀνέφερε δ' ἡ μὲν ἐλένην. Duporti conjecturam ἔφερε a Musgravio probatam admisit Brunckius.

1132. Ἴχνος *pedem*. Vide Porsonum ad Hec. 1050. Nostri, *a foot, shoes and all.*

Ibid. Cl. Musgravius in praefatione ad Nostri Hippolytum ab ipso nuper editum, ex hoc versu, quem sanum, si quis alius, et integrum pronunciat, colligit augmentum interdum apud Atticos omitti. Sed quare ἐγυμνοῦντο hic rescribi non possit, profecto non video. Vocalem certe indifferentem ante μν corripi posse locuples est auctor Hesiodus Ἔργ. κ. Ἡμ. v. 20. ἥ τε γὰρ ἀπάλαμνόν περ ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει. Vide Clark. ad Homer. Iliad. E. v. 537. HEATHIUS. Qui hic ἐγυμνοῦντο rescribi volunt, Heathius, et Jo. Toup. ad Suidam I. pag. 88. [T. I. p. 117.] cur Attici sermonis ge-

[1] πλευραὶ σπαραγμοῖς. πᾶσα δ' ᾑματωμένη [1] πλευρὰ

nium frustra reclamare passi sunt vv. 756. 1073. [766. 1082.] Musgravium laudo, quod ridiculis his canonibus fidem abrogarit. Vide quae notavi ad Androm. 955. [962.] et ad Aesch. Pers. 414. [416.] Ut autem in illis versibus ἐνίψαντο et ἐσίγησε metrum respuit, non magis in hoc ἐγυμνοῦντο admittere potest. Vocalem brevem ante literas μν, licentia intra suos fines coërcenda, corripuisse quandoque Poëtas epicos, lyricos, tragicos quoque in melicis et anapaestis, ut in ipsa hac fabula v. 72. nemo est qui ignoret: sed postremis id licuisse in dialogo, seu in senariis, res est nondum probata quaeque probabitur nunquam. Sed v. 1055. [1064.] nihil erat causae, cur Poëta in κυκλοῦντο omitteret augmentum. Scripsit procul dubio ἐκυκλοῦντο, quod et reposui. Brunckius. Heathii et Toupii conjecturam ἐγυμνοῦντο recte improbat Brunckius, qui tamen fallitur, quum ὑμνήσω v. 72. primam corripere monet. Neque primam in γυμνὸς, ὕμνος similibusque corripi posse arbitror. Sed de ea re plura alias. Piersonus apud Valckenarium et Porsonus ad Hec. 1152. γυμνοῦσι δὲ | πλευρὰ (Piersonus πλευρὰς) σπαραγμοῖς. Quod verum videtur. Sed Reisigius ad Aristophanem p. 85. *Credat*, inquit, *Judaeus Apella.* Vulgatam scilicet probat vir doctissimus. *Dirum enim* (inquit) *et immane est, lacerari membra.* Idem p. 79. *Mihi vero singula ejus rei momenta ponderanti ita sustulisse augmentum videntur, — ubi res magna quaedam et gravis, aut admirabilis, vel nova etiam vocabulo illo narraretur, quae et vocis intentione et gestuum motu auditorum animis inculcaretur.* Diversam viam ingressus est Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 52. *Sed praeclare observavit Seidlerus, in nunciorum narrationibus, et quae epici carminis quamdam similitudinem habeant, et fortasse etiam aliis quibusdam in sermonibus, qui ad illud genus referri possint, ut in gravibus sententiis, cujusmodi in locis solis istae augmenti neglectiones reperiantur, minori severitate in retinendo augmento usos esse tragicos.* Similia dixit p. 121. Idem ad Sophoclis Aj. 308. ubi Brunckius παίσας κάρα 'θώϋξεν: *Libri vett.* θώϋξεν *sine coronide: quod non damnem, siquidem verissima est Seidleri observatio, in narrationibus apud tragicos augmentum omitti posse.* Eodem jure dicere potuisse mihi videntur, nonnulla esse verborum futura, quibus non nisi in Delphicis oraculis uti liceret. In nunciorum narrationibus tanta praeteritorum copia est, ut nemo mirari debeat, potius in iis quam in aliis diverbiis pleraque omissi augmenti exempla reperiri. Haud pauca eorum, quae congesserunt Hermannus et Reisigius, ejus sunt generis, ut ostendant eos plus aequo exemplorum numero augendo operam dedisse. Euripides Alc. 181. κύνει δὲ προσπιτνοῦσα. πᾶν δὲ δέμνιον | ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύετο πλημμυρίδι. Heracl. 33. ἱκέται καθεζόμεσθα βώμιοι θεῶν. Haec attulit Hermannus p. 121. Neque majoris momenti sunt νικώμεναι κήρυσσον, πλεῖστοι θάνον, ταχεῖ πόρευσαν, πεσοῦσαι κλαῖον, κάρα θώϋξεν, ἐπεὶ δάκρυσα et similia. His praetermissis, quae magis ad nostram rem sunt, in tria genera commode distribui possunt. Primum genus eorum est, quae augmentum sine versus detrimento addi sibi patiuntur. Cujusmodi apud Aeschylum sunt τροποῦντο Pers. 376. κυκλοῦντο ibid. 458. θέτο Cho. 736. κάνες (quod corruptum censet Hermannus) ibid. 930. apud Sophoclem γοᾶτο Oed. T. 1249. φορεῖθ' El. 715. apud Euripidem κυκλοῦτο Bacch. 1064. Nimis subtiliter dixisse mihi videtur Hermannus p. 120. *Praeterea tenendum est, vitatum videri in antiquiore tragoedia etiam cum in*

χεῖρας, διεσφαίριζε σάρκα Πενθέως.
κεῖται δὲ χωρὶς σῶμα, τὸ μὲν ὑπὸ στύφλοις

primo pede anapaestum, qui ex augmenti accessione exsisteret. Pauciores enim in primo pede anapaestos habent antiquiores tragoediae, quam ut iis tuto abjudicari possint senarii, qualis est hujus fabulae v. 1294. Ἐμάνητε, πᾶσά τ' ἐξεβακχεύθη πόλις. Quem sanum esse fatetur ipse Hermannus. Secundum exemplorum genus ea complectitur, quae non augmentum quidem sed elisionis notam propter longam vocalem aut diphthongum in fine superioris versus positam admittunt. Quae fere omnia apud Sophoclem exstant. Talia sunt φίγησαν Oed. C. 1067. βρυχᾶτο Trach. 906. φρούρουν ibid. 917. φορεῖθ' El. 715. φείδοντο ibid. 716. Semel tantum Euripides Hec. 1151. πολλαὶ δὲ, χειρὸς αἱ μὲν ἐξ ἀριστερᾶς, | αἱ δ' ἔνθεν, ὡς δὴ παρὰ φίλῳ, Τρῳάδων κόραι | θάκουν, ἔχουσαι κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός. Ita Porsonus et ipse Hermannus. Tertii generis sunt, quae neque in primo neque in secundo locum habere possunt. Cujusmodi tria apud Aeschylum, quatuor apud Sophoclem, septem apud Euripidem reperta hic subjiciam. I. Aeschylus Pers. 313. Φαρνοῦχος, οἵδε ναὸς ἐκ μιᾶς πέσον. Porsonus: οἵδε ναὸς ἔπεσον ἐκ μιᾶς. II. Ibid. 415. αὐτοὶ δ' ὑφ' αὑτῶν ἐμβολαῖς χαλκοστόμοις | παίοντ', ἔθραυον πάντα κωπήρη στόλον. Porsonus παισθέντ' ἔθραυον. III. Ibid. 506. πίπτον δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν. εὐτυχὴς δέ τοι, | ὅστις τάχιστα πνεῦμ' ἀπέῤῥηξεν βίον. Porsoni conjecturam ἔπιπτον imperitissimam appellat Hermannus Diarii Classici T. XIX. p. 287. IV. Sophocles Oed. C. 1604. ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρῶντος ἡδονὴν, | κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν, ὧν ἐφίετο, | κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος, κ. τ. ἑ. Repone ὧν ἐφίεται. V. Ibid. 1625. φθέγμα δ' ἐξαίφνης τινὸς | θώϋξεν αὐτὸν, ὥστε πάντας ὀρθίας | στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας. Porsonus ad Phoen. 5. φθέγμα δ' ἐξαίφνης τινὸς | θεῶν ἐθώϋξ', ὥστε πάντας ὀρθίας. Neque aliter Hermannus ad Aristotelem de Poët. p. 223. VI. Ant. 404. Ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσαν, ὃν σὺ τὸν νεκρὸν | ἀπεῖπας. ἆρ' ἔνδηλα καὶ σαφῆ λέγω; Brunckius ἰδών. VII. Trach. 769. ἱδρὼς ἀνῄει χρωτὶ, καὶ προσπτύσσετο | πλευραῖσιν ἀρτίκολλος. Porsonus ad Med. 1138. προσπτύσσεται. VIII. Euripides Hec. 580. τοιάδ' ἀμφὶ σῆς λέγων | παιδὸς θανούσης. Heathii conjecturam λέγω praeter alios amplexus est Hermannus. IX. Or. 505. αὐτὸς κακίων γένετο μητέρα κτανών. Aldus ἐγένετο. Porsonus: αὐτὸς κακίων μητέρ' ἐγένετο κτανών. X. Alc. 841. νῦν δεῖξον οἷον παῖδά σ' ἡ Τιρυνθία | Ἠλεκτρυῶνος γείνατ' Ἀλκμήνη Διΐ. Blomfieldius apud Monkium Ἠλεκτρυόνος ἐγείνατ'. Utramque nominis proprii formam exstare monet Schaeferus ad Apollonium Rhodium T. II. p. 55. Simili modo in Bacchis legitur Ἀκταίονος v. 230. Ἀκταίωνος v. 337. XI. Iph. T. 53. κἀγὼ τέχνην τήνδ', ἣν ἔχω, ξενοκτόνον | τιμῶσ', ὑδραίνειν αὐτὸν, ὡς θανούμενον. Musgravius et Porsonus ὑδραίνειν. XII. XIII. XIV. Bacch. 766. 1082. 1132. Plura mihi non occurrunt. Haud pauca eorum, quae attuli, ita emendarunt viri docti, ut ipsis omissi augmenti defensoribus satis fecerint. Quae difficiliora sunt, mea quidem sententia librariis tribuenda sunt. Nullae enim in Attica poësi essent grammaticae regulae, si nihil pro corrupto habendum esset, nisi quod facile emendari posset.

1134. Aldus διεσφαίριζε σάρκας. Pal. διεσφέριζε σάρκα. Recte quidem σάρκα. [Ita Porsonus apud Kiddium p. 246. aliique. *Ex Addendis.*]

1135. Aldus τυφλοῖς, sociis.

πέτραις, τὸ δ' ὕλης ἐν βαθυξύλῳ φόβῃ,
οὐ ῥάδιον ζήτημα. κρᾶτα δ' ἄθλιον,
ὅπερ λαβοῦσα τυγχάνει μήτηρ χεροῖν,
πήξασ' ἐπ' ἄκρον θύρσον ὡς ὀρεστέρου
φέρει λέοντος διὰ Κιθαιρῶνος μέσου,
λιποῦσ' ἀδελφὰς ἐν χοροῖσι Μαινάδων.
χωρεῖ δὲ θήρᾳ δυσπότμῳ γαυρουμένη,
τειχέων ἔσω τῶνδ', ἀνακαλοῦσα Βάκχιον,
τὸν ξυγκύναγον, τὸν ξυνεργάτην ἄγρας
τὸν καλλίνικον, ᾗ δάκρυα νικηφορεῖ.
ἐγὼ μὲν οὖν τῇδ' ἐκποδὼν τῇ ξυμφορᾷ
ἄπειμ', Ἀγαυὴν πρὶν μολεῖν πρὸς δώματα.
τὸ σωφρονεῖν δὲ καὶ σέβειν τὰ τῶν θεῶν,

Barnesius στυφλοῖς, *asperis*, quod ipso reclamante in στύφλοις mutavi. Aeschylus Prom. 746. *Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει | ἔῤῥιψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας;* Pers. 303. *στύφλους παρ' ἀκτὰς θείνεται Σιληνίων.* Sophocles Ant. 250. *στύφλος δὲ γῆ | καὶ χέρσος, ἀῤῥὼξ οὐδ' ἐπημαξευμένη | τρόχοισιν.* Euripides Iph. T. 1428. *ὡς ἐκ θαλάσσης, ἔκ τε γῆς ἱππεύμασι | λαβόντες αὐτοὺς, ἢ κατὰ στύφλου πέτρας | ῥίψωμεν, ἢ σκόλοψι πήξωμεν δέμας.* Sic etiam στύφελος, non στυφελὸς, ut voluit Barnesius, Aeschylus Pers. 79. 967.

1136. Pal. a prima manu φόβῳ. Vide ad v. 1186.

1139. Aldus πτήξασ'. Edd. recentiores πήξασ' ex emendatione Brodaei et Stephani.

1142. Grammaticus apud Bekkerum Anecdot. p. 87. *Γαυριᾶν: καὶ τοῦτο μέμφονται. Δημοσθένης περὶ τοῦ στεφάνου, Εὐριπίδης Βάκχαις.* Demosthenes de Cor. p. 513. C. *εἰ ταύτῃ γαυριᾷς, ἐφ' ᾗ στένειν σε, ὦ κατάρατε, προσῆκεν.* Apud Euripidem hodie non exstat *γαυριᾶν. Γαυροῦσθαι* iterum legitur v. 1039. et in aliis fabulis saepius. Sed locum habere poterat *γαυριᾶν* in ea Agaves ῥήσει, cujus unum versum habemus 1328.

1143. Aldus τόνδ'. Pal. τῶνδ'. Sic etiam edd. recentiores auctore, ut videtur, Cantero!

1145. *Νικηφορεῖ.* Ludit in verbo καλλίνικος. Brodaeus. Praestaret separatim scribere *νίκη φορεῖ.* Portus. Cui Bacchus ille Callinicus victoriam hanc multarum lacrymarum praebuit. Barnesius. [Lego] ᾧ δάκρυα, *cui*, Baccho, *victori velut indicia victoriae fert lugubres illos adspectus*, caput filii a matre avulsum. Hoc caput est τὰ δάκρυα. Reiskius. Legere malim ἣ, *quae*, Agave scilicet. Heathius. Hī pro antecedente habet ἄγρας: *venationis, ex qua, praemii loco, lacrymas reportat.* Musgravius. Sustuli distinctionem post ἄγρας, ut καλλίνικον adjectivi loco habeatur.

1146. In Aldina deest τῇδ', quod ex conjectura Reiskii admisit Matthiae. Scaliger in uno libro sic: *ἐγὼ μὲν οὖν* ∧ *ἐκποδὼν τῇ ξυμφορᾷ:* in altero: *οὐκοῦν ἐγὼ μὲν ἐκποδὼν τῇ ξυμφορᾷ.* Hanc ejus conjecturam admiserunt Barnesius et Brunckius. Piersonus Verisim. p. 130. *ἐγὼ μὲν οὖν τῆσδ' ἐκποδὼν τῆς ξυμφορᾶς.* Heathius: *ἐγὼ μὲν οὖν γὰρ ἐκποδὼν τῇ ξυμφορᾷ.* Musgravius in annotatione: *ἐγὼ μὲν οὖν τάχ' ἐκποδὼν τῇ ξυμφορᾷ.*

κάλλιστον οἶμαι ταυτὸ καὶ σοφώτατον
θνητοῖσιν εἶναι χρῆμα τοῖσι χρωμένοις.
ΧΟ. Ἀναχορεύσωμεν Βάκχιον,
ἀναβοάσωμεν ξυμφορὰν
τὰν τοῦ δράκοντος ἐκγενέτα † Πενθέως.
ὃς τὰν θηλυγενῆ στολὰν,
νάρθηκά τε † πιστὸν Ἅϊδαν

1149. Aldus οἶμαί γ' αὐτὸ. Pal. οἶμαι γ' αὐτὸ. Pseudogregorius v. 1143. οἶμαι δ' αὐτὸ. Reiskius οἶμαι ταυτὸ, quod admisit Matthiae.

1150. Nuncii ῥῆσιν, quae desinit in hoc versu, utpote longam et splendidam, eidem actori, nempe πρωταγωνιστῇ, tributam conjicio, cui delatae sint Agaves partes, quae mox in scenam proditura est. Qui ut tempus mutandi habitus haberet, breve chori carmen inter nuncii egressum et Agaves adventum interposuit poëta. Simile quid in Phoenissis observarunt veteres grammatici. Apponam scholiastae verba ad v. 93. Μήτις πολιτῶν.) ταῦτα καταμηχανᾶσθαι φασὶ τὸν Εὐριπίδην, ἵνα τὸν πρωταγωνιστὴν ἀπὸ τοῦ τῆς Ἰοκάστης προσώπου μετασκευάσῃ. διὸ οὐ συνεπιφαίνεται αὐτῷ Ἀντιγόνη, ἀλλ' ὕστερον.

1151. Hoc carmen ita constitutum habemus ab Hermanno Praefat. ad Hec. p. lxvi. lxvii. Ἀναχορεύσομεν | Βάκχιον, ἀναβοάσομεν, ξυμφορὰν | τὰν τοῦ δράκοντος ἐκγενέτα, τὰν Πενθέως | θηλυγενῆ στολὰν, νάρθηκά τ'· ἔνθεν | τε πιστὸν ᾅδαν ἔλαβεν, εὔθυρσον | ταῦρον κυνηγητῆρα συμφορᾶς ἔχων. | Βάκχαι Καδμεῖαι, | τὸ καλλίνικον κλεινὸν ἐξεπράξατε | ἐς δάκρυ', ἐς γόον. | καλὸς ἀγὼν ὅδε, καλὸς, ἐν αἵματι | στάζουσαν χέρα περιβαλεῖν τέκνου. *Nihil* (inquit) *in his admonitione indiget, quam* Βάκχιον ξυμφορὰν *jungenda esse;* ταῦρον *autem, nisi cum eo jungatur* εὔθυρσον, *frigere.* Sententiam ante viginti annos expositam in multis haud dubie mutavit vir summus, quem longe aliter hoc carmen hodie constituturum existimo. Primam partem ita constituit Seidlerus de Versibus Dochm. p. 116. *Stroph.* Ἰὼ ἀναχορεύσωμεν, | Βακχεῖον ἀναβοάσωμεν, ἰὼ, ξυμφορὰν | τὰν τοῦ δράκοντος ἐκγενέτα τοῦ Πενθέως. *Antistr.* Ὃς τὰν θηλυγενῆ στολὰν, | νάρθηκά τε, πικρὸν Ἅϊδαν, ἔλαβεν εὔθυρσον, | ταῦρον προηγητῆρα συμφορᾶς ἔχων.

Ibid. Aldus βακχεῖον. Pal. βακχείων.

1153. Aldus: τὰν τοῦ δράκοντος ἐκγενέτα τοῦ Πενθέως. Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 123. *In postremo denique, qui non habet antistrophicum, ita molestus est articulus ante* Πενθέως, *ut eum aut ab interprete adjectum, aut ad postremam syllabam vocis* ἐκγενέτα *communem genitivi formam* του *adscriptam fuisse putem. Deleto articulo versus ex iambico monometro hypercalecto et dochmio constabit.* Scaliger εὐγενεστάτου Πενθέως. Pal. ἐκγενέτα πενθέως sine articulo, quem e textu delevi. Sed recte statuere mihi videtur Burgesius, non solum τοῦ, verum etiam Πενθέως librariis deberi. Cujusmodi additamenta apud Euripidem sunt Καπανεὺς (de quo recte judicat Barnesius) Phoen. 186. Κύπρις Iph. A. 1303. Τροία Tro. 825. Ἥρα Hel. 247. et alia.

1155. [Aldus: νάρθηκά τε πιστὸν ἅϊδαν.] Malim πιστὸν ἅϊδα, *mortis pignus.* Heathius. Qui haec mihi interpretetur, Oedipus erit. Legendum conjicio Βιστονίδων. Notissimae inter Bacchi famulas Bistonides. Horat. L. II. Carm. 18. [v. 18.] *Tu separatis uvidus in jugis | nodo coërces viperino | Bistonidum sine fraude crines.*

ἔλαβεν εὔθυρσον,
ταῦρον προηγητῆρα συμφορᾶς ἔχων.
Βάκχαι Καδμεῖαι,
τὸν καλλίνικον κλεινὸν ἐξεπράξατε
εἰς γόον, εἰς δάκρυα.
καλὸς ἀγὼν ἐν αἵ-

TYRWHITTUS. Locus depravatissimus, quem speciose Tyrwhittus emendat. Sunt tamen in his, quae attentius consideranti non usquequaque satisfaciant. — Ego vero ulcus, non quidem adeo leni medela, sic tamen sanari posse existimo: νάρθηκά τε παίστορ', ἀκίδα τ' | ἔλαβεν ἔνθυρσον. MUSGRAVIUS. Voces πιστὸν ἅιδαν, uncinis septae, vitii compertae sunt. Ingeniose Musgravius conjicit: νάρθηκά τε παίστορ', ἀκίδα τ' | ἔλαβεν ἔνθυρσον. Sed hoc etiam ut persanetur ulcus, expectandam credo melioris codicis opem. BRUNCKIUS. Musgravius in supplemento: νάρθηκά τε κλαστὸν εἷλαν ἔλαβ' ἐπ' εὔθυρσον. Si ingeniose Musgravius, longe ingeniosius, mea quidem sententia, Tyrwhittus, cujus conjecturam laudo quidem, sed admittendam non censeo. [Jacobsius Animadvers. in Euripidem p. 118. νάρθηκά τ' ἐπίστορα ἱρῶν. (Ex Addendis.] Matthiae ex conjectura Seidleri πικρὸν ἅιδαν. Revocavi πιστὸν, neque quidquam melius habeo interpretatione Brodaei, qui verba πιστὸν ἅιδαν explicat: *certam ac manifestam necis suae causam.*

1156. Ita distinguit Aldus: ἔλαβεν, εὔθυρσον, | ταῦρον προηγητῆρα συμφορᾶς ἔχων. Hermannus εὔθυρσον ταῦρον conjungit. Ceteri fere omnes νάρθηκα εὔθυρσον, fere ut κάματον v. 66. Neque longe diversa sunt πόδα τυφλόπουν et similia.

1158. [Aldus: βάκχαι καδμεῖαι, | τὸν καλλίνικον κλεινὸν ἐξεπράξατο | εἰς γόνον, εἰς δάκρυα. Portus: *O Bacchae Cadmeae*, i. Thebanae, *illum inclytum* Penth. *praeclarae victoriae cupidum* Bacchus *ulciscens conjecit in luctum, in lachrymas.*] Scaliger legit ἐξεπράξατε, tum referri debet ad Βάκχαι Καδμεῖαι. BARNESIUS. F. ὃς Βάκχαις Καδμείαις, aut Βάκχε Καδμεῖε, et ἐξεπράξασο in sec. pers. aor. 1. med. REISKIUS. Et constructionis ratio et sententia postulare videntur ut legatur: Βάκχα Καδμεία | τὸ καλλίνικον κλεινὸν ἐξεπράξατο. *Baccha Cadmigena victoriam inclytam reportavit.* HEATHIUS. Lego: ἐξεπράξατ' εὖ. Τὸ καλλίνικον pro substantivo hic habendum. Confer Herc. Fur. 180. Pindar. Olymp. IX. 3. MUSGRAVIUS. Βάκχα Καδμεία. Sic recte Heathius. — Pro substantivo autem hic τὸ καλλίνικον habendum monet Musgravius, cui lubens accedo. Sed quidni eandem vocem pro substantivo accepit in Medea v. 44. Hic vero in Aldina editione legitur τὸν καλλίνικον. Suspicetur quis forte scriptum olim fuisse: τὸ καλλίνικον ἔργον ἐξεπράξατο. BRUNCKIUS. Matthiae omnia ut Aldus, praeter εἰς γόον, de quo mox. Ego vero Scaligeri conjecturam ἐξεπράξατε admisi. Quod ad τὸν καλλίνικον attinet, recte se habere articulum masculinum ostendunt exempla a Musgravio allata. Subauditur enim ὕμνον. Quod monent Musgravius ad Med. 45. Brunckius ad Sophoclis Trach. 207. Schaeferus ad Bosium p. 509. Quo magis miror Brunckium hic τὸ καλλίνικον dedisse. Nam Musgravium imprudentem τὸ in annotatione scripsisse arbitror.

1160. Edd. recentiores εἰς γόον pro εἰς γόνον.

1161. Tam in verbis ἐν αἵματι στάζουσαν quam in ἐν διαστρόφοις

μασι στάζουσαν χέρα
περιβαλεῖν τέκνον.
Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ εἰς δόμους ὁρμωμένην
Πενθέως Ἀγαυὴν μητέρ' ἐν διαστρόφοις
ὄσσοις, δέχεσθε κῶμον εὐΐου θεοῦ.

ΑΓ. Ἀσιάδες Βάκχαι. *ΧΟ.* Τί με δὴ ὀρθοῖς ὤ;
ΑΓ. Φέρομεν ἐξ ὀρέων ἕλικα

ὄσσοις v. 1165. abundare videtur praepositio.

1164. Aldus: ἀλλ', εἰσορῶ γὰρ εἰς δρόμους. Sustuli distinctionem post ἀλλὰ auctore Schaefero Meletem. Crit. p. 75. Pro δρόμους edd. recentiores δόμους ex conjectura Stephani.

1165. Verba ἐν διαστρόφοις ὄσσοις δέχεσθε conjungenda esse male censet Musgravius, quem tamen sequitur Brunckius. Recte distinxit Matthiae.

1167. Editionem hujus carminis dedit Seidlerus de Versibus Dochm. p. 364. seqq. cujus varietates suis locis indicabo.

Ibid. Persona, quae nunc primum inducitur, in Pal. appellatur γυνή. Vide indicem personarum.

Ibid. Aldus τί με δὴ ὀρθεῖς ὤ. Pal. τί με ὀρθεῖς ὤ. Pro nihili vocabulo ὀρθεῖς Stiblinus aut ὠθεῖς aut ὀρθοῖς legendum conjicit. Rectius MSS. Stephani et edd. recentiores ante Brunckium ὀρθοῖς. Scaliger θροεῖς. Musgravius in annotatione ὄρσεις. unde Brunckius: τί με δῆτ' ὄρσεις ὤ. Seidlerus et Matthiae ut Barnesius ceterique recentiores ante Brunckium. Seidleri verba sunt: *Valet hic ὀρθοῦν excitare, provocare. Scholiastes Sophoclis ad Ajacis v. 787. et 788. ex Euripidis Dictye citat: τί μ' ἄρτι πημάτων λελησμένην | ὀρθοῖς.* Licet utriusque loci non eadem sit ratio, recte in Bacchis repositum videtur ὀρθοῖς.

1163. Plutarchus Crasso p. 564. E. τῆς δὲ κεφαλῆς τοῦ Κράσσου κομισθείσης ἐπὶ θύρας, ἐπηρμέναι μὲν ἦσαν αἱ τράπεζαι· τραγῳδιῶν δὲ ὑποκριτής, Ἰάσων ὄνομα, Τραλλιανός, ᾖδεν Εὐριπίδου Βακχῶν τὰ περὶ τὴν Ἀγαύην. εὐδοκιμοῦντος δ' αὐτοῦ, Σιλλάκης ἐπιστὰς τῷ ἀνδρῶνι καὶ προσκυνήσας, προὔβαλλεν εἰς μέσον τοῦ Κράσσου τὴν κεφαλήν. κρότον δὲ τῶν Πάρθων μετὰ κραυγῆς καὶ χαρᾶς ἀραμένων, τὸν μὲν Σιλλάκην κατέκλιναν οἱ ὑπηρέται, βασιλέως κελεύσαντος· ὁ δ' Ἰάσων, τὰ μὲν τοῦ Πενθέως σκευοποιήματα παρέδωκέ τινι τῶν χορευτῶν, τῆς δὲ τοῦ Κράσσου κεφαλῆς λαβόμενος καὶ ἀναβακχεύσας, ἐπέραινεν ἐκεῖνα τὰ μέλη μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ᾠδῆς· Φέρομεν ἐξ ὄρεος ἕλικα νεότομον ἐπὶ μέλαθρα, μακαρίαν θήραν. καὶ ταῦτα μὲν πάντας ἔτερπεν. ᾀδομένων δὲ τῶν ἐφεξῆς ἀμοιβαίων πρὸς τὸν χορόν; Τίς ἐφόνευσεν; Ἐμὸν τὸ γέρας; ἀναπηδήσας ὁ Πομαξαίθρης (ἐτύγχανε γὰρ δειπνῶν) ἀντελαμβάνετο τῆς κεφαλῆς, ὡς ἑαυτῷ ταῦτα λέγειν μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ προσῆκον. ἡσθεὶς δ' ὁ βασιλεύς, τὸν μὲν οἷς πάτριόν ἐστιν ἐδωρήσατο, τῷ δ' Ἰάσονι τάλαντον ἔδωκεν. εἰς τοιοῦτό φασιν ἐξόδιον τὴν Κράσσου στρατηγίαν, ὥσπερ τραγῳδίαν, τελευτῆσαι. Idem T. II. p. 501. B. τῆς δὲ μαινομένης Ἀγαύης ἀκούεις ὑπὸ τοῦ πάθους τὰ φίλτατα ἠγνοηκυίας, Ἄγομεν ἐξ ὄρεος ἕλικα νεότομον ἐπὶ μέλαθρα, μακάριον θήραμα. Polyaenus VII. 41. similia Plutarcho tradit, eadem quoque Euripidis verba affert. Casauboni sive beneficio sive culpa apud Polyaenum in impressis eadem legitur scriptura quae apud Euripidem. Sed MS. apud Maasvicium: φέρομεν μὲν ἐξ ὄρεος νεότομον ἐπὶ μέλαθρα μακάριον θήραν.

νεότομον ἐπὶ μέλαθρα
μακαρίαν θήραν.
ΧΟ. Ὁρῶ γε, καί σε δέξομαι[1] σύγκωμον, ὦ.
ΑΓ. Ἔμαρψα τόνδ' ἄνευ βρόχων
* * * * * * * *
νέον λῖν, ὡς ὁρᾶν πάρα.
ΧΟ. Πόθεν ἐρημίας;
ΑΓ. Κιθαιρὼν, ΧΟ. Τί Κιθαιρών;
ΑΓ. Κατεφόνευσέ νιν.
ΧΟ. Τίς ἁ βαλοῦσα πρῶτά γ'; ΑΓ. Ἐμὸν τὸ γέρας.
ΧΟ. Μάκαιρ' Ἀγαυή. ΑΓ. Κληζόμεθ' ἐν θιάσοις.
ΧΟ. Τίς ἄλλα; ΑΓ. Τὰ Κάδμου, ΧΟ. Τί Κάδμου;

[1] ξύγκωμον,

Ibid. Heathio praestare videtur Plutarchi et Polyaeni scriptura ὄρεος, modo duae syllabae per crasin coalescant. Quod si fiat, non solum pronunciandum verum etiam scribendum erit ὄρσυς. Vide ad βέλεα, quod male vulgo legitur apud Sophoclem Oed. T. 204.

1169. Verba ἕλικα νεότομον interpretatur Portus *juvencum recens interfectum*, Musgravius *catulum recens interfectum.* Si ad Homericum εἰλίποδας ἕλικας βοῦς alludit Euripides, quo jure quove auctore ἕλικα dixerit omisso βοῦν, nondum mihi compertum est. Nihil adjumenti praebet Aeschylus Prom. 1082. aut ipse Euripides Hel. 180. Herc. 399. 1347. Neque βοῦν νεότομον recte dictum mihi videtur. Huic enim epitheto melius conveniret πτόρθος, ἔρνος aut ejusmodi aliquid.

1170. Aldus μακάριον θήραμα. Sic etiam Plutarchus T. II. p. 501. Idem T. I. p. 564. et Polyaenus μακάριον θήραν, quod admisit Seidlerus. Heathius, Brunckius et Matthiae μακαρίαν θήραν. Solus Musgravius μακάριον θήραμ'.

1171. Pal. ὁρῶ καί σε δέξομαι σύγκωμον nec plura.

1172. Hic septimus versus desideratur. Canterus. Nihil scilicet in stropha est, quod respondeat verbis σοφὸς σοφὸς ἀνέπηλεν in antistropho. Barnesii supplementum est ἄνευ σθένεος ἀρείου. Musgravius in annotatione: Ἔμαρψα τόνδ' ἄνευ βροχῶν, | ἄνευ κάμακος, ὄρειον | νέον (vel νεαρὸν) λῖν, ὡς ὁρᾶν πάρα.

1173. Aldus νέον νιν. MSS. Stephani et edd. recentiores ante Brunckium νέον λῖν. Hic λιν reposuit auctore Eustathio p. 841, 22. τὸ δὲ λίς, κατὰ μὲν Ἀρίσταρχον, ὥς φασιν οἱ περὶ Ἀπίωνα καὶ Ἡρόδωρον, ὀξύνεται, συνεξομοιούμενον τῷ χαρακτῆρι τοῦ κίς κιός.

1177. Aldus: τὶς ἁ βαλοῦσα πρῶτά γε; Pal. τίς ἁ βαλοῦσα πρῶτα. Haec omnia usque ad τὰ Κάδμου Agavae tribuit Seidlerus, cujus verba sunt: *Immo vesana mulier prae gaudio exsultans ipsa interrogando respondendoque rem a se gestam enarrat.* Vulgatam rationem servavit Matthiae.

Ibid. Aldus ἐμὸν ἐμὸν τὸ γέρας. Semel tantum ἐμὸν Musgravius, Brunckius, Seidlerus et Matthiae.

1178. Si recte choro tribuuntur verba μάκαιρ' Ἀγαυὴ, κληζόμεθα Latine reddendum cum Porto *celebramur*: sin minus, *appellamur*. Superioris significationis exemplum praebet noster Iph. A. 1521. ἀλλὰ τὰν Διὸς κόραν | κλήσωμεν Ἄρτεμιν, θεῶν ἄνασσαν.

1179. [Aldus: τίς ἄλλα τὰ Κάδμου; Scaliger: τίς ἄλλα τοῦ Καδμοῦ; Portus: *Quaenam alia Cad-*

ΑΓ. Γένεθλα, γένεθλα μετ' ἐμὲ, μετ' ἐμὲ τοῦδ'
ἔθιγε θηρός. ΧΟ. Εὐτυχεῖς τᾷδ' ἄγρᾳ.
ΑΓ. Μέτεχέ νυν θοίνας. ΧΟ. Τί μετέχω τλάμων;
ΑΓ. Νέος ὁ μόσχος ἄρτι γένυν,
ὑπὸ κόρυθ' ἁπαλότριχα,
κατάκομον βάλλει.
ΧΟ. Πρέπει γὰρ ὥστε θηρὸς ἀγραύλου φόβη.

mi? Barnesius: *Quaenam alia, quod ad Cadmum pertinet?*] Τίς ἀλλά τοι Κάδμου. Hic loci notat τοι idem atque γάρ. Reiskius. Ita haec personis distinguenda censeo: Χο. Τίς ἄλλα; Αγ. Τὰ Κάδμου. Χο. Τί Κάδμου; Αγ. Γένεθλα etc. Cho. *Quaenam alia, percussit* scilicet? Ag. *Cadmi.* Cho. *Quid Cadmi?* Ag. *Soboles* etc. Heathius. Legendum puto: Χο. Τί δ' ἄλλαι; Αγ. Τὰ Κάδμου— Cho. *At quid aliae* Bacchae fecerunt? Ag. *Cadmi.* Musgravius. Heathium sequuntur Brunckius et Matthiae, in cujus editione ipso invito Agaves persona ante τὰ Κάδμου omissa videtur. Seidleri sententiam supra declaravi.

1180. Alterum γένεθλα auctore Heathio delerunt Brunckius, Seidlerus et Matthiae.

1181. Εὐτυχεῖς interpretor *felices*, ab εὐτυχής, non *felix es*, ab εὐτυχέω. Musgravius. Similis ambiguitatis apud nostrum Iph. T. 857. ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν τύχα. De qua vide Musei Critici Cant. T. II. p. 296. Εὐτυχεῖς quidem haud dubie verbum est. Pal. a prima manu εὐτυχὴς habuisse videtur. Idem τάδ' ἄγρα.

1183. Ἀρτίγεννν [sic], *primam barbam*: ἁπαλότριχα καὶ κατάκομον: ὑπὸ κόρυθα, ὑπὸ τὴν μίτραν ἢ περικεφαλαίαν. Brodaeus. Mallem ἄρτι γένυν. Portus. Laudo hic Aemil. Portum, qui mavult ἄρτι γένυν divisim legere. Γένυς autem *mentum* et *maxillam* sonat, et κόρυς, quod *galea* communiter sonat, *caesariem* nunc notat, quod *galeae* ad instar caput premit tegitque. Barnesius. P. ἄρτι γένυν ὑπὸ κόρυθ' (id est κόρυθα) ἁπαλότριχα: *modo sub gena ejicit* (extrudit progerminantem) *coronam constantem pilis delicatis et densam.* Reiskius. Lege cum Aem. Porto ἄρτι γένυν, et ita verte: *Juvenilis hic catulus, sub verticem delicate capillatum, genam modo pilosam emittit.* Heathius. Legendum forte: νέος ὁ μόσχος ἄρτι γένυν | ὑπὸ κόρυθ' ἁπαλότριχι | κατάκομον θάλλει. Θάλλει accusativum γένυν subjectum habere potest, — vel subaudiri potest praepositio κατὰ, ut alibi passim. Κόρυς universam capitis caesariem significare videtur. Musgravius. Aldus ἀρτιγένυν, quod mendosum esse ostendit accentus. Porti conjecturam a Musgravio admissam confirmat Pal. Locum recte explicare videtur Heathius. Βάλλει pro ἐκβάλλει accipiendum est, γένυν κατάκομον pro γένειον sive πώγωνα, κόρυθα pro κορυφήν.

1185. Barnesium καράκομον conjicientem recte reprehendit Heathius.

1186. Hic versus, opinor, Choro tribuendus est. Tyrwhittus. Consentiunt Musgravius in annotatione, Seidlerus et Matthiae. Vulgo continuatur Agavae.

Ibid. Pro φόβῳ docte Brod. reposuit φόβη, *juba*: assentiunturque huic ejus emendationi et vet. codices. Stephanus. Non φόβη sed φόβῃ edd. recentiores ante Musgravium, qui recte confert Sophoclem El. 664. πρέπει γὰρ ὡς τύραννος εἰσορᾶν. Reiskius etiam φόβη legendum monuit.

ΑΓ. Ὁ Βάκχιος κυναγέτας
σοφὸς σοφῶς ἀνέπηλεν
ἐπὶ θῆρα τόνδε Μαινάδας.
ΧΟ. Ὁ γὰρ ἄναξ ἀγρεύς.
ΑΓ. Ἐπαινεῖς; ΧΟ. Τί δ' ἐπαινῶ;
ΑΓ. Τάχα δὲ Καδμεῖοι
καὶ παῖς γε Πενθεὺς ματέρ' ἐπαινέσεται,
λαβοῦσαν ἄγραν τάνδε λεοντοφυῆ
περισσὰν περισσῶς. ΧΟ. Ἀγάλλει;

1187. Pal. ὁ βάκχειος κυναγέτας.

1188. [Aldus: σοφὸς σοφὸς ἀνέπηλεν.] Eleganter Reiskius conjecit σοφὸς σοφάς. Malim tamen σοφὰς σοφός. Seidlerus: 'Matthiae ut vulgo. Ego Brunckium sequor. Ita mox v. 1195. περισσὰν περισσῶς. Vide ad κακὴν κακῶς Med. 805=787.

Ibid. Ἀνέπηλεν, incitavit. Ita v. 149. ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων.

1189. Quum θῆρα habeat Aldina editio, quidam errorem auxerunt, dum emendare voluerunt eum qui ibi commissus erat. Nam quum scribendo θῆρα, peccatum in solo accentu fuisset, (mutato videlicet circumflexo in acutum) θήρα reposuerunt. Stephanus. Idem Praefat. p. 105. de Stibliniana loquens: *In Bacchis, pag. 41, quum θῆρα Ald. codex habeat pro θῆρα, a nominativo θὴρ, significante feram, illa editio augens eidem errorem, vel potius ex levi errore gravem faciens; pro θῆρα reposuit θήρα, tanquam a nominativo θήρα, quod est venatio.* Hactenus Stephanus, cui fraudi fuisse videtur Brodaei annotatio: ἐπὶ θῆρα. *Emenda* θήρα. Stibliniana enim in textu θήρα habet, ut Aldina. Edd. recentiores recte θῆρα. Scaliger ἐπὶ θῆρα τῆνδε. De quo errore vide ad v. 1202.

1190. Recte se habere videtur ἀγρεύς. Apollonius Rhodius II. 508. a Musgravio allegatus: ἔνθα δ' Ἀρισταῖον Φοίβῳ τέκεν, ὃν καλέουσι | ἀγρέα καὶ νόμιον πολυλήϊοι Αἱμονιῆες. Sed nemini non in mentem venit Ζαγρεὺς, de quo nonnihil dixit Barnesius.

[1191. Videndum, annon legi debeat: ΑΓ. Ἐπαινεῖς τόδ'; ΧΟ. Ἐπαινῶ. Musgravius. Jacobsius Animadvers. in Euripidem p. 119. ΑΓ. Ἐπαινεῖς τί μ'; ΧΟ. Ἐπαινῶ. Pal. nihil praeter ἐπαινεῖς et ἐπαινῶ habet. Si omnino legendum τόδ', ego potius legam Τόδ' ἐπαινῶ propter verba Τί Κιθαιρών, quae choro tribuuntur v. 1175. Sed recte se habere videtur Τί δ' ἐπαινῶ. *Ex Addendis.*]

1192. Pal. τάχα δὲ καὶ καδμεῖοι.

1193. Aldus: καὶ παῖς γε Πενθεὺς ματέρα | ἐπαινέσεται. Haec verba cum sequentibus λαβοῦσαν ἄγραν τάνδε λεοντοφυῆ περισσὰς περισσῶς choro tribuit Pal.

Ibid. Pal. ἐπαινευσέται. Heathius ἐπαινήσεται. Qua forma non utuntur Attici. Futurum ἐπαινέσομαι frequens est apud prosae orationis scriptores. Tragici vero activam formam plerumque usurpant. Ita noster Andr. 466. Cycl. 546. Heracl. 301. Sophocles El. 1044. 1057.

1195. Aldus περισσὰς περισσῶς. Hervagiana secunda ceteraeque ex ea derivatae veteres περισσὰ περισσῶς. Unde Reiskius, qui hanc ῥῆσιν choro tribuendam censet: περισσά, περίσσ' ὡς ἀγάλλῃ. Id est: *Incredibile est quomodo exsultes, et frustra exsultas.* Edd. recentiores περισσὰν περισσῶς ex emendatione Brodaei, quam in codd. suis reperiri testatur Stephanus.

ΑΓ. Γέγηθα, μεγάλα, μεγάλα καὶ
φανερὰ τάδ' ἔργα κατειργασμένα.
ΧΟ. Δεῖξόν νυν, ὦ τάλαινα, σὴν νικηφόρον
ἀστοῖσιν ἄγραν, ἣν φέρουσ' ἐλήλυθας.
ΑΓ. Ὦ καλλίπυργον ἄστυ Θηβαίας χθονὸς
ναίοντες, ἔλθεθ', ὡς ἴδητε τήνδ' ἄγραν,
Κάδμου θυγατέρες θηρὸς ἣν ἠγρεύσαμεν,
οὐκ ἀγκυλωτοῖς Θεσσαλῶν στοχάσμασιν,
οὐ δικτύοισιν, ἀλλὰ λευκοπήχεσι
χειρῶν ἀκμαῖσι. κᾆτα κομπάζειν χρεὼν,
καὶ λογχοποιῶν ὄργανα κτᾶσθαι μάτην;
ἡμεῖς δὲ ταύτῃ χειρὶ τόνδε θ' εἵλομεν,
χωρίς τε θηρὸς ἄρθρα διεφορήσαμεν.

Ibid. Hoc ex vet. cod. discimus, ἀγάλλῃ dici a choro, at γέγηθα etc. ab Agave, deinde δεῖξόν νυν rursum a choro. STEPHANUS. In Aldina haec omnia choro tribuuntur, praeter ἀγάλλῃ, cui praefixa est Agaves persona. Edd. recentiores personas recte dispositas habent. Notam interrogationis post ἀγάλλῃ primus addidit Portus.

1196. Aldus: γέγηθα, μεγάλα, μεγάλα, φανερὰ καὶ | τάδ' ἔργα κατειργασμένα. Pal. γέγηθα μεγάλα μεγάλα καὶ φανερὰ τάδ' ἔργα | κατειργασμένα. Barnesius: γέγηθα, γέγηθα, μεγάλα, φανερὰ καὶ | τάδ' ἔργα κατειργασμένα. Heathius: γέγηθα μεγάλα, μεγάλα, καὶ φανερὰ | δὴ τάδ' ἔργα κατειργασμένα. Musgravius in annotatione: γέγηθα, γέγηθα μεγάλα, φανερά τε | τάδ' ἀρετᾶς γέρα κατειργασμένα. Brunckius: γέγηθα, μεγάλα, μεγάλα, καὶ φανερὰ | δὴ τάδ' ἔργ' ἐξειργασμένα. Seidlerus: γέγηθα | μεγάλα μεγάλα καὶ φανερὰ, καινὰ δ' ἔρ|γματ' εἰργασμένα. Hunc sequitur Matthiae, nisi quod alio modo versus distribuit. Nihil horum placet. Recte quidem Pal. καὶ φανερά. In τάδ' ἔργα latet mendum, quod corrigere nequeo.

1198. Pal. δεῖξον νῦν. Sic etiam Hervagiana secunda et sequentes ante Barnesium, qui a Porto monitus Aldinam scripturam revocavit.

1201. Pal. ὡς ἴδετε.

1202. Videtur scribendum θυγατέρος. CANTERUS. Ordo est: ὡς ἴδητε τήνδε ἄγραν θηρὸς, ἣν (ἄγραν scilicet) ἠγρεύσαμεν, Κάδμου θυγατέρες. Male Stephanus ad v. 1189. *Quamvis porro sequatur paulo post θηρὸς ἣν ἠγρεύσαμεν, recte tamen masculino genere hic usurpatur, sicut pag. praecedente τόνδ' ἔθηγε θηρός: et in hac ipsa θηρὸς ἀγραύλου.* In tribus exemplis bis erravit. Nihil enim obstat ἀγραύλου, quin θηρὸς femininum sit.

1203. Noster Hipp. 220. καὶ παρὰ χαίταν ξανθὰν ῥῖψαι | Θεσσαλὸν ὅρπακ'. Ubi videantur interpretes.

1205. 1206. Haec interrogative dicuntur, et ita verti possunt: *Et deinde an jactationi locus est, et instrumenta hastas fabricantium comparare necesse est?* HEATHIUS.

1207. Aldus τόνδε θ' εἵλομεν. Pal. τόδε θ' εἵλομεν. Reiskius τόνδ' ἐξείλομεν.

1208. Piersonus Verisim. p. 130. χωρὶς σιδήρου τ' ἄρθρα διεφορήσαμεν. Ruhnkenius apud Musgravium: χωρίς τ' ἄθηρος ἄρθρα διεφορήσαμεν. Musgravius Latine: *et sine mucrone membra discerpsimus.* Docta quidem est Ruhnkenii

ποῦ μοι πατὴρ ὁ πρέσβυς; ἐλθέτω πέλας.
Πενθεύς τ' ἐμὸς παῖς ποῦ 'στιν; αἰρέσθω λαβὼν
πηκτῶν πρὸς οἴκους κλιμάκων προσαμβάσεις,
ὡς πασσαλεύσῃ κρᾶτα τριγλύφοις τόδε
λέοντος, ὃν πάρειμι θηρήσασ' ἐγώ.
ΚΑ. Ἕπεσθέ μοι, φέροντες ἄθλιον βάρος
Πενθέως, ἕπεσθε, πρόσπολοι, δόμων πάρος.
οὗ σῶμα μοχθῶν μυρίοις ζητήμασι
φέρω τόδ' εὑρὼν ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς,
διασπάρακτον, κοὐδὲν ἐν ταὐτῷ πέδῳ
λαβὼν, ἐν ὕλῃ κείμενον δυσευρέτῳ.
ἤκουσα γάρ του θυγατέρων τολμήματα,

annotatio, sed inutilis conjectura, ut recte judicat Brunckius. Sensus est: *ἡμεῖς δὲ ταύτῃ χειρὶ τόνδε τε εἵλομεν θῆρα, καὶ ἄρθρα αὐτοῦ χωρὶς διεφορήσαμεν.* Brunckius: *Quid, quaeso, hic versus offensionis habet? Plana locutio est διεφορήσαμεν χωρὶς (i. e. ἀπ' ἀλλήλων) τὰ ἄρθρα τοῦ θηρὸς, ut* Phoen. 1194 [1190.] *ἐσφενδονᾶτο χωρὶς ἀλλήλων μέλη.*

1210. Aldus *αἰρέσθω* (sic) *λαβὼν | πλεκτῶν πρὸς οἴκων κλιμάκων προσαμβάσεις.* Scaliger *ἀρέσθω.* Portus, aut *αἰρέσθω λαβὼν*, *surgat corripiens*, aut *αἰρέσθω λαβὼν*, *capiat corripiens*, id est, *ἀρέσθω corripiat.* Sic enim interpretatur. Recte Heathius *extollat.*

1212. Noster Phoen. 49. *μήτε προσφέρειν | πύργοισι πηκτῶν κλιμάκων προσαμβάσεις.* Unde *πηκτῶν* etiam in Bacchis scribendum recte monet Barnesius, cujus verba sunt: *non enim plicatiles hic scalas intelligit Poëta, sed ligneas, quales ad parietes erigere solebant.* Hanc scripturam a Reiskio, Heathio, Musgravio probatam admisit Brunckius. Reiskius etiam *πλεκτῶν*, id est: *per quas incedunt homines πλίσσοντες, unum pedem post alterum per vices tollentes et promoventes.*

Ibid. Scaliger legit *οἴκοις.* An *οἴκοις*, vel *οἴκοις*, ut v. 1237. *πρὸς δόμοις*? Barnesius. Reiskius aut *πρὸς οἶκον*, aut *πρὸ τοίχων*, aut *πάρος οἴκων.* Heathius *πρὸς οἶκον.* Sic etiam Musgravius in annotatione, Brunckius et Matthiae. Sed Pal. *πρὸς οἴκους*, quod admisi.

1214. *Βάρος*, *cadaver.* Brodaeus. Recte distinguunt edd. recentiores. Aldina vero, quasi sensus sit *Πενθέως πρόσπολοι* aut *Πενθέως δόμων.*

1218. [Aldus: *κοὐδὲν ἐν ταυτῷ πέσω.*] *Πέσσον*: *ὅρος, χωρίον.* Grammatici. Brodaeus. Recte quidam reposuerunt hic *ἐν ταυτῷ πέδῳ.* — Scio tamen reperiri *πέσσον* apud Hesychium, et quidem scribentem significare inter alia *χωρίον*, sed Cypria dialecto, sicut *πεδίον* Aeolica. Stephanus. Non *πέδῳ*, sed *πεσσὸν* debuerat e vet. lectione *πέσω* effici. Reiskius. Etiam Musgravio arridet Cyprium *πέσῳ.* Litem dirimit Pal. in quo scriptum *ἐν ταὐτῷ πέδῳ.* Hervagiana tertia, Stibliniana et omnes recentiores *πέδῳ.* Aldina scriptura mera librarii error est, quales sunt *Σόλωνα* pro *Δόλωνα* Rhes. 525. *σώματα* pro *δώματα* Herc. 825. aliique passim.

1219. Aut *δυσεύρετον* leg. aut *δυσευρέτῳ* erit reddendum *in qua* (silva) *aegre aliquid invenitur.* Reiskius. Portus *difficulter scrutabili.* Malim *invia.*

1220. *Τοῦ* pro *τινὸς*, quare accentum rejicit. Barnesius. No-

ἤδη κατ᾽ ἄστυ τειχέων εἴσω βεβὼς,
[1] σὺν τῷ γέροντι Τειρεσίᾳ, Βακχῶν πάρα·
πάλιν δὲ κάμψας εἰς ὄρος, κομίζομαι
τὸν κατθανόντα παῖδα Μαινάδων ὕπο.
καὶ τὴν μὲν Ἀκταίων᾽ Ἀρισταίῳ ποτὲ
τεκοῦσαν εἶδον Αὐτονόην, Ἰνώ θ᾽ ἅμα,
ἔτ᾽ ἀμφὶ δρυμοῖς οἰστροπλῆγας ἀθλίας·
τὴν δ᾽ εἶπέ τίς μοι δεῦρο βακχείῳ ποδὶ
στείχειν Ἀγαυὴν, οὐδ᾽ ἄκραντ᾽ ἠκούσαμεν.
λεύσσω γὰρ [1] αὐτῆς ὄψιν οὐκ εὐδαίμονα.

ΑΓ. Πάτερ, μέγιστον κομπάσαι πάρεστί σοι,
πάντων ἀρίστας θυγατέρας σπεῖραι μακρῷ
θνητῶν. ἁπάσας εἶπον, ἐξόχως δ᾽ ἐμὲ,
ἣ τὰς παρ᾽ ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας,

[1] ξὺν

[1] αὐτὴν,

ster Med. 67. Ἤκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν. Hoc moneo, quia Matthiae ἤκουσα γάρ σου dedit. Legendum του apud nostrum Or. 1250. ubi Aldus: ἠσθημένον που τῆς τύχης, ἢ νῦν πάρα.

1221. Aldus hic ἔσω, sed recte εἴσω v. 825. Ἐγὼ στελῶ σε, δωμάτων εἴσω μολών. Vide ad Med. 89=88. Ἴτ᾽ (εὖ γὰρ ἔσται) δωμάτων εἴσω, τέκνα.

1222. [Aldus βακχῶν πέρι.] Legendum forte Βακχῶν πάρα, a Bacchis redux. MUSGRAVIUS. Hanc emendationem a Brunckio admissam repudiavit Matthiae. Quibus argumentis vulgatam defensurus sit, non video.

1225. [Aldus ἀριστέα.] Joh. Miltonus legit Ἀρισταίου. Fuit enim Aristaei filius Actaeon. BARNESIUS. Malim pro ἀριστέα potius Ἀρισταίῳ, quam cum Miltono Ἀρισταίου legere. HEATHIUS. Sic etiam Musgravius. Dativum admisit Brunckius.

1227. Valde frigidum mihi videtur ἀθλίας, neque multo melius ἀγρίοις, quod ei substituendum olim suspicatus sum. Apud nostrum Herc. 1386. ἀγρίου κυνὸς pro ἀθλίου κυνὸς probabiliter Wakefieldius. Sophocles ὑπ᾽ ἀγρίαν ὕλαν dixit Oed. T. 477. κατ᾽ ἀγρίαν ὕλην Oed. Col. 348.

1228. Aldus τήνδ᾽ εἰπέ τίς μοι. Pal. τήνδ᾽ εἶπε τίς μοι.

1229. Ἄκραντα ἀκούειν phrasis Eurip. BARNESIUS. Iph. T. 620. Ἔστιν γὰρ οὕτως, οὐδ᾽ ἄκραντ᾽ ἠκούσατε. Utrobique Aldus ἄκραντ᾽, ut jam monui ad v. 455.

1230. Scal. αὐτήν. BARNESIUS. Legendum haud dubie cum Scaligero: λεύσσω γὰρ αὐτὴν, ὄψιν οὐκ εὐδαίμονα. MUSGRAVIUS. Noster Or. 723. ἀλλ᾽ εἰσορῶ γὰρ τόνδε φίλτατον βροτῶν | Πυλάδην δρόμῳ στείχοντα Φωκέων ἄπο, | ἡδεῖαν ὄψιν. Hoc exemplum attulit Brunckius, qui Scaligeri conjecturam admisit. Vulgatam revocavit Matthiae. Parum referre mihi videtur.

[1234. Diogenes Laërtius Hipparchia VI. 97. ὁ δὲ [Θεόδωρος] πρὸς μὲν τὸ λεχθὲν οὐδὲν ἀπήντησεν, ἀνέσυρε δ᾽ αὐτῆς θοἰμάτιον. ἀλλ᾽ οὔτε κατεπλάγη Ἱππαρχία, οὔτε διεταράχθη ὡς γυνή. ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ, Τίς τὰς παρ᾽ ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας; Ἐγὼ, φησὶν, εἰμὶ, Θεόδωρε. ἀλλὰ μὴ κακῶς σοι δοκῶ βεβουλεῦσθαι περὶ ἐμαυτῆς, εἰ τὸν χρόνον, ὃν ἔμελλον ἱστοῖς προσαναλώσειν, τοῦτον εἰς παιδείαν κατεχρησάμην;

εἰς μεῖζον ἥκω, θῆρας ἀγρεύειν χεροῖν.
φέρω δ' ἐν ὠλέναισιν, ὡς ὁρᾷς, τάδε
λαβοῦσα τἀριστεῖα, σοῖσι πρὸς δόμοις
ὡς ἂν κρεμασθῇ. σὺ δὲ, πάτερ, δέξαι χεροῖν.
γαυρούμενος δὲ τοῖς ἐμοῖς ἀγρεύμασι,
κάλει φίλους εἰς δαῖτα. μακάριος γὰρ εἶ,
μακάριος, ἡμῶν τοιάδ' ἐξειργασμένων.

ΚΑ. Ὦ πένθος οὐ μετρητὸν, οὐδ' οἷόν τ' ἰδεῖν,
φόνον ταλαίναις χερσὶν ἐξειργασμένων.
καλὸν τὸ θῦμα καταβαλοῦσα δαίμοσιν,
ἐπὶ δαῖτα Θήβας τάσδε κἀμὲ παρακαλεῖς.
οἴμοι κακῶν μὲν πρῶτα σῶν, ἔπειτ' ἐμῶν.
ὡς ὁ θεὸς ἡμᾶς ἐνδίκως μὲν, ἀλλ' ἄγαν,
Βρόμιος ἄναξ ἀπώλεσ', οἰκεῖος γεγώς.

ΑΓ. Ὡς δύσκολον τὸ γῆρας ἀνθρώποις ἔφυ,
ἔν τ' ὄμμασι σκυθρωπόν. εἴθε παῖς ἐμὸς
εὔθηρος εἴη, μητρὸς εἰκασθεὶς τρόποις,

Suidas v. Θεόδωρος: οὗτος εἶπε πρὸς Ἱππαρχίαν τὴν γυναῖκα Κράτητος· Αὕτη ἐστὶν ἡ τὰς παρ' ἱστοὺς ἐκλιποῦσα κερκίδας, καὶ τρίβωνα φοροῦσα. Haec contulit Theod. Canterus Var. Lect. I. 6. *Ex Addendis.*]

1235. Pal. εἰς μεῖζον ἥκω θῆρας.

1237. Aldus: λαβοῦσα τἀριστεῖα σοῖσι πρὸς δόμοις, | ὡς ἂν κρεμασθῇ. Distinctionem mutavit Heathius.

1239. Pal. τοῖς ἐμῆς ἀγρεύμασιν.

1243. [Aldus: φόνον ταλαίναις χερσὶν ἐξειργασμένον. Portus Latine: *necem confectam miseris manibus.*] Malim: φόνου—ἐξειργασμένον. Constructio est πένθος φόνου, *luctum caedis.* Musgravius. Cujus conjecturam admisit Brunckius. Matthiae ut vulgo. Pal. ἐξειργασμένων. Omnino legendum ἐξειργασμένων, quod miror interpretes non vidisse. Genitivus pluralis pendet a nominativo πένθος: quod *facinus luctuosum* significat.

1247. Ἀλλὰ γοῦν: *juste quidem et meritas perdidit, at nihilominus tamen perdidit.* Aut alias erit ἄγαν cum οἰκεῖος jungendum: *eo quod nimis familiaris nobis esset factus.* Reiskius.

1249. Hunc versum Stobaeus excerpsit Serm. de *Senectutis Vituperio*, [CXVII. p. 590=477.] sed veteri, nescio cujus, errore adpositum lemma Andromaches titulum praefert. Brunckius. Lemma in MS. A. est Εὐριπ. Ἀνδρομάχης. Noster Andr. 728. Ἀνειμένον τι χρῆμα πρεσβυτῶν γένος, | καὶ δυσφύλακτον ὀξυθυμίας ὕπο.

1250. Pal. σκυθρωπός.

Ibid. Εἰ δὲ παῖς: *si autem filius meus amator venaturae esset mei instar,* ὅ γ' ἂν νεανίαισι *appeteret profecto feras una cum juvenibus Thebanis.* Reiskius. Vide ad v. sequentem.

1251. Cum optat Agave filium sibi felicem in venatione fieri, rationemque subjicit, *quia tum cum feris congrederetur,* majus est, quod propter alterum petitur, quam id ipsum, cujus causa petitur: tanquam diceres: *Utinam Lynceos ocu-*

ὅτ' ἐν νεανίαισι Θηβαίοις ἅμα
θηρῶν ὀριγνῷτ'. ἀλλὰ θεομαχεῖν μόνον
οἷός τ' ἐκεῖνος. νουθετητέος, πάτερ,
σοί τ' ἐστὶ κἀμοὶ, μὴ σοφοῖς χαίρειν κακοῖς.
ποῦστιν; τίς αὐτὸν δεῦρ' ἂν ὄψιν εἰς ἐμὴν

los haberem, tum enim solem viderem. Quid igitur debet esse, quod in aliquo desideratur, ut feris duntaxat aggrediendis idoneus sit? Nempe, ni fallor, fortitudo. Emendabam: εἴθε παῖς ἐμὸς | εὔθυμος εἴη, μητρὸς εἰκασθεὶς τρόποις· | ἦτ' ἂν νεανίαισι Θηβαίοις ἅμα | θηρῶν ὀριγνῷτ'.—Nihilominus quantum observare potui, εὔθυμος nunquam de natura atque indole alicujus sive ἕξει dicitur, sed de temporaria atque instabili animi affectione, i. e. de σχέσει vel διαθέσει. Malim igitur, quod vix longius a vestigiis literarum recedit, ἔνθυμος, quod habet hoc sensu Aristot. Polit. Lib. VIII. c. 7. Musgravius. Musgravius conjicit εὔθυμος vel ἔνθυμος. Neutrum mihi placet, et verisimilius videtur φιλόθηρος, quod eximie sententiae convenit, et facile cum εὔθηρος commutari potuit. Brunckius. Qui conjecturam suam in textum admisit. Matthiae vulgatam revocavit, sed interpungendi rationem ita mutavit: εἴθε παῖς ἐμὸς | εὔθηρος εἴη, μητρὸς εἰκασθεὶς τρόποις | ὅτ' ἐν νεανίαισι Θηβαίοις ἅμα | θηρῶν ὀριγνῷτ'. Ego vero non offendor verbis μητρὸς εἰκασθεὶς τρόποις ad εὔθηρος εἴη relatis. Oportet enim φιλόθηρον esse eum, qui εὔθηρος esse cupit. Musgravii Brunckiique conjecturis locum dedit alia Musgravii conjectura ἦτ' ἂν, de qua mox. Revocato ὅτ' ἐν sensus erit: *Utinam filius meus* εὔθηρος *sit, ut mater, quoties venatum it.* Statim verba sua corrigens addit Agave: *At is nunquam venatum it, neque nisi contra deos fortis est.* Porsonus apud Kiddium p. 226. εὔθηρος.

1252. Scribendum est potius ὅταν, ut habent vet. cod. Neque enim dativus Θηβαίοις cum duabus praepositionibus jungi potest. Stephanus. Ὅταν pro ὅτ' ἐν recte H. Stephanus ex veteri codice restituit: nec enim aliter stare potuit sententia, nisi separatim ἐν νεανίαισι et ἅμα Θηβαίοις sumeres. Barnesius. Syntaxis scribi postulat pro ὅτ' ἐν, quod in veteribus codicibus reperitur, ὅτ' ἄν. Heathius. Legendum ἦτ' ἄν. *Tum certe inter juvenes Thebanos feras cominus aggrederetur.* Musgravius. Cujus conjecturam admisit Brunckius. Matthiae ὅτ' ἐν, ut Aldus. Sola Barnesiana ὅταν, quod soloecam reddit orationem. Nam ὀριγνῷτ' pro subjunctivo accipi non posse nemo hodie ignorat. Quod attinet ad pleonasmum, quem vulgatae scripturae inesse putavit Stephanus, similem habet noster Ion. 716. ἵνα Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων | πεύκας, λαιψηρὰ πηδᾷ | νυκτιπόλοις ἅμα σὺν Βάκχαις. Latine *una cum Bacchis.* Sed ἅμα cum θηρῶν ὀριγνῷτο conjungere malo, ut nullus omnino sit pleonasmus.

1253. Aldus ὀριγνῶτ', quod in ὀριγνῷτ' recte mutavit Portus. Conferunt interpretes Hesiodum Scuto v. 189. καί τε συναΐγδην, ὡσεὶ ζωοί περ ἐόντες, | ἔγχεσιν ἠδ' ἐλάτῃς αὐτοσχεδὸν ὠριγνῶντο. Supplendum ἀλλήλων. Ab ὀρέγομαι fit ὀριγνῶμαι, quod ἐπιθυμῶ explicant grammatici. Harpocratio: Ὀριγνηθῆναι: ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμῆσαι. Ἀντιφῶν ἐν ἀληθείας πρώτῳ. Plura Hesychius aliique. Apud Euripidem verba θηρῶν ὀριγνῷτο significant θῆρας διώκοι.

1255. Pal. σοί τ' ἐστιν τίς αὐτὸν δεῦρ' ἂν ὄψιν εἰς ἐμήν. Media omissa sunt.

καλέσειεν, ὡς ἴδῃ με τὴν εὐδαίμονα;
ΚΑ. Φεῦ φεῦ, φρονήσασαι μὲν οἷ' ἐδράσατε,
ἀλγήσετ' ἄλγος δεινόν. εἰ δὲ διὰ τέλους
ἐν τῷδ' ἀεὶ μενεῖτ', ἐν ᾧ καθέστατε,
οὐκ εὐτυχοῦσαι δόξετ' οὐχὶ δυστυχεῖν.
ΑΓ. Τί δ' οὐ καλῶς τῶνδ', ἢ τί λυπηρῶς ἔχει;
ΚΑ. Πρῶτον μὲν εἰς τόνδ' αἰθέρ' ὄμμα σὸν μέθες.
ΑΓ. Ἰδού. τί μοι τόνδ' ἐξυπεῖπας εἰσορᾶν;
ΚΑ. Ἔθ' αὑτὸς, ἤ σοι μεταβολὰς ἔχειν δοκεῖ;
ΑΓ. Λαμπρότερος ἢ πρὶν καὶ [1] διιπετέστερος. 1 διιπετέστερος.
ΚΑ. Τὸ δὲ πτοηθὲν τόδ' ἔτι σῇ ψυχῇ πάρα;
ΑΓ. Οὐκ οἶδα τοὔπος τοῦτο. γίγνομαι δέ πως
ἔννους, μετασταθεῖσα τῶν πάρος φρενῶν.
ΚΑ. Κλύοις ἂν οὖν τι, κἀποκρίναι' ἂν σαφῶς;
ΑΓ. Ὡς ἐκλέλησμαί γ' ἃ πάρος εἴπομεν, πάτερ.
ΚΑ. Εἰς ποῖον ἦλθες οἶκον ὑμεναίων μέτα;
ΑΓ. Σπαρτῷ μ' ἔδωκας, ὡς λέγουσ', Ἐχίονι.

1264. Aldus τῶνδ'. MSS. Stephani et edd. recentiores τόνδ', αἰθέρα scilicet.

Ibid. Compositum ἐξυπειπεῖν saepius non legitur, si lexicis fides habenda est.

1265. Aldus ἔθ' αὑτὸς, quod in Εἶθ' αὑτὸς mutavit Barnesius, servata tamen Porti interpretatione: *Adhucne* aer *idem* esse, *an* aliquam *mutationem tibi videtur habere?* Musgravius et Brunckius ut Aldus. Matthiae vero ἔθ' αὐτὸς. Pal. ἔθ' αὐτὸς, de qua scriptura vide ad Sophoclis Oed. T. 557. Καὶ νῦν ἔθ' αὐτός εἰμι τῷ βουλεύματι.

1266. Διιπετέστερος, id est, διαυγέστερος, ut exponit auctor Etymol. M. qui hunc versum citat p. 275. l. 14. Noster Rhesi 43. διιπετῆ δὲ νεῶν πυρσοῖσι σταθμά. Brunckius. Etymologi verba sunt: καὶ διιπετέος ποταμοῖο, τοῦ διαφανοῦς καὶ μεγάλου, ἢ κατωφερέος, ἢ ὑπὸ τοῦ Διὸς πληρουμένου· ἐπεὶ διαυγέστατον τὸ ὕδωρ ἔχει. καὶ τὸν ἀέρα διιπετῆ καλοῦσιν. Εὐριπίδης· Λαμπρότερος ἢ πρὶν καὶ διιπετέστερος, ἀντὶ τοῦ διαυγέστερος. Plura interpretes ad Il. Π. 174. Vide an scribendum διειπετέστερος, ut Διειτρέφης, de cujus nominis scriptura dixi ad Med. p. 139.

1267. [Scribimus ex conjectura Scaligeri:] Τὸ δὲ πτοηθὲν τόδ' ἔτι σῇ ψυχῇ πάρα: quam lectionem versus ratio postulabat aeque ac sensus. Barnesius. Mallem: τὸ δὲ πτοηθὲν σῇ ἔτι ψυχῇ πάρα: aut τὸ δὲ πτοηθὲν ἄπεστιν, ἢ ψυχῇ πάρα. Reiskius. Lego ἄρτι, *nunc.* Barnesius ἔτι, nihil utique nisi metrum curans. Musgravius. Satius fuisset Aldi editionem inspicere, in qua genuina et optima est lectio, quam revocavimus. Brunckius. Error ortus ex Hervagiana prima, in qua omissum τόδ'. Pal. solenni errore τόδε τι pro τόδ' ἔτι. Ceterum notam interrogationis primus addidit Stiblinus.

1270. Aldus σοφῶς. Reiskius σαφῶς, *articulate et perspicue.* Quod Musgravius auctore admisit Brunckius. Matthiae iterum σοφῶς.

1271. Pal. ὡς ἐλέλησμαι γ'.

1272. Scaliger ὑμέναιον μέτα.

1273. Sensus est: Ἔδωκάς με

ΚΑ. Τίς οὖν ἐν οἴκοις παῖς ἐγένετο σῷ πόσει;
ΑΓ. Πενθεύς, ἐμῇ τε καὶ πατρὸς κοινωνίᾳ.
ΚΑ. Τίνος πρόσωπον δῆτ' ἐν ἀγκάλαις ἔχεις;
ΑΓ. Λέοντος, ὥς γ' ἔφασκον αἱ θηρώμεναι.
ΚΑ. Σκέψαι νυν ὀρθῶς. βραχὺς ὁ μόχθος εἰσιδεῖν.
ΑΓ. Ἔα, τί λεύσσω; τί [1] φέρομαι τόδ' ἐν χεροῖν. 1 φέρομεν
ΚΑ. Ἄθρησον αὐτὸ, καὶ σαφέστερον μάθε.
ΑΓ. Ὁρῶ μέγιστον ἄλγος ἡ τάλαιν' ἐγώ.
ΚΑ. Μῶν σοι λέοντι φαίνεται προσεικέναι;
ΑΓ. Οὔκ, ἀλλὰ Πενθέως ἡ τάλαιν' ἔχω κάρα.
ΚΑ. Ὠιμωγμένον γε πρόσθεν ἢ σὲ γνωρίσαι.
ΑΓ. Τίς ἔκτανέν νιν; πῶς ἐμὰς ἦλθ' εἰς χέρας;
ΚΑ. Δύστην' ἀλήθει', ὡς ἐν οὐ καιρῷ πάρει.

Ἐχίονι, ὅν σπαρτὸν εἶναι λέγουσι. Recte Portus: *Elocasti me Echioni nato (ut aiunt) ex satis dentibus.*

1275. Pal. πενθεὺς ἐμοί τε.

1278. Pal. σκέψαι νῦν ὀρθῶς. Nescio an praestet νιν.

Ibid. Verba βραχὺς ὁ μόχθος εἰσιδεῖν Agavae tribuit Pal.

1279. Media forma φέρομαι vereor ut hic sententiae conveniat. Quae suspicio si vera est, reponendum φέρομεν. Vide ad προσάφομαι Med. 1582=1349.

1280. Ἄθρησον αὖτις, *iterum.* Reiskius.

1282. Vulgo legitur, contra sermonis Attici usum, προσεοικέναι. Moeris: Εἰκὼς, Ἀττικῶς. ἐοικὼς, Ἑλληνικῶς. Brunckius. Aristophanes Eccl. 1154. μηδὲ ταῖς καναῖς ἑταίραις τὸν τρόπον προσεικέναι. Hoc exemplum attulit Piersonus p. 148. qui addit: *Semel legibus metricis coactus* ἐοικὼς *posuit Vesp.* 1404. Sed ibi nunc recte legitur ἔοικας. Sanum videtur, quod vulgo legitur ibid. 1136. ἀτὰρ δοκεῖ γ' ἐμοὶ | ἐοικέναι μάλιστα Μορύχου σάγματι.

1284. [Aldus] οἰμωγμένον. Legendum ᾑμαγμένον, *cruentatum.* Musgravius. Scripsi ᾠμωγμένον, de quo vide ad ᾠνωμένας v. 686. Sed in interpretatione haereo:

Ibid. Rectius Aldus ἢ σὲ γνωρίσαι, quam Brunckius et Matthiae ἤ σε γνωρίσαι. Duae enim syllabae ἢ σε, quarum posterior enclitica est, unam vocem disyllabam valent, neque in hac versus sede stare possunt, nisi ea conditione, ut pes quintus sit iambus. Sed apud Euripidem syllaba brevis ante γν tantum non semper positione producitur. Vide Porsonum ad Hec. 302.

1285. Pal. τίς ἔκτανέ νιν. πῶς ἐμὰς ἦλθες χέρας. Non valde placet pes quintus ἦλθ' εἰς apud Euripidem, nec reponere dubitarem ἦλθεν, si certum esset, praepositionem recte abesse posse. Noster ἦλθε χεῖρας εἰς ἐμὰς dicit Alc. 1028. χεῖρας ἦλθεν εἰς ἐμὰς Heracl. 976. Utrumvis horum, vel potius εἰς ἐμὰς ἦλθεν χέρας, huic versui optime conveniret, modo scriberetur τίς ἔκανέ νιν.

1286. Scripsisset fortasse Euripides, si per metrum licuisset, ὡς οὐκ ἐν καιρῷ πάρει. Sed οὐ καιρῷ pro una voce accipiendum esse monent grammatici. Praeter alios videantur interpretes ad Hipp. 194. δι' ἀπειροσύνην ἄλλου βιότου, | κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας. Ubi οὐκ ἀπόδειξιν fere ἄγνοιαν significat.

ΑΓ. Λέγ', ὡς τὸ μέλλον καρδία πήδημ' ἔχει.
ΚΑ. Σύ νιν κατέκτας, καὶ κασίγνηται σέθεν.
ΑΓ. Ποῦ δ' ὤλετ'; ἢ κατ' οἶκον; ἢ ποίοις τόποις;
ΚΑ. Οὗπερ πρὶν Ἀκταίωνα διέλαχον κύνες.

1287. Canterus καρδίᾳ legit Novar. Lection. l. 6. c. 3. Scaliger καρδίας, quasi τὸ μέλλον esset casus recti. Mallem ego, ut καρδία sit casus recti, hoc modo interpretando: *Λέγε τοίνυν. εἰς τὸ μέλλον γὰρ ἡ καρδία μοι πήδημ' ἔχει, καὶ πηδᾷ.* Quod vero ὡς hic ponatur pro εἰς, non id quidem novum putabit, qui viderit, quae nos supra ad Hippol. v. 1298. Phoeniss. v. 1410. Iphigen. Taur. v. 335. et v. 1056. Barnesius. *Καρδίᾳ* in dativo: *futurum* (id quod tu mihi jam dices) *habet* (affert secum) *cordi palpitationem*. Reiskius. Scaliger reponit καρδίας, probante Valckenario ad Phoeniss. 1409. qui haec ita vertit: *Dic, nam cunctatio cordis palpitationem affert.* Heathius. Scaliger καρδίας. Sed legendum cum Cantero καρδίᾳ in dativo. Ἔχει hic est *dat, praebet*, ut Herc. Fur. v. 737. [732.] ἔχει γὰρ ἡδονὰς θνήσκων ἀνὴρ | ἐχθρὸς, τίνων τε τῶν δεδραμένων δίκην.] Musgravius. Sensus est: ὡς ὁ μελλησμὸς παρέχει τῇ καρδίᾳ πήδημα. Brunckius. Hic et Matthiae καρδίᾳ. Revocavi καρδία, quod frustra sollicitarunt viri docti. Quum καρδία πήδημ' ἔχει significet δέδοικα, non praeter morem suum fecit Euripides, quod accusativum τὸ μέλλον addidit. Potest etiam τὸ μέλλον reddi *quod attinet ad futurum*. De qua constructione videndus Matthiae Gramm. Gr. §. 426. p. 611. Sed alteram rationem magis probo.

1288. [Aldus καὶ κασιγνήτη σέθεν.] Vel hoc ad v. 1127. respicit, ubi apparet, Ino, sororem Agavae, dextrum Penthei latus lacerasse, ut v. 1125. ipsa Agave sinistrum humerum avulsisse dicitur; Autonoën autem, alteram sororem, tantum adstitisse: vel κασιγνήτα dualiter legendum, si utrasque sorores huic reatui involvendas duxeris. Barnesius Legendum vel κασιγνήτα, quod et Barnesio in mentem venit, vel κασίγνηται. Musgravius. In cujus editione legitur errore typographi: Σύ νιν κατέκτας, ἢ καὶ κασιγνήτη σέθεν. Pal. καὶ κασίγνητοι σέθεν. Brunckius ex conjectura Marklandi ad Suppl. 1181. χ' αἱ κασίγνηται σέθεν. Matthiae καὶ κασίγνηται σέθεν. Rectius κασίγνηται quam κασιγνήτα. V. 971. ἔκτειν', Ἀγαυὴ, χεῖρας, αἵ θ' ὁμόσποροι | Κάδμου θυγατέρες. V. 1090. μήτηρ Ἀγαυὴ, σύγγονοί θ' ὁμόσποροι. V. 1141. λιποῦσ' ἀδελφὰς ἐν χοροῖσι Μαινάδων. V. 1325. οἰκτρὰ δὲ μήτηρ, τλήμονες δὲ σύγγονοι. V. 1350. σύ θ' ἡ τάλαινα, σύγγονοί τε σαὶ φίλαι. V. 1369 Κἀγώ σε, τέκνον, | καὶ σὰς ἐδάκρυσα κασιγνήτας. V. 1379. Ἄγετ' ὦ πομποί με, κασιγνήτας | ἵνα συμφυγάδας ληψόμεθ' οἰκτράς.

1290. Si retineretur διέλαχον κύνες Ἀκταίωνα, exponendum diceret fortasse aliquis, Actaeonem canes sortiti sunt sibi praedam, vel Actaeonis corpus inter se partiti sunt canes ceu praedam. Sed unius literae mutatio lectionem multo commodiorem affert, aspiratae videlicet in tenuem. Scribendo enim διέλακον, significabitur *dilaniarunt, discerpserunt.* Ab hac autem verbi λακεῖν significatione, λακίδες vocantur frustra rei alicujus discerptae, aut certe lacerae rei alicujus partes: ut quum dicit Alcaeus in magnae tempestatis descriptione: πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει, | λαῖφος δὲ πᾶν ἄδηλον ἤδη, | καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό. Scio alioqui verbo λακεῖν in vulg. lex. non tribui illam significationem. Stephanus. Improbant hanc conjecturam Barnesius et Musgravius. [Non λα-

ΑΓ. Τί δ' εἰς Κιθαιρῶν' ἦλθε δυσδαίμων ὅδε;
ΚΑ. Ἐκερτόμει θεὸν, σάς τε βακχείας μολών.
ΑΓ. Ἡμεῖς δ' ἐκεῖσε τίνι τρόπῳ κατήραμεν;
ΚΑ. Ἐμάνητε, πᾶσά τ' ἐξεβακχεύθη πόλις.
ΑΓ. Διόνυσος ἡμᾶς ὤλεσ', ἄρτι μανθάνω.
ΚΑ. Ὕβριν γ' ὑβρισθείς· θεὸν γὰρ οὐχ ἡγεῖσθέ νιν.
ΑΓ. Τὸ φίλτατον δὲ σῶμα ποῦ παιδὸς, πάτερ;
ΚΑ. Ἐγὼ μόλις τόδ' ἐξερευνήσας φέρω.
ΑΓ. Ἦ πᾶν ἐν ἄρθροις[1] συγκεκλημένον καλῶς;

[1] ξυγκεκλημένον

κεῖν sed λακίζειν *lacerare* significat. Lucianus T. I. p. 572. *Καὶ μὴν ἄριστον ἦν, καθάπερ τινὰ Πενθέα ἢ Ὀρέστην, Λακιστὸν ἐν πέτραισιν εὑρέσθαι μόρον, ἵνα ἂν καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων ἀπαλλάττοιτο. Ex Addendis.*] Διέλαχον, quod *nactae sunt* vertit Portus, διεσπάσαντο significare manifestum est. Diverso sensu Phoen. 68. θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε.

1293. Τίνι τρόπῳ non nisi in recentioribus fabulis dixisse videtur Euripides. Sic enim Phoen. 417. Suppl. 149. Hel. 1282. Ion. 547. Sic etiam τίνι δίκῃ Andr. 556. τίνι λόγῳ Iph. T. 1358. τίνι πότμῳ Hel. 262. Sed Hipp. 909. τί χρῆμα πάσχεις; τῷ τρόπῳ διόλλυται; Ibid. 1008. δεῖ δή σε δεῖξαι τῷ τρόπῳ διεφθάρη. Ibid. 1171. πῶς καὶ διώλετ' εἰπέ. τῷ τρόπῳ δίκης | ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον αἰσχύναντά με; In Medea, Alcestide et Heraclidis, quae tres tragoediae ex antiquiorum numero sunt, neque τίνι τρόπῳ neque τῷ τρόπῳ reperi. Nullam certam regulam de hac re habuisse videntur Aeschylus et Sophocles. Apud illum legitur τίνι τρόπῳ Pers. 717. 795. apud hunc Oed. T. 10.

Ibid. Ἀπαίρω ἔκ τινος τόπου, καταίρω εἴς τινα τόπον· ναυτικαὶ λέξεις. BARNESIUS. Alterum saepius apud Euripidem legitur, alterum semel tantum.

1294. Pal. ἐμάνη τε πᾶσα τ'.

1295. Euripides Alc. 942. ἐγὼ δ', ὃν οὐ χρῆν ζῆν, παρεὶς τὸ μόρσιμον, | λυπρὸν διάξω βίοτον, ἄρτι μανθάνω. Aristophanes Lys. 1006. Τουτὶ τὸ πρᾶγμα πανταχόθεν ξυνομώμοται | ὑπὸ τῶν γυναικῶν, ἄρτι νυνὶ μανθάνω. Eodem fere sensu noster Hipp. 1403. Τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσ', ᾔσθημαι, Κύπρις.

1296. [Aldus ὕβριν ὑβρισθείς.] Versus a trochaeo incipit: ὕβριν enim ultimam corripit. Legendum igitur ὕβριν γ' ὑβρισθείς HEATHIUS. Si cui minus verum videatur, quod de digammate dixi ad Aesch. Prom. 438. [437.] scribat cum Heathio ὕβριν γ' ὑβρισθεὶς, aut potius, ut supra 243. [247.] ὕβρεις ὑβρισθείς. Vide Marklandum ad Suppl. 495. BRUNCKIUS Heathii conjecturam admisit Matthiae. Particula γε aeque sententiae ac metro utilis est. De solo metro cogitasse videntur Heathius et Brunckius.

Ibid. Ἥγησθε, *ducebatis, reputabatis*. REISKIUS. An ignoravit ἡγεῖσθε pro praeterito accipi posse?

1299. Delenda hic persona Agaves et praefigenda sequenti versui; et scribend. τὸ pro ἦ, et συγκεκασμένον, *compositum*. REISKIUS. Haec affirmative, non interrogative dici accipienda puto. HEATHIUS. Vulgo legunt ἦ πᾶν, interrogante Agave: affirmative accipienda ista censet Heathius. Sed quoquo se vertant, sive quaestio, sive affirmatio ab Agave prolata ineptissima est. Illius persona delenda, et οὐ πᾶν legendum. BRUNCKIUS. In Aldina deest interrogationis nota, quam exhibent omnes edd. recentiores praeter Brunc-

Πενθεῖ δὲ τί μέρος ἀφροσύνης προσῆκ' ἐμῆς;
ΚΑ. Ὑμῖν ἐγένεθ' ὅμοιος, οὐ σέβων θεόν.
τοιγὰρ [1] συνῆψε πάντας εἰς μίαν βλάβην, [1] ξυνῆψε
ὑμᾶς τε, τόνδε θ', ὥστε διολέσαι δόμους,
κἄμ', ὅστις ἄτεκνος ἀρσένων παίδων γεγὼς,
τῆς σῆς τόδ' ἔρνος, ὦ τάλαινα, νηδύος
αἴσχιστα καὶ κάκιστα κατθανόνθ' ὁρῶ.
ᾧ δῶμ' ἀνέβλεπ', ὃς [2] συνεῖχες, ὦ τέκνον, [2] ξυνεῖχες,
τοὐμὸν μέλαθρον, παιδὸς ἐξ ἐμῆς γεγὼς,
πόλει τε τάρβος ἦσθα. τὸν γέροντα δὲ
οὐδεὶς ὑβρίζειν ἤθελ', εἰσορῶν τὸ σὸν
κάρα. δίκην γὰρ ἀξίαν ἐλάμβανεν.

kianam. Matthiae ἢ πᾶν ut vulgo. Idem versum inter hunc et sequentem excidisse monet. Mihi non liquet.

Ibid. Aldus συγκεκλειμένον. Barnesius et Matthiae συγκεκλεισμένον. Brunckius ξυγκεκλεισμένον. Recitius Pal. a prima manu συγκεκλημένον. Noster Hel. 983. ἕρκοις κεκλήμεθ', ὡς μάθῃς, ὦ παρθένε. Vide ad Sophoclis Oed. T. 1388.

1306. Ἔρνος κατθανόντα, ut τέκνον φίλε apud Homerum. Aeschylus Cho. 839. Οἲ 'γὼ, τέθνηκας, φίλτατ' Αἰγίσθου βία. Euripides Tro. 735. Ὦ φίλτατ', ὦ περισσὰ τιμηθεὶς τέκνον. Plura Matthiae Gramm. Gr. §. 434. 1. p. 626.

1307. [Aldus ᾧ δῶμ' ἀνέβλεπεν.] Ex dativo ᾧ faciendus est nobis accus. ὃν, vet. cod. sequendo, simulque eam constructionem quam potius admittit verbum ἀναβλέπειν. Dicitur autem eleganter ὃν ἀνέβλεπεν (quod sonat ad verbum *te respiciebat*) pro *in te spem suam collocabat, seu, in te spem suam repositam habebat.* Stephanus. Accusativum admisit Brunckius, cujus haec sunt verba: βλέπειν, σκοπεῖν *et composita quartum casum regunt, sive absolutum, sive praepositioni junctum εἰς aut πρός.* Exempla attulit uterque, sed nihil ad rem suam facientia. Quid enim e. g. ad hanc quaestionem attinet, quod dixit Sophocles El. 954. εἰς σὲ δὴ βλέπω. Dativum regit ἀναβλέπειν apud Euripidem Suppl. 322. ὁρᾷς, ἄβουλος ὡς κεκερτομημένη | τοῖς κερτομοῦσι γοργὸν ὡς ἀναβλέπει | σὴ πατρίς; Sensus quidem diversus est, sed eadem, ni fallor, constructio, nempe τοῖς κερτομοῦσι pro εἰς τοὺς κερτομοῦντας. Recte igitur dativum ᾧ revocasse mihi videtur Matthiae. Pal. utrumque habet hoc modo: ᾧ (ὃν) δῶμ' ἀνέβλεπεν.

Ibid. Omnes libri ἀνέβλεπεν, quod secundam necessario producit.

Ibid. Συνεῖχες, *sustentabas.* Heathius. Jam in hac fabula habuimus συνέχει δῶμα v. 590*.

1311. Δίκην λαβεῖν pro δίκην δοῦναι novum loquendi genus esse videtur. In prosa oratione haec plerumque contraria sunt, ut πληγὰς δοῦναι et πληγὰς λαβεῖν. Demosthenes Midiana p. 605. B. ὑμεῖς μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πάντες εἰς τοσοῦτον ἀφῖχθε φιλανθρωπίας τε καὶ εὐσεβείας, ὥστε καὶ τῶν πρότερον γεγενημένων ἀδικημάτων τὸ λαμβάνειν δίκην ἐπέσχετε ταύτας τὰς ἡμέρας. Μειδίας δ' ἐν αὐταῖς ταύταις ταῖς ἡμέραις ἄξια τοῦ δοῦναι τὴν ἐσχάτην δίκην ποιῶν δειχθήσεται. Idem ibid. p. 603. C. καὶ δίκην ἅμα βουλόμενοι λαβεῖν, ὧν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑωράκατο θρασὺν ὄντα καὶ βδελυρὸν, καὶ

νῦν δ᾽ ἐκ δόμων ἄτιμος ἐκβεβλήσομαι
ὁ Κάδμος ὁ μέγας, ὃς τὸ Θηβαίων γένος
ἔσπειρα, κἀξήμησα κάλλιστον θέρος.
ὦ φίλτατ᾽ ἀνδρῶν, καὶ γὰρ οὐκέτ᾽ ὢν ὅμως,
τῶν φιλτάτων ἔμοιγ᾽ ἀριθμήσει τέκνων,
οὐκέτι γενείου τοῦδε θιγγάνων χερὶ,
τὸν μητρὸς αὐδῶν πατέρα, προσπτύξει, τέκνον,
λέγων· Τίς ἀδικεῖ, τίς σ᾽ ἀτιμάζει, γέρον;
τίς σὴν ταράσσει καρδίαν, λυπηρὸς ὤν;
λέγ᾽, ὡς κολάζω τὸν ἀδικοῦντά σ᾽, ὦ πάτερ. —
νῦν δ᾽ ἄθλιος μὲν εἰμ᾽ ἐγὼ, τλήμων δὲ σὺ,
οἰκτρὰ δὲ μήτηρ, τλήμονες δὲ σύγγονοι.
εἰ δ᾽ ἔστιν, ὅστις δαιμόνων ὑπερφρονεῖ,
εἰς τοῦδ᾽ ἀθρήσας θάνατον, ἡγείσθω θεούς.
ΧΟ. Τὸ μὲν σὸν ἀλγῶ, Κάδμε· σὸς δ᾽ ἔχει δίκην
παῖς παιδὸς, ἀξίαν μὲν, ἀλγεινὴν δὲ σοί.

οὐδὲ καθεκτὸν ἔτι. Ibid. p. 606. D. αἱ δ᾽ ἐπιχειρήσαντες δίκην λαμβάνειν, οὐκ ἠδυνήθησαν. Ita passim. Noster non solum δίκην ἐλάμβανεν pro δίκην ἐδίδου dixit, verum etiam paullo post v. 1326. δίκην ἔχει pro δίκην δέδωκε.

Ibid. Rectius leges ἐλάμβαν᾽ ἄν. Heathius. Admisit hanc conjecturam Brunckius. Ego vero vulgatam revocavi, plura de hac quaestione dicturus ad Sophoclis El. 913. ἀλλ᾽ οὐδὲ μὲν δὴ μητρὸς οὔθ᾽ ὁ νοῦς φιλεῖ | τοιαῦτα πράσσειν, οὔτε δρῶσ᾽ ἐλάνθανεν. Ubi ἐλάνθανεν valet λήσειν ἔμελλεν. Cujus significationis exempla vide ad Bacch. 612.

1312. Ἐκβεβλήσομαι. Paulopostfuturum. Simplex occurrit Or. 273. [271.] βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί;—Scribere potuisset Poëta ἐκβληθήσεται et βληθήσεται. Sed paulopostfuturo libentius usi sunt Attici poëtae. Vide ad Prom. 846. [839.] Brunckius. Vide ad Med. 933=903.

1316. Annotatur et alia lectio, τέκνον: sed nostram retinere malo. Stephanus. Ἀριθμήσῃ, τέκνον, fili. Reiskius. Non opus.

1317. Θιγγάνω. Repone θιγγάνων. Brodaeus. Ut hic verbum participii sedem occupavit, ita vicissim participium sedem verbi supra videlicet in principio pag. 17. [v. 475.] Stephanus. Solae Aldina et Hervagiana prima θιγγάνω.

1319. Mallem τίς ἀδικεῖ σε, τίς ἀτιμάζει. Reiskius. Aldus: τίς σ᾽ ἀδικεῖ, τίς σ᾽ ἀτιμάζει. Scaliger τί σ᾽ ἀδικεῖ. Barnesius celato lectore τίς ἀδικεῖ.

1325. Hoc exemplo utitur Porsonus ad Hec. 794=800. νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα. Aristophanes Eq. 32. Ποῖον βρέτας ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς. Neque Porsonus, neque quisquam alius de hujus versus scriptura satis mihi fecit.

1326. Assentior vetustis codicibus non σὸς sed σῆς legere nos volentibus: ut sit σῆς παιδὸς παῖς. Sic initio hujus pag. [v. 1308.] παιδὸς ἐξ ἐμῆς γεγώς. Stephanus. [Scaliger et edd. recentiores pleraeque σῆς. Matthiae revocavit σὸς, quod confirmare videtur noster Andr. 585. Θυμὸς δέ γ᾽ αὐτὴν ἔλαβε παῖς παιδὸς γέρας. *Ex Addendis.*] Jam monui ad v. 181. idem apud tragicos significare παῖς

ΑΓ. Ὦ πάτερ, ὁρᾷς γὰρ τἄμ' ὅσῳ μετεστράφη, 1328

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

ΔΙ. * * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

δράκων γενήσει μεταβαλὼν, δάμαρ τε σὴ 1328*

παιδὸς, quod in prosa oratione υἱδοῦς et θυγατριδοῦς. Noster Andr. 1075.: Οὐκ ἔστι σοι παῖς παιδὸς, ὡς μάθῃς, γέρον. Ibid. 1084. πῶς οἴχεταί μοι παῖς μόνου παιδὸς μόνος. Heracl. 659. Ἥκοντα παιδὶ παιδὸς ἀγγέλλει σ' ὅθεν. Ibid. 713. Παιδὸς μελήσει παισὶ τοῖς λελειμμένοις. Herodotus II. 154. ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἐφάνη, Ἰάδμονος δὲ παιδὸς παῖς, ἄλλος Ἰάδμων, ἀνείλετο. Haec attuli, ut ostenderem παῖς παιδὸς fere pro uno vocabulo accipiendum esse. Nihil mirum igitur, si σὸς παῖς παιδὸς pro σῆς παιδὸς παῖς dixit poëta.

1328. Post hunc versum, qui Agavae omnino tribuendus est, reliqua ejus sermonis interciderunt. Unum tantum senarium, ut videtur, conservavit Scholiastes Comici ad Plutum v. 901. Εἰ μὴ γὰρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μύσος. Haec enim, quae ex Bacchis Euripidis citantur, in superstitibus nusquam apparent, et ad hunc locum verisimiliter referenda sunt. Deest autem etiam pars prior eorum quae Bacchus hic, ἀπὸ μηχανῆς interveniens, avo et materterae moerentibus vaticinatur. Illa certe ἐκθηριωθεῖσ' ὄφεος κ. τ. λ. plane abrupta sunt, et praecedentia quaedam desiderant. Tyrwhittus. Intercidisse orationem Agaves, quod suspicatus est Tyrwhittus, certissime ostendit Apsines Rhetor, qui eam duobus locis commemorat; sc. p. 723. [v. 27.] Ed. Ald. [ἀμέλει] παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ τοῦ Πενθέως ἡ μήτηρ Ἀγαυὴ, ἀπαλλαγεῖσα τῆς μανίας, καὶ γνωρίσασα τὸν παῖδα διεσπασμένον, κατηγορεῖ μὲν ἑαυτῆς, ἔλεον δὲ κινεῖ. Iterumque p. 724. [v. 30.] τοῦτον τὸν τρόπον κεκίνηκεν Εὐριπίδης οἶκτον ἐπὶ τῷ Πενθεῖ κινῆσαι βουλόμενος. ἕκαστον γὰρ αὐτοῦ τῶν μελῶν ἡ μήτηρ ἐν ταῖς χερσὶ κρατοῦσα, καθ' ἕκαστον αὐτῶν οἰκτίζεται. Habet et Lucianus in Piscatore [T. I. p. 572.] versum, quem hinc desumptum suspiceris: σε: λακιστὸν ἐν πέτραισιν εὑρέσθαι μέρος. Musgravius. Hanc orationem integram habuisse videtur Pseudo-Gregorius, ex eaque sumsisse duo Christi Patientis tragoediae versus 1309, 1310. πῶς καί νιν ἡ δύστηνος εὐλαβουμένη | πρὸς στέρνα θῶμαι; τίνα (δὲ) θρηνήσω τρόπον; Porsonus. Agaves personam huic versui recte praeponit Pal. qui tamen in lacuna explenda nihil adjumenti fert. Unum codicis archetypi folium evulsum esse suspicatur Brunckius, ita ut perierint versus plus minus quinquaginta. Quod attinet ad quatuor versus, quos in Agaves ῥήσει locum habuisse arbitrantur Tyrwhittus, Musgravius et Porsonus, de primo, quem ex hac fabula diserte allegat Aristophanis interpres, Tyrwhitto omnino assentior: de secundo, tertio et quarto, quos Luciano et Pseudogregorio debemus, nihil pro certo statui potest.

1328*. Hunc versum primus admisit Matthiae ex scholiaste inedito ad Dionysii Periegeseos v. 391. apud Bredowium Epist. Paris. p. 45. Grammatici verba sunt: Ἰστέον δὲ, ὅτι Κάδμος καὶ Ἁρμονία ἡ γαμετὴ μετεμορφώθησαν εἰς θηρία, ἐπειδὴ τοῦ Ἄρεος ὄφιν ἐφόνευσεν ὁ Κάδμος, ὃς τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ ἀνεῖλεν, Ἔριφον καὶ Δηϊλέοντα, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις φησὶ περὶ Κάδμου· Δράκων γενήσῃ μεταβαλὼν, δάμαρ τε σὴ | ἐκ-

ἐκθηριωθεῖσ', ὄφεος ἀλλάξει τύπον,
ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν, θνητὸς γεγώς.
ὄχον δὲ μόσχων, χρησμὸς ὡς λέγει Διὸς,

* * * * * * * * *

θηριωθεῖσ', ὄφεος ἀλλάξει τύπον, | ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν, θνητὸς γεγώς. [Conf. Osann. in Wolfii Analectis IV. p. 546. ED. LIPS.] Ibid. Apollodorus III. 5, 4. Ὁ δὲ Κάδμος μετὰ Ἁρμονίας Θήβας ἐκλιπὼν, πρὸς Ἐγχέλεας παραγίνεται. τούτοις δὲ ὑπὸ Ἰλλυριῶν πολεμουμένοις ὁ θεὸς ἔχρησεν, Ἰλλυριῶν κρατήσειν, ἐὰν ἡγεμόνα Κάδμον καὶ Ἁρμονίαν ἔχωσιν. οἱ δὲ πεισθέντες, ποιοῦνται κατὰ Ἰλλυριῶν ἡγεμόνας τούτους, καὶ κρατοῦσι· καὶ βασιλεύει Κάδμος Ἰλλυριῶν, καὶ παῖς Ἰλλύριος αὐτῷ γίνεται. αὖθις δὲ μετὰ Ἁρμονίας εἰς δράκοντα μεταβαλὼν, εἰς Ἠλύσιον πεδίον ὑπὸ Διὸς ἐξεπέμφθησαν. Aliorum scriptorum testimonia indicavit Heynius. Duos ex satyrico, ut videtur, Euripidis dramate senarios servavit Hermogenes p. 226. Οἴμοι, δράκων μου γίγνεται τὸ γ' ἥμισυ. | τέκνον, περιπλάκηθι τῷ λοιπῷ πατρί. Cadmum loqui monet Valckenarius Diatrib. p. 22. qui huc respexisse putat Ovidium Metamorph. IV. 584. me tange, manumque | accipe, dum manus est, dum non totum occupat anguis.

1329. Ἐκθηριωθεὶς, ὄφεος. Sunt qui legunt ἐκθηριωθεῖσ', pro ἐκθηριωθεῖσα, et referunt ad Harmoniam Martis filiam, Cadmi conjugem. Sed nihil mutandum. Est enim nominativus loco genitivi Attice positus, pro ἐκθηριωθέντος σοῦ. Ubi ferinam draconis formam exueris; tunc et uxor tua serpentis figuram mutabit. Ἐκθηριοῦσθαι autem hoc loco significat τὸ θηριώδες, εἴτε τὴν θηρίων μορφὴν λαβεῖν. PORTUS. Mirum est, quam doctorum ingenia torserit hic locus, praecipue Aemilium Portum, qui antiptosin non vidit, ac proinde ob euphemismum rem praecipue dici de Harmonia, quamquam et de Cadmo idem fatum erat statutum. Sic igitur ordinanda est clausula, cum ἐκθηριωθεῖσα aperte habet Aldi editio: Ἁρμονία, ἣν Ἄρεος θυγατέρα οὖσαν ἔσχες σὺ θνητὸς ὤν, ἐκθηριωθεῖσα ἀλλάξει τύπον ὄφεως. — Ἐκθηριωθῆναι autem significat in belluam transmutari, et aliquando efferari; nec audiendus est Aemilius Portus, qui, cum nihil sanum his intelligeret, statuit contrariam significationem ferre. BARNESIUS. Ἐκθηριωθεὶς in masculino. Tu, Cadme (nam cum illo agitur), ἀλλάξει, mutabis tuam formam in formam serpentis. Ἀλλάξει est Attice pro ἀλλάξῃ sec. sing. fut. medii. Ἣν τ' Ἄρεος: et eam quam a Marte habuisti. REISKIUS. Sic etiam Heathius, Tyrwhittus assequuti sunt Musgravius in annotatione, Brunckius et Matthiae. Quod ad ἐκθηριωθεὶς attinet, ita scriptum legitur in Canteriana, Commeliniana, utraque Genevensi, Musgraviana et Schaeferiana. Ceterae omnes recte ἐκθηριωθεῖσ'.

Ibid. Malim τύπον. Praecessit, credo, in iis, quae deperdita sunt, speciem humanam vel aliquid ejusmodi. MUSGRAVIUS. Qui non meminerat se legere v. 4. μορφὴν δ' ἀμείψας ἐκ θεοῦ βροτησίαν. Si recte dicitur μορφὴν ἀμείψας βροτησίαν, quidni dicatur ὄφεος ἀλλάξει τύπον? Ita quoque accipio v. 53. ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἔχω.

1330. Pab Ἁρμονίας. Verba ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν nominativi loco accipienda esse nemo ignorat. Sensus est: Ἁρμονία Ἄρεος, ἣν ἔσχες. Eodem modo relativum antecedenti praeponit noster Or. 1184. Οἶδ', ἣν ἔθρεψεν Ἑρμιόνην μήτηρ ἐμή.

1331. Ὄχον δὲ μόσχων [ἐλᾷς.] Eandem fortunam sustinebis. Translatum a bubus, idem plaustrum aequali jugo trahentibus. BRO-

ἐλᾷς μετ' ἀλόχου, βαρβάρων ἡγούμενος.
πολλὰς δὲ πέρσεις ἀναρίθμῳ στρατεύματι
πόλεις. ὅτ' ἂν δὲ Λοξίου χρηστήριον
διαρπάσωσι, νόστον ἄθλιον πάλιν
σχήσουσι. σὲ δ' Ἄρης Ἁρμονίαν τε ῥύσεται,
μακάρων τ' ἐς αἶαν σὸν καθιδρύσει βίον.
ταῦτ' οὐχὶ θνητοῦ πατρὸς ἐκγεγὼς λέγω
Διόνυσος, ἀλλὰ Ζηνός. εἰ δὲ σωφρονεῖν

DAEUS. Mendosum est utrumque vocabulum, videlicet et ὄχον et μόσχων, si vetustis exempl. credimus, in quibus legitur ὄχλον et μόσχον.—Accipi autem ὄχλον generaliter pro multitudine seu magna numero non obvium est. STEPHANUS. Ὄχμον δὲ Μόσχων, agrum Moscorum arabiem.—Id est; habitabis in terra Moscorum, qui deinceps Moesi et Moscovij sunt dicti. REISKIUS. Nihil opus mutatione. Quid enim prohibet, Cadmum et Harmoniam curru bobus juncto, ex populari saltem sententia, tractos esse? Talem certe Lunae ubique tribuit Nonnus. Nec aliter vehebatur Cleobis et Bitonis mater. Herodot. I. c. 31. Ipsum porro Cadmum, cum in Illyriam fugeret, boum jugo vectum esse, fama antiqua erat. Etymologus: Βουθόη: πόλις Ἰλλυρίδος. εἴρηται ὅτι Κάδμος, ἐπὶ βοῶν ζεύγους ἐκ Θηβῶν ταχέως εἰς Ἰλλυρικοὺς παραγενόμενος, ἔκτισε πόλιν. MUSGRAVIUS. His lectis, quis non rideat Brodaei interpretationem, Stephani et Reiskii emendationes? Stephanum tamen sequitur Barnesius in versione Latina, improbante Heathio. Pal. ὄχων δὲ μόσχων.

1333. Meminit hujus expeditionis Appianus in Illyricis, sed confuse, quantum memini, et sine ulla temporis nota. Praeter illum solus ex Historicis Herodotus tam insignis rei memoriam conservavit. Mardonius apud hunc Lib. IX. c. 42. cum legatis deliberans, ἔστι, inquit, λογίον, ὡς χρεόν ἐστι Πέρσας ἀπικομένους ἐς τὴν Ἑλλάδα, διαρπάσαι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, μετὰ δὲ τὴν διαρπαγὴν ἀπολέσθαι πάντας. Ad finem orationis observatio est Herodoti: τοῦτον δ' ἔγωγε τὸν χρησμὸν, τὸν Μαρδόνιος εἶπε ἐς Πέρσας ἔχειν, ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ τὸν Ἐγχελέων στρατὸν οἶδα πεποιημένον, ἀλλ' οὐκ ἐς Πέρσας. Mirum est, Pausaniam in Phocicis ne verbo quidem hanc calamitatem commemorasse. MUSGRAVIUS.

1334. Pessime distinguit Aldus: ὅταν δὲ λοξίου χρηστήριον | διαρπάσωσι νόστον ἄθλιον πάλιν, | σχήσουσί σε, δ' Ἄρης Ἁρμονίαν τε ῥύσεται, κ. τ. ἑ. Recte edd. recentiores.

1336. Aldina: σχήσουσί σε, δ' Ἄρης. Hervagiana secunda: σχήσουσί, σε δ' Ἄρης. Canteriana: σχήσουσί. σε δ' Ἄρης. Commeliniana et Musgraviana: Σχήσουσι. σὲ δ' Ἄρης. Ambae Genevenses: Σχήσουσ. σὲ δ' Ἄρης. Tandem Barnesiana: Σχήσουσι. σὲ δ' Ἄρης.

Ibid. Rectius fortasse ῥύσεται. Vide ad Sophoclis Oed. T. 1289. τὸν μητρὸς, αὐδῶν ἀνόσι', οὐδὲ ῥητά μοι.

1337. De Cadmo campum Elysium ingrediente vid. Schol. Pind. in Pyth. III. Epod. 4. [v. 153. ὅσπερ καὶ αὐτὸς ἀπεθεώθη μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἁρμονίας, καὶ ἀπελθὼν ἐπὶ δρακόντων ἅρματος, κατῴκησεν ἐν Ἠλυσίῳ πεδίῳ, ὡς οἱ ποιηταὶ καὶ οἱ μυθογράφοι παραδεδώκασιν ἡμῖν.] MUSGRAVIUS.

Ibid. Aldus κατιδρύσει. Pal. et edd. recentiores καθιδρύσει.

ἔγνωθ', ὅτ' οὐκ ἠθέλετε, τὸν Διὸς γόνον
εὐδαιμονοῖτ' ἂν [1] σύμμαχον κεκτημένοι. [1] ξύμμαχον
ΑΓ. Διόνυσε, λισσόμεσθά σ', ἠδικήκαμεν.
ΔΙ. Ὄψ' ἐμάθεθ' ἡμᾶς· ὅτε δ' ἐχρῆν, οὐκ ἤδετε.
ΑΓ. Ἐγνώκαμεν ταῦτ'. ἀλλ' ἐπεξέρχει λίαν.
ΔΙ. Καὶ γὰρ πρὸς ὑμῶν, θεὸς γεγὼς, ὑβριζόμην.
ΑΓ. Ὀργὰς πρέπει θεοὺς οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς.
ΔΙ. Πάλαι τάδε Ζεὺς οὑμὸς ἐπένευσεν πατήρ.
ΑΓ. Αἶ αἶ, δέδοκται, πρέσβυ, τλήμονες φυγαί. 1348
ΔΙ. Τί δῆτα μέλλεθ'; ἅπερ ἀναγκαίως ἔχει; 1348*
ΚΑ. Ὦ τέκνον, ὡς εἰς δεινὸν ἤλθομεν κακὸν,
σύ θ' ἡ τάλαινα, σύγγονοί τε σαὶ φίλαι,

1340. Praestaret ὅ, τ' οὐκ, pro ὅτι, ὅπερ, ὅ. Portus. Ὅπου κἠθέλετε. Cohaeret cum σύμμαχον κεκτημένοι. Reiskius. *Quando noluistis.* Heathius. Portus *quod noluistis.* Nesciebat scilicet, ι in ὅτι non elidi. Alterum simile ejus inscitiae exemplum vide ad v. 1341.

1341. Lego ηὐδαιμονεῖτ' ἂν, *fuissetis felices*, non εὐδαιμονοῖτ' ἂν, *felices esse potestis.* Musgravius. Εὐδαιμονεῖτ' ἂν, *felices fuissetis.* Sic recte Musgravius. Brunckius. Vulgatam revocavit Matthiae, quem vide Gramm. Gr. §. 524. 2. p. 783. Sensus neque *fuissetis felices* est, neque *felices esse potestis*, sed *essetis felices.* Eadem constructione utitur noster Suppl. 764. Φαίης ἂν, εἰ παρῆσθ', ὅτ' ἠγάπα νεκρούς. Portus: *Dixisses, si affuisses, quod Theseus amasset mortuos.* Imo! *Diceres* Theseum virum optimum esse, *si adfuisses curanti cadavera.* Etsi non multum refert, plus significare videtur φαίης ἂν, *nunc* (vel potius *semper*) *diceres*, quam ἔφης ἂν, *tunc dixisses.* Homerus Il. Β. 80. εἰ μέν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἔνισπε, ψεῦδός κεν φαῖμεν, καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον.

1342. 1344. 1346. Hi tres versus vulgo tribuuntur Cadmo. Melius conveniunt Agavae. Non enim aequum est, ut Cadmus, in quem nulla impietatis suspicio cadit, culpam hoc modo agnoscat, veniamque precetur.

1342. Pal. λισσόμεθά σ'.

1343. Legendum puto εἴδετε; quanquam enim Attice dicatur ᾔδεσαν, non inde tamen, opinor, colligi potest dici etiam ᾔδετε. Heathius. Οὐκ εἴδετε. Sic recte Heathius. Vulgo ἤδετε, quod ne Graecum quidem est. Plusquamperfecti ᾔδειν secunda pluralis est ᾔδειτε. Brunckius. Pal. ὄψ' ἐμάθεθ' (sic) ἡμᾶς. ὅτε δ' ἐχρῆν οὐκ εἴδετε. Vulgatam, quam revocavit Matthiae, agnoscit grammaticus apud Bekkerum Anecdot. p. 98. Ἤδεται: Εὐριπίδης Βάκχαις. Repone Ἤιδετε. Plura vide ad Sophoclis Oed. T. 1232. ubi contra omnes libros reposui ᾔδεμεν pro ᾔδειμεν.

1344. Aldus ἔγνωκα μὲν ταῦτ'. Pal. ἐγνώκαμεν ταῦτ'. Sic etiam tacite Barnesius, cujus emendationem neglexerunt recentiores.

1347. Pal. πάλαι τάγε ζεύς. Idem a prima manu ἐπήνεσεν, ni fallor.

1348. Pal. τήλμονες φυγαί. Supplendum μένουσιν ἡμᾶς aut aliquid ejusmodi.

1348*. Hunc versum in omnibus impressis omissum ex Pal. admisi.

1350. Abest a Pal. φίλαι.

ἐγὼ θ᾽ ὁ τλήμων βαρβάρους ἀφίξομαι
γέρων μέτοικος. ἔτι δέ μοι τὸ θέσφατον
εἰς Ἑλλάδ᾽ ἀγαγεῖν μιγάδα βάρβαρον στρατόν.
καὶ τὴν Ἄρεως παῖδ᾽ Ἁρμονίαν, δάμαρτ᾽ ἐμὴν,
δράκων δρακαίνης φύσιν ἔχουσαν ἀγρίαν,
ἄξω ᾽πὶ βωμοὺς καὶ τάφους Ἑλληνικοὺς,
ἡγούμενος λόγχαισιν. οὐδὲ παύσομαι
κακῶν ὁ τλήμων, οὐδὲ τὸν καταιβάτην
Ἀχέροντα πλεύσας, ἥσυχος γενήσομαι.

ΑΓ. Ὦ πάτερ, ἐγὼ δέ σου στερεῖσα φεύξομαι.

ΚΑ. Τί μ᾽ ἀμφιβάλλεις χερσὶν, ὦ τάλαινα παῖ,
ὄρνις ὅπως κηφῆνα πολιόχρως κύκνος;

1351. Post v. superiorem plene distinguunt edd. nonnullae. Brunckius vero et Matthiae: σύγγονοί τε καὶ φίλαι, | ἐγώ θ᾽ ὁ τλήμων. βαρβάρους ἀφίξομαι | γέρων μέτοικος. Male omnes. Sententia ἀνακόλουθος est. Debebat enim aut ὡς εἰς δεινὸν ἤλθετε κακὸν dici, aut ἐγώ θ᾽ ὁ τλήμων, ὃς βαρβάρους ἀφίξομαι. Utrumvis horum omnia plana fecisset. In ea scriptura quam habemus, posteriora prioribus non respondent. Nulla tamen mendi suspicio.

1355. Grammaticus apud Bekkerum Anecdot. p. 90. Δράκαινα: τὸ θηλυκόν. Εὐριπίδης Βάκχαις. Adde Aeschylum Eum. 128. Euripidem Iph. T. 286.

Ibid. Abest a Pal. φύσιν. Haud dissimilis versus Ion. 992. Ποῖόν τι μορφῆς σχῆμ᾽ ἔχουσαν ἀγρίας;

1358. *Καταιβάτην, infernum.* Haec nihil ad καταιβάτην Jovem. BRODAEUS. *Καταιβάτης, qui descensum praebet*, idem quod καταβιβάζων. HEATHIUS. Pseudogregórius v. 1691. οὐδὲ τὸν καταβάτην | Ἅιδην διαβὰς, ἥσυχος γενήσεται.

1360. Aldus στερηθεῖσα, quod correxit Barnesius. Noster Iph. T. 474. οἵων στερεῖσα διπτύχων νεανιῶν, | ἀνάδελφος ἔσται. Hic etiam στερηθεῖσα libri veteres.

1362. Mendum aliquod hic latere mihi persuasum est: sententia enim, ni fallor, haec est, ab Agave juventa florenti spem praesidii frustra collocari in Cadmo senio effoeto. — Attentius locum expendenti visum est verisimilius Poëtam ita scripsisse: Τί μ᾽ ἀμφιβάλλεις χερσὶν, ὦ τάλαινα παῖ, | ὄρνιθ᾽ ὅπως κηφῆνα, πολιόχροα κύκνον; — Verte: *Quamobrem me manibus, o misera filia, amplecteris, qui merus sum inter alites fucus, canus cygnus?* HEATHIUS. Pietatem avium celebrat Sophocles Electr. v. 1064. [1058.] cujus laudis partem non infimam tulisse videntur cygni, siquidem Euripides Electr. v. 151. lamenta commemorat, quibus parentem laqueis captum lugent. Non est igitur, quod dubitemus, de cygnis agere poëtam. Verum quid hic facit vox κηφῆνα? Nempe idem quod Troad. v. 191. ubi *senem effoetum et decrepitum* significat. Nihil igitur muto nisi πολιόχρως, pro quo malim πολιόχρων. Ὄρνις κύκνος idem pleonasmus est, quem multis exemplis illustravimus ad v. 1027. [1026.] Quibus adde Helen. v. 19. [κύκνου μορφώματ᾽ ὄρνιθος λαβών.] Πολιόχρων, ut λιπαρόχρων Theocrit. Idyll. II. v. 102. MUSGRAVIUS. Ὄρνιθ᾽ ὅπως κηφῆνα πολιόχρως κύκνος. Hanc scripturam omnino flagitat metrum: nam in ὄρνις ultima corripitur. Πολιόχρως κύκνος est *candidus cycnus*, et κηφῆνα ὄρνιθα

ΑΓ. Ποῖ γὰρ τράπωμαι, πατρίδος ἐκβεβλημένη;
ΚΑ. Οὐκ οἶδα, τέκνον. [1] μικρὸς ἐπίκουρος πατήρ. 1 σμικρὸς
ΑΓ. χαῖρ', ὦ μέλαθρον, [2] χαῖρ', ὦ πατρία 2 χαῖρε πατρῷα
πόλις. ἐκλείπω σ' ἐπὶ δυστυχίᾳ
φυγὰς ἐκ θαλάμων.
ΚΑ. Στεῖχέ νυν, ὦ παῖ, τὸν Ἀρισταίου.

notat *senio confectam avem, effoetum parentem.* Brunckius. Vulgatam revocavit Matthiae. Nemo ignorat ὄρνις secundam apud tragicos communem habere. Non opus igitur ut metri caussa reponatur ὄρνιθα. Si vero sententiae convenientior videtur accusativus, nescio an potius scribendum ὄρνιν. Κηφῆνα recte explicare videntur Musgravius et Brunckius. Πολιόχρως nihil nisi λευκὸς hic significat, neque ad senectutem alludit. Nominativus igitur recte se habet. De pietate cycnorum erga parentes rara sunt veterum testimonia, neque plura quam attulit Musgravius, afferre possum. De ciconiis praeter alios auctorem habemus Aristophanem Av. 1355.

1365. Aldus χαῖρ' ὦ πατρῷα. Aut delendum ὦ, aut legendum πατρία. Ὦ male additum saepe habemus. Hujus fabulae v. 526. Aldus ἴθ' ὦ διθύραμβ', ubi nunc legitur ἴθι, Διθύραμβ'. V. 1376. recte Aldus χαῖρε πάτερ μοι, sed Pal. χαῖρ' ὦ περ μοι. Plura vide ad Sophoclis Oed. T. 1329. Ἀπόλλων τάδ' ἦν, Ἀπόλλων, φίλοι. Haud deterior est altera ratio, ut scribatur ὦ πατρία, de qua vide ad Med. 432=420. ubi scripti libri fere omnes πατρῴων, sed impressi recte πατρίων. Quod Brunckius et Matthiae ὦ πατρῴα retinuerunt, argumento est, eos mediam in πατρῷος communem esse censuisse. De qua re Brunckius sententiam suam ad Medeae locum modo allegatum exposuit. Auctor eo longe gravior Hermannus Diarii Classici T. XXI. p. 356. *quid impedit*, inquit, *quin, si γεραιὸς, δείλαιος, atque alia, media correpta dicuntur, idem etiam in vocabulo πατρῷος fieri potuerit?* Respondeo, πατρῷος et πάτριος in tragico sermone non magis differre quam λαὸς et λεώς. Si apud Euripidem Hec. 532. vulgo legeretur, Σιγᾶτ' Ἀχαιοί, σῖγα πᾶς ἔστω λαὸς, quis reponere dubitaret λεὼς, licet α longum ante vocalem interdum corripiatur? Sed πάτριος a πατρῷος diversum facit Hermannus. *Differunt* (inquit) *haec ita: πάτρια sunt, quae sunt patris; πατρῷα, quae veniunt a patre; πατρικὰ, qualia sunt patris. — Ita spurio filio πάτριος οἶκος est, genuino πατρῷος, si proprie verba usurpamus.* Hujus discriminis ne minimum quidem vestigium apud tragicos reperiri posse credo. Neque apud eos legitur πατρικός. Quid differant haec in prosa oratione recte explicant grammatici.

1368. Hoc νύν est expletivum, ut ex versu constat, quare accentu privavimus. Barnesius. Pal. στεῖχε νῦν. Genevensis Pauli Stephani Στεῖχέ νῦν, Lectii Στεῖχε νῦν. Ceterae omnes recte.

Ibid. Τὸν Ἀρισταίου. Οἶκον subaudio. Aristaeus Cadmi fuit gener, regnavitque in Arcadia. Brodaeus. Legendum χθόν' Ἀρισταίου, i. e. Thessaliam, ubi eum oves Musarum pavisse testatur Apollon. Rhod. Lib. II. [514.] Musgravius. Cujus conjecturam a Brunckio admissam repudiavit Matthiae. Vera videtur Brodaei interpretatio, quam tamen exemplis confirmatam vellem. Nihil de hac ellipsi dixerunt scriptores ad Bosium, satis superque de vulgari illa εἰς παιδοτρίβου.

ΑΓ. Στένομαί σε, πάτερ. ΚΑ. Κἀγὼ σὲ, τέκνον,
καὶ σὰς ἐδάκρυσα κασιγνήτας.
ΑΓ. Δεινῶς, δεινῶς τήνδ' αἴκειαν
Διόνυσος ἄναξ
† τοὺς σοὺς εἰς οἴκους ἔφερεν.
ΔΙ. Καὶ γὰρ ἔπασχον δεινὰ πρὸς ὑμῶν,
ἀγέραστον ἔχων ὄνομ' ἐν Θήβαις.
ΑΓ. Χαῖρε πάτερ μοι. ΚΑ. Χαῖρ', ὦ μελέα
θύγατερ. χαλεπῶς δ' εἰς τόδ' ἂν ἥκοις.
ΑΓ. Ἄγετ' ὦ πομποί με, κασιγνήτας

1369. *Στέρομαί σε* pro *στέρομαί σου*. Vid. supra ad v. 1360. Barnesius. Sic Xenophon Cyropaed. Lib. VI. sub initio: *ὅσοι τε ἵππους ἀπεστέρηνται*. Musgravius. Non eget exemplis haec constructio. Sed optime Burgesius *στένομέν σε*, nisi quod nulla caussa erat, quin potius daret *στένομαί σε*. Aeschylus Theb. 870. *κλαίω, στένομαι, καὶ δόλος οὐδεὶς | μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν*. Compositum *μεταστένομαι* usurpavit noster Med. 996.

Ibid. [Aldus *κἀγὼ τέκνον*.] Legendum puto, *κἀγώ σε, τέκνον*, nec versui nocebit. Barnesius. Sic etiam Reiskius, Musgravius in annotatione, Brunckius et Matthiae. Barnesius verba *nec versui nocebit* addidit propter *τέκνον*, quod priorem communem habere toties monet, ut fastidium legentibus moveat.

1370. *Κασιγνήτους* Attice, vel *κασιγνήτας* lege, ut v. 1369. Barnesius. Male vulgo *κασιγνήτους*, quod omnino emendari debuit. Brunckius. Qui primus reposuit *κασιγνήτας*. Simili errore Pal. v. 1288. *σύ νιν κατέκτας καὶ κασίγνητοι σέθεν*. Aldus etiam Iph. T. 1473. *ἀλλ' ἐκκομίζου σὴν κασίγνητον χθονός*.

1371. [Aldus: *δεινῶς γὰρ δεινῶς τάνδ' αἰκίαν*.] *Τὸ αἰκίαν* ultimam natura producit, etiamsi versus qui proxime sequitur, a consona non inciperet. Ut metro igitur succurri possit, substituendum puto *ἄταν*. Heathius. Delendum *γὰρ*, quod metrum corrumpit. *Αἰκίας* autem, quod valet *ἀεικείας* (Dawes. Miscell. Crit. p. 317.), penultimam producit. Musgravius. Delendum forte *τάνδ'*, et versu abhinc secundo legendum: *τοὺς σοὺς τάνδ' εἰσέφερ' οἴκους*. Idem in Supplemento. Pal. *δεινῶς γὰρ τάνδ' αἰκίαν*. Versus igitur in Aldina justo longior est, in Pal. justo brevior. Ex priori Musgravii conjectura *γὰρ* omiserunt Brunckius et Matthiae. Quibus assentior. Pro *αἰκίαν* vero reposui *αἴκειαν*. De qua scriptura vide ad Sophoclis Oed. Col. 748.

1373. Aldus *ἔφερε*. Heathius, Brunckius et Matthiae *ἔφερεν*. Deesse videtur syllaba, puta *τούσδ'* inter *εἰς* et *οἴκους*.

1375. Aldus *ἀγέρατον ἔχων ὄνομ'*, quod tacite correxit Barnesius. Pal. *ἀγέρατον ὄνομ' ἔχων*.

1376. Pal. *χαῖρ' ὦ περ μοι*. Vide ad v. 1365.

1377. Aldus *χαῖρ' ὦ μελέα καὶ σύ γε θύγατερ, | χαλεπῶς εἰς τόδ' ἂν ἥκοις*. Tria verba *καὶ σύ γε* absunt a Pal. nec nisi metri caussa addita videntur, ut *σύ γε* Heracl. 628. Iis omissis, mutataque versuum divisione, omnia recte procedunt.

1379. *Χαλεπῶς δ' εἰς τόδ'*: *sed difficulter eo perveneris, ut bene valeas et gaudeas*. Reiskius. Clau-

ἵνα συμφυγάδας λήψόμεθ' οἰκτράς.
ἔλθοιμι δ' ὅπου
μήτε Κιθαιρὼν μιαρός μ' ἐσίδοι,
μήτε Κιθαιρῶν' ὄσσοισιν ἐγώ,

dicat metrum, quod restituetur, si inserta particula γὰρ ita legas: χαλεπῶς εἰς γὰρ τόδ' ἂν ἥκοις. Heathius. Versus juste brevior est. Forte: χαλεπῶς μὴν εἰς τόδ' ἂν ἥκοις. Musgravius. Πλὴν addidi, quod hic, ut alias saepissime, valet ὅμως. Brunckius. Matthiae ut vulgo. Recte δὲ inseruisse et locum explicuisse mihi videtur Reiskius. Ceterorum conatus inutiles sunt.

1380. Vulgo male λήψομ'. Cum futuro indicativi ἵνα perinde ac ὅπως construitur. Brunckius. Qui λήψομαι. Pal. ληψόμεθ', unde dedi ληψόμεθ'. In Porsoni Aristophanicis ad Vesp. 976. legitur senarius ab eo Euripidi obtrusus: ἐμοί, τέκνοισιν ἵνα ταφὰς ληψόμεθα. Hodie nemo nescit ληψόμεθα barbarum esse. Quod de κατεργῆς et παραλείψης monui ad v. 344. Paulus ad Cor. II. 13, 3. καὶ ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι. Petrus Ep. I. 3, 1. ὁμοίως αἱ γυναῖκες, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα καὶ εἴ τινες ἀπειθοῦσι τῷ λόγῳ, διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς ἄνευ λόγου, κερδηθήσωνται, ἐποπτεύσαντες τὴν ἐν φόβῳ ἁγνὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν. Rectius καυθήσομαι et κερδηθήσονται. Subjunctivos καυθήσωμαι et κερδηθήσωνται peperit inveteratus de constructione particulae ἵνα error, qui toties apud Graecos scriptores sanam scripturam corrupit. Recte Brunckius, modo ad apostolorum verba monitum ejus referatur: *Cum futuro indicativi ἵνα perinde ac ὅπως construitur*. Sed apud Euripidem ἵνα non ὅπως sed ὅπου significat. Sensus est: ἄγετέ με ἐκεῖσε ὅπου ληψόμεθα. Haud aliter noster Iph. T. 1343. τέλος δὲ πᾶσιν ἦν αὐτὸς λόγος, | στείχειν ἵν' ἦσαν, καίπερ οὐκ ἐωμένοις. Hel. 1461. ἥξομεν ἵν' ἐλθεῖν βουλόμεσθα τῆς τύχης.

1381. [Aldus: ἔλθοιμι δ' ὅπου | μήτε Κιθαιρὼν μιαρὸς, | μήτε Κιθαιρῶν' ὄσσοισιν ἐγώ.] Ὁρῶ legendum suspicor. Omnino subaudiendum est. Brodaeus. Pro ἐγὼ censet Brod. reponendum ὁρῶ, aut saltem cum ἐγὼ subaudiendum. Cui ego lubenter assentior: sed hoc addo, videri mihi istam repetitionem, μήτε Κιθαιρὼν μιαρὸς, μήτε Κιθαιρῶν' ὄσσοισιν ἐγὼ, aut ὁρῶ, esse tanquam ab ea, cui ut mens non bene composita est, sed moerore turbata, ita est incomposita et oratio. Stephanus. Videtur scribendum ὄσσοισι μιγῶ. Canterus. Duportus legit ὄσσοις ἐσίδοιμ' ἐγώ: Scaliger ὄσσοισιν ἴδοιμ' ἐγώ: Canterus ὄσσοισι μιγῶ, ἤγουν Κιθαιρῶνι: et Jo. Miltonus: *Fortasse* μιγῶ, pro ἐγώ. Barnesius. Μήτε Κιθαιρών μ' ἴδῃ μιαρὸς, | μήτε Κιθαιρῶν' ὄσσοισιν ἐγὼ (aut ὄσσοισι βλέπω); *neque me spectet Cithaero, neque ego speciem Cythaeronem*. Reiskius. Post μιαρὸς aliquid excidisse puto quod metrum expleverat. [Versu sequente] forsan legendum est ὄσσοισιν ἴδω, vel ὄσσοισιν ὁρῶ cum Brodaeo; cui tamen monenti verba ista subaudiri posse, minime assentior. Heathius. Legendum forte: μήτε Κιθαιρὼν μιαρός μ' ἐσίδοι, | μήτε Κιθαιρῶν' ὄσσοισιν ἐγώ. Musgravius. Haec scriptura, quam admisit Brunckius, tam metro quam sententiae satis facit, neque Euripide indigna est. Jacobsius Exercitat. Crit. T. I. p. 157. μ' ἱερὸς ἐσίδοι, quod metro repugnat, potius quam μιαρός μ' ἐσίδοι, legendum contendit. Ce-

μήθ᾽ ὅθι θύρσου μνῆμ᾽ ἀνάκειται.
Βάκχαις δ᾽ ἄλλαισι μέλοιεν.
ΧΟ. Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
πολλὰ δ᾽ ἀέλπτως κραίνουσι θεοί,
καὶ τὰ δοκηθέντ᾽ οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ᾽ ἀδοκήτων πόρον ηὗρε θεός.
τοιόνδ᾽ ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

terum in Hervagiana secunda legitur ὅσσοισιν μ᾽ ἐγὼ, neque quisquam ante Brunckium Aldinam lectionem revocavit. Latere videtur in hoc errore conjectura quaedam a typographo non intellecta.

1384. Non video quomodo retineri possit nominativus θύρσος, ac omnino in genit. θύρσου mutandum censeo, ut sit sensus: *neque alio usquam, ubi ullum sit thyrsi mnemosynum.* Stephanus. Mihi longe praestantior videtur vulgata lectio. Non enim optat Agave, ut nullum postea locum videat ubi thyrsi exstat memoria, sed ut ipsum potius thyrsum nunquam deinceps videat, qui scilicet memoriam malorum praeteritorum refricare possit. Heathius. Lego: μήθ᾽ ὅθι θύρσοις κλήματ᾽ ἀνεῖται: *nec ubi palmites vitei ad thyrsos conficiendos e terra producuntur.* Musgravius. Jacobsius Exercitat. Crit. T. I. p. 157. μήθ᾽ ὅθι θῆρας μνῆμ᾽ ἀνάκειται. Stephani conjecturam confirmat Pal. Brunckius vero clam θύρσων. Matthiae θύρσος ut Aldus.

1385. Oraculum apud Herodotum VI. 19. νηοῦ δ᾽ ἡμετέρου Διδύμοις ἄλλοισι μελήσει.

Ibid. Pal. βάκχαισι δ᾽ ἄλλαισι μέλοιεν. Plurale μέλοιεν nominativos habet Κιθαιρὼν et θύρσος. Bacchicorum scilicet orgiorum locus et instrumentum.

1386. De hoc pentasticho, quod quinquies apud Euripidem legitur, nisi quod primus versus in Medea est Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ, vide ad Me. 1415=1383.

1386. Aldus πόρον εὗρεν θεός. Pal. πόρων εὗρε θεός. Vide ad Med. 1418=1386.

1390. Ex hac fabula sequentia citantur a S. Maximo in Scholiis ad Dionysium Areopagitam edit. Corder. Tom. I. p. 90. δινεύων δρομάσι βλεφάροις. Quae in ea hodie frustra quaeras. Scholiastes quoque Aristophanis ad Plut. v. 908. versum sequentem ex hac Tragoedia affert: εἰ μὴ γὰρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μόνος. Heathius. De hoc versu jam dictum ad v. 1328. Verba δρομάσι δινεύων βλεφάροις leguntur in Oreste, v. 835. Maximi verba ita vulgo leguntur: Καὶ τοῦτο φασὶ καὶ κωμικοὶ θηλυκὸν ἀντ᾽ οὐδετέρου, ὡς ἀρσενικὸν κατὰ θηλυκοῦ, καὶ Πλάτων, καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις· Διανεύων δρομάσι βλεφάροις. τὸ βλέφαρον γὰρ δρομὰς οὐκ ἄν τις εἴποι. Καὶ ἐν Ὀρέστῃ· Μανιάσι λυσσήμασι. V. 270. εἴ μ᾽ ἐκφοβοῖεν μανιάσιν λυσσήμασιν. Plura exempla collegit Porsonus. In Bacchis habemus ἀδυβόας συνθήματα v. ... et fortasse alia.

COLLATIO ED. ALDINAE.

12. κάλυφα] κάλυφα
15. Βάκτρια] Βάκτρυα
Ibid. δύσχιμον] δύσχειμον
20. 21. 22. Hoc ordine in Aldina: 22. 20. 21.
25. βέλος,] μέλος,
31. ἐξεκαυχῶνθ᾽,] ἐξεκαυχώμεθ᾽,
32. ᾤστρησ᾽] οἴστρησ᾽
38. ἧνται] εἶνται
51. ἐξ ὄρους] ἐξόρους
62. πτυχὰς] πτύχας
67. Βάκχιον] τὸν βάκχιον
69. μελάθροις ἔκτοπος ἔστω,] τίς δὲ μελάθροις ἔκτοπος ἔστω;
70. ἐξοσιούσθω.] ὁσιούσθω.
71. ἀεὶ] αἰεὶ
72. Διόνυσον] Διόνυσσον
76. ἐν ὄρεσσι] ἐν ὄρεσι
77. ὁσίοις καθαρμοῖσιν·] ὁσίοισι καθαρμοῖς.
79. θεμιτεύων,] θεμιστεύων,
82. Διόνυσον] Διόνυσσον
85. Διόνυσον] Διόνυσσον
87. εὐρυχόρους] εὐρυχώρους
92. ἔτεκεν,] ἔτεκε,
95. Κρονίδας] κρονίδα
96. μηρῷ] μηρῶ
103. θυρ|σοφόροι] θηροτρόφοι
108. μίλακι] σμίλακι
111. ἐνθυτὰ] ἐνδυτὰν
118. ἀφ᾽ ἱστῶν,] ἀφ᾽ ἱστὸν,
121. Κρῆτας] Κρῆτες,
123. ἔνθα τρικόρυθες] τρικόρυθές τ᾽ ἐν
125. ηὗρον·] εὗρον.
126. βάκχια] βακχεῖα
127. ἀδυβόᾳ] ἡδυβόα
129. εὐάσμασι] ἔν τ᾽ ἄσμασι
135. ὅτ᾽ ἂν] ὅταν
141. ὁ δ᾽ ἔξαρχος,] ὅδ᾽ ἔξαρχος
154. χρυσορόα χλιδὰ,] χρυσορόου χλιδᾷ
155. Διόνυσον] Διόνυσσον,
161. ὅτ᾽ ἂν] ὅταν
169. Βάκχα.] βάκχον.
172. τόδε;] τόδε.
182. πέφηνεν] πέφην᾽
184. χορεύειν;] χορεύειν,
185. πολιόν;] πολιὸν,
188. ἡδέως] ἡδέαν,
190—209. De personis vide annotationem.
190. χοροῖς.] κακοῖς.
191. Οὐκ οὖν—περάσομεν;] οὔκουν—περάσομεν.
192. ὁμοίαν ὁ θεὸς ἂν] ὁμοίως ἂν ὁ θεὸς
194. ἀμοχθὶ κεῖσε] ἀμοχθεὶ ᾽κεῖσε
200. δαίμοσι.] δαίμοσιν.
201. πατρίους] πατρὸς
202. καταβαλεῖ] καταβάλλει
203. ηὕρηται] εὕρηται
205. ἐμὰν.] ἐμόν;
212. διὰ σπουδῆς] διὰ σπουδῆς
227. πανδήμοισι] πανδόμοις
235. εὔκοσμος] εὔοσμον
236. οἰνωπὸς,] οἰνωπὰς
242. ἐκεῖνον] ἐκεῖνος
Ibid. εἶναι φησὶ] εἶναί φησι
244. λαμπάσιν] λαμπάσι
246. ἐπάξια,] ἔστ᾽ ἄξια,
247. ὅστις ἐστὶν] ὅστίς ἐστιν
255. Τειρεσία.] Τειρεσία;
257. φέρειν.] φέρειν;
259. καθῆσ᾽ ἂν] ᾽κάθησ᾽ ἂν
261. γάνος,] γάμος,
263. Τῆς δυσσεβείας.] τῆς εὐσεβείας
Ibid. αἰδεῖ] αἰδῇ
264. στάχυν;] στάχυν.
266. Ὅτ᾽ ἂν] Ὅταν
270. θρασύς τε] Θρασὺς δὲ
276. γῆ δ᾽ ἐστὶν,] γῆ δ᾽ ἐστιν,
Ibid. ὄνομα δ᾽] ὁ πόμα δ᾽
278. ὃ δ᾽ ἦλθεν] ὅδ᾽ ἦλθ᾽
279. πῶμ᾽ ηὗρε,] πόμ᾽ εὗρε,
281. ὅτ᾽ ἂν] ὅταν
282. ὕπνον τε,] ὕπνου τε
Ibid. καθ᾽ ἡμέραν] καθημέραν

286. ἐνεῤῥάφη] ἐν ἐῤῥάφη
295. τραφῆναι φασὶν] τραφῆναι φασιν
297. Ἥρα πόθ'] Ἡρά ποθ'
300. ὅτ' ἂν] ὅταν
301. μεμηνότας] μεμηνότας
303. τάξεσι,] τάξεσιν,
304. θιγεῖν.] θίγειν.
305. τοῦτ' ἔστι] τοῦτ' ἐστί
308. Βακχεῖον] βάκχιον
311. μηδ'] μὴ δ'
Ibid. νοσεῖ),]νοσῇ,
314. σωφρονεῖν] μὴ σωφρονεῖν
315. εἰς τὴν] ἐς τὴν
317. σκοπεῖν] σκοπεῖν γὰρ
319. ὅτ' ἂν] ὅταν
326. μαίνει] μαίνῃ
332. πέτει] πέτῃ
333. φῆς] φῇς,
335. ὡς ἔστι, Σεμέλη θ'] ὡς ἔστι Σεμέλης
338. ὠμόσιτοι] ὠμόσιτοι
339. κυναγίαις] κυνηγίαις
343. Οὐ μὴ] οὐ μὴ
344. μηδ' ἐξομόρξει] μήδ' ἐξομόρξῃ
Ibid. ἐμοί;] ἐμοί.
346. δίκην] δίκη
347. τοῦδ',] τοῦσδ',
348. τριαίνου] τριαίνης
350. θυέλλαισιν] θυέλλαισι
352. οἱ δ'] οἶδ'
359. μέμηνας] μέμηνας
372. σκῆπτρα] πτέρυγα
373. ἀΐεις;] ἀΐεις.
375. εἰς τὸν] ἐς τὸν
377. μακάρων;] μακάρων.
381. ὁπότ' ἂν] ὁπόταν
384. ἀμφιβάλλῃ.] ἀμφιβάλῃ.
390. ἀσάλευτόν τε] ἀσά|λευτον
390*. δώματα.] Δῶμα.
Ibid. πόρσω | γὰρ ὅμως] πρόσω γὰρ, ἀλλ' ὅμως
394. θνατὰ] θνητὰ
397. φέροι.] φέρει.
398. μαινομένων θ'] Μαινομένων
400. Κύπρον,] Κύπριν,
402. ἵν' οἱ] ἵνα
409. κλιτὺς] κλειτὺς
427. σοφὰν δ' ἄπεχε] σοφὸν δ' ἀπέχειν
433. τόδε] τόδε
435. ἄκρανθ'] ἄκραν θ'
440. εὔτρεπὲς] εὔπρεπὲς
442. ἄγω] ἐγώ
Ibid. ἔπεμψ',] ἔπεμψεν

443. εἶρξας,] εἶρξας,
447. αὐταῖς] αὐτοῖς
449. ὁδ' ἀνὴρ] ὅδ' ἀνὴρ
Ibid. θαυμάτων] θαυμασίων
452. ὥστε μ'] ὥστέ μ'
455. γάρ σου] γὰρ σοῦ
462. κλύων.] κλύων;
464. Ἐντεῦθέν εἰμι.] ἐντεῦθεν εἰμί.
468. ἀλλὰ Σεμέλην] ἀλλ' ὁ Σεμέλης
469. κατ' ὄμμ'] κατ' ὄμματ'
473. θύουσίν τινα;] θύουσιν τινά;
475. θέλω.] θέλων.
477. ὁρᾶν γὰρ φῂς] γαρ ὁρᾶν σὺ φῂς
Ibid. ἦν;] ἦ;
478. ἐγὼ 'τασσον] ἐγώ 'τασσον
479. Τοῦτ' αὖ] ταῦτ' οὖν
484. οἱ νόμοι δὲ] οἱ νόμοι τε
490. Σὲ δ' ἀμαθίας γε, κἀσεβοῦντ'] σὲ δ' ἀμαθίας, ἀσεβοῦντ'
492. Εἴφ' ὅτι] εἶφ' ὅ, τι
Ibid. ἐργάσει;] ἐργάσῃ;
498. ὅτ' ἂν] ὅταν
499. Ὅτ' ἂν γε] ὅτανγε
501. ποὔστιν;] ποῦ 'στιν.
502. σὺ δ'] σύδ'
Ibid. αὐτὸν] αὐτὸς
506. Οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς,] οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς,
515. οὔτοι] οὔτι
518. Post hunc v. nulla lacuna in Aldina.
523. ὅτε] ὅ, τε
525. ἀναβοάσας] ἀναβοήσας,
526. Ἴθι, Διθύραμβ',] ἴθ' ὦ διθύραμβ',
528. ἀναφαίνω] ἀναφανῶ
531. ἀπωθεῖ] ἀπωθῇ
533. ἀναίνει;] ἀναίνῃ;
535. Διανύσου] Διονύσσου
539. δράκοντός | ποτε] δράκοντος | ποτὲ
544. θεοῖς.] θεοῖ|σιν.
546. τάχα ξυνάψει,] τάχει συνάψει.
547. τὸν ἐμὸν δ'] τὸν ἐμὸν
549. ἐν εἱρκταῖς.] ἐν εἱρκταῖς.
551. Διόνυσε,] Διόνυσσε,
Ibid. σοὺς] σὰς
556. Νύσας] Νύσσης
Ibid. τᾶς] Deest in Aldina.
558. Διόνυσ',] Διόνυσσ',
559. Κωρυκίαις;] κωρυκίαις.
560. ἐν τοῖς πολυδένδροι|σιν] ἐν ταῖς πολυδένδρεσιν

561. ἔν|θα πότ'] ἔνθά ποτ'
563. 564. σύναγεν] σύναγε
565. μάκαρ] μακαιρ
570. εἰλισ[σομένας] εἰλισσομένας τε
577. ὦ Βάκχαι,] ἰὼ βάκχαι,
580. Ἰὼ ἰὼ] ἰὼ
583. νυν] νῦν
585. πέδον] πέδον
588. 590. De personis vide annotationem.
594—603. De personis vide annotationem.
596. αὐγάζει,] αὐγάζῃ
599. βροντᾶς;] βροντᾶς.
600. σώματα,] δώματα,
605. πεπτώκατ';] πεπτώκαθ';
Ibid. ᾔσθησθ',] ᾔσθηθ'
607. θαρσεῖτε, σακρὸς] θαρσεῖτε σάρκας,
611. ὀρκάνας πεσούμενος;] ὀρκάνας πεσούμενος.
612. Πῶς γὰρ οὔ; τίς] πῶς γάρ. οὔ τις
Ibid. τύχοις;] τύχοις.
613. ἠλευθερώθης,] ἐλευθερώθης,
617. ἐλπίσιν δ'] ἐλπίσι δ'
618. ἡμᾶς] ὑμᾶς
619. περὶ βρόχους ἔβαλλε] περιβρόχους ἔβαλε
621. χείλεσιν] χείλεσι
624. ὁ δ'] ὅδ'
625. ᾖσσ'] ᾔϊσσ'
630. ἐποίησεν] ἐποίησε
Ibid. ὁ δ'] ὅδ'
631. ᾖσσε,] ᾔϊσσε,
Ibid. αἰθέρ',] Deest in Aldina.
632. αὐτῷ τά τ' ἄλλα] αὐτῷ. τὰ δ' ἄλλα
633. ἔῤῥηξεν] ἔῤῥηξε
636. ἐτόλμησ'.] ἐτόλμ'.
Ibid. ἥσυχος δὲ βασιλικῶν] ἥσυχος δ' ἐκ βάκχας ἄγων
638. ψοφεῖ γ' οὖν] ψοφεῖ γοῦν
644. ὅδ' ἐστὶν ἀνήρ.] ὅδ' ἐστιν ἀνήρ.
645. φαίνει] φαίνῃ
650—658. De personis vide annotationem.
652. κλῄειν] κλείειν
653. Τί δ'; οὐχ] τί δ' οὐχ
654. σοφὸς σὺ,] σοφὸς εἶ.
662. Ἥκεις δὲ ποίαν] ἥκεις δ' ὁποίαν
665. σοὶ] σοι
668. τὰ κεῖθεν,] τἀκεῖθεν,
Ibid. στειλώμεθα.] στειλώμεθα;
671. ἀθρῷος] ἀθρόος
Ibid. ἔρει.] ἔσῃ
673. εἴπῃς] εἴποις
674. τὰς] Deest in Aldina.
675. προσθήσομεν.] προθήσομεν.
680. τοῦ δευτέρου] τοῦ δὲ δευτέρου,
682. ηὗδον] εὗδον
Ibid. σώμασιν] σώμασι
684. αἱ δ'] αἵδ'
Ibid. πρὸς πέδῳ] πρὸς πέδον
685. φῄς,] φῂς,
686. φνωμένας] οἰνωμένας
687. ἠρημωμένας.] ἠρεμωμένας.
691. αἱ δ'] αἵδ'
692. ἀνῇξαν] ἀνῆξαν
693. παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες.] παρθένοι τε, κἄζυγες.
697. λιχμῶσιν] λιχμῶσαν
698. αἱ δ'] αἵδ'
700. μαστὸς] μαζὸς
702. ἀνθεσφόρον.] ἀνθεσφόρους.
707. πώματος] πόματος
709. ἑσμοὺς] ἑσμοὺς
724. ἀθρόῳ] ἀθρόῳ
725. συνεβάκχευ'] συνεβάκχευσ'
727. κυρεῖ δ'] κύρει δ'
728. 'ξεπήδησ',] ξυνεπήδησ',
730. ἡ δ'] ἥδ'
731. τῶνδ' ὑπ'. ἀλλ'] τῶνδ'. ὑπ' ἄλλ'
735. χερὸς] χειρὸς
737. δίκῃ·] δίχα.
738. σπαράγμασιν.] σπαράγμασι.
739. πλευρ',] πλευρὰν,
Ibid. δίχηλον] διχηλὸν
740. ἄνω τε] ἄνω,
743. τὸ πρόσθεν,] τοπρόσθεν,
745. ἐνδυτὰ,] ἔνδυτα,
748. ὑποτάσεις,] ὑπὸ τάσεις,
Ibid. Ἀσωποῦ] Αἰσωποῦ
749. Θηβαίων] θηβαῖον
750. Ἐρυθράς θ',] ἐρυθράς,
757. ἔκαιεν.] ἐκαίεθ'.
Ibid. οἱ δ'] οἵ δ'
760. τοῖς] τοὺς
Ibid. οὐχ ᾕμασσε] οὐχ' ᾕμασσε
Ibid. λογχωτὸν] λογχατὸν
765. κρήνας ἐπ' αὐτὰς,] κρήνας ἐπ' αὐταῖς,
767. δράκοντες] δράκοντος
769. ἐστὶν] ἐστιν
770. κἀκεῖνα φασὶν] κἀκεινό φασιν
775. εἰς τὸν] ἐς τὸν
786. Πείθει] πείθῃ

790. κινοῦντα] κινοῦντι
791. Οὐ μὴ] οὖ μὴ
792. τόδ᾽;] τόδ᾽,
797—801. De personis vide annotationem.
800. ὃς] ὡς
801. Ὦ τᾶν, ἔτ᾽ ἐστὶν] ὅταν ἔτ᾽ ἐστιν
802. Τί δρῶντα;] τί δρῶντα,
805. Ποῖόν τι,] ποῖόν τι;
Ibid. ἐμαῖς;] ἐμαῖς.
807. τοῦτό γ᾽, ἴσθι,] τοῦτό γ᾽ ἴσθι,
812. ἐξῳνωμένας.] ἐξοινωμένας.
815. ἐξιχνεύσουσίν] ἐξιχνεύσουσι
Ibid. ἔλθῃς] θέλῃς
817. ὁδῷ;] ὁδῷ.
819. Στεῖλαί νυν] στεῖλαί νιν
820. Τί δὴ τόδ᾽;] τί δὴ τόδ᾽
828. φησὶ] φῂς
831. ἐπὶ κάρᾳ δ᾽] ἐπὶ κάρα δ᾽
832. Ἦ καί τι] ἢ καί τι
837. Σοφώτερόν γ᾽ οὖν] σοφώτερον γοῦν,
838. δι᾽ ἄστεως] δι᾽ ἄστεος
840. μὴ γγελᾶν] μὴ γελᾶν
841—844. De personis vide annotationem.
841. ἂν δοκῇ] ἂν δοκῇ
842. εὐτρεπὲς] εὐπρεπὲς
844. βουλεύμασι.] βουλεύμασιν.
845. 846. Transpositi in Aldina.
845. ἀνὴρ] ἀνήρ
852. ὀφλεῖν] ὄφλειν,
853. δι᾽ ἄστεως,] δι᾽ ἄστεος,
859. ἠπιώτατος.] ἠπιώτατος.
862. δέραν] δέρην.
865. ἐμπαίζουσα] ἐμπάζουσα
871. θρώσκει] θρώσκῃ
872*. παραποταμίου] παρὰ ποτάμιον,
874. ὕλας;] ὕλας.
885. οὐχ μαινομένα δόξᾳ.] οὐχὶ μαινομένα δόξα.
890. γιγνώσκειν] γινώσκειν
892. ἰσχὺν τόδ᾽] ἰσχύν τ᾽
892*. ὅτι πότ᾽] ὅτι ποτ᾽
900. θαλάσσας] θαλάσσης
903. ἐγένεθ᾽.] ἐγένεθ᾽,
Ibid. ἑτέρᾳ δ᾽] ἑτέρα δ᾽
908. αἰ δ᾽] αἶδ᾽
Ibid. κατ᾽ ἆμαρ] κατ᾽ ἦμαρ,
919. κέρατα] κέρα τε
920. θὴρ;] θήρ,
921. 922. De personis et interpunctione vide annotationem.

925. δῆτ᾽;] δῆτ᾽
927. ὑπὸ μίτρᾳ] ὑπὸ μίτρᾳ
930. σε] σὲ
934. τείνουσιν] τείνουσι
937. ἡγῆσαι] ἡγήσῃ
938. ὅτ᾽ ἂν παράλογον] ὅταν παρὰ λόγον
Ibid. ἴδῃς.] ἴδῃς;
941. χάμα] χ᾽ ἅμα
945. πτυχὰς] πτύχας
948. βραχίονα;] βραχίονα.
949. τὰ Νυμφῶν] τῶν νυμφῶν
950. καὶ Πανὸς] καὶ πανὸς
952. ἐλάταισιν δ᾽] ἐλάταισι δ᾽
953. Κρύψει] κρύψῃ
957. Οὐκ οὖν] οὐκοῦν
Ibid. ἀποστέλλει φύλαξ;] ἀποστέλλῃ φύλαξ.
958. λήψει δ᾽] λήψῃ δ᾽
960. γὰρ αὐτῶν εἰμ᾽] γάρ εἰμ᾽ αὐτῶν
963. εἰμ᾽ ἐγὼ] εἰμ᾽ ἐγὼ
968. τοιάσδ᾽.] τοιάσδε.
969. ἔρχει] ἔρχῃ
975. λύσσας] λύσσης
983. Τίς ὅδ᾽] τίς δ᾽ ὅδε
984. ἔμολ᾽, ἔμολεν,] ἔμολεν
992. δαιμόνι] δαίμων
997. μανείας] μανίαις
1001. εἰς] εἰ
1002. τὸ σοφὸν] τὸν σοφόν.
1004. ἀεὶ] αἰεὶ
1006. ἆμαρ] ἦμαρ
1012. λαιμῶν] δαίμων
1015. πολύκρανος] πολύκρανός γ᾽
1018. θηραγρέτᾳ] θηραγρέτα,
1022. πεσόντα] πεσόντα
1023. ηὐτύχεις] εὐτύχεις
1028. Τί δ᾽ ἔστιν;] τί δ᾽ ἐστιν;
Ibid. τί μηνύσεις] τί μηνύεις
1030. Ὦναξ] ὦ 'ναξ
Ibid. φαίνει] φαίνῃ
1031. φῄς;] φῄς;
Ibid. ἢ 'πὶ] ἢ 'πὶ
1039. ἔνεκα] ἕνεκε
1047. ἐκ ποδῶν] ἐκποδὼν
1048. ὁρῶμεν] ὁρῶμεν,
1051. κάθημεν,] κάθημεν,
1054. αἱ δ᾽] αἵδ᾽
1058. μόθων] μόθων,
1059. ἡ 'λάτην] εἰς ἐλάτην
1064. ἐκυκλοῦτο δ᾽] κυκλοῦτο δ᾽
1065. περιφορὰν ἕλκει δρόμον,] καὶ περιφορὰν ἕλκῃ δρόμον,

1070. μὴ ἀναχαιτίσειέ] μὴ ’ναχαιτίσειέ
1081. ἐστήριζε] ἐστήριξε
1084. αἱ δ’] αἵδ’
1086. ὁ δ’] ” δ’ (i. e. ὅδ’)
1088. ἥσσονα] ἥσσονες,
1089. δρομήμασι,] δρομήμασιν,
1094. κραταιβόλους] κραταβόλους
1097. ἄλλαι] ἄλλοι
1098. οὐχ ἥνυτον.] οὐκ ἥνυτον.
1100. λελημμένος.] λελησμένος.
1106. μηδ’] μήδ’
1111. ἐμάνθανε.] ἐμάνθανεν.
1112. ἱερία] ἱέρεια
1113. προσπίτνει] προσπιτνεῖ
Ibid. κόμης] κόμας
1118. μηδὲ] μὴ δὲ
1120. ἡ δ’] ἥδ’
1121. χρῆν] χρὴ
1130. ἐτύγχανεν] ἐτύγχανε
1131. αἱ δ’] αἵδ’
Ibid. ἔφερε δ’] ἀνέφερε δ’
1132. ἡ δ’] ἥδ’
1134. σάρκα] σάρκας
1135. ὑπὸ στύφλοις] ὑπὸ τυφλοῖς
1136. τὸ δ’] τόδ’
1139. πήξασ’] πτήξασ’
1143. τῶνδ’,] τόνδ’
1146. τῇδ’] Deest in Aldina.
1149. οἶμαι ταυτὸ] οἶμαί γ’ αὐτὸ,
1151. Βάκχιον,] βακχεῖον.
1153. † Πενθέως.] τοῦ Πενθέως.
1155. Αἴδαν] ἀΐδαν
1159. ἐξεπράξατε] ἐξεπράξατο
1160. εἰς γόον,] εἰς γόνον,
1164. εἰς δόμους] εἰς δρόμους
1167. ὀρθοῖς] ὀρθεῖς
1170. μακαρίαν θήραν.] μακάριον θήραμα.
1173. λῖν,] νιν
1177. πρῶτά γ’;] πρῶτά γε;
Ibid. Ἐμὸν] ἐμὸν ἐμὸν
1178. Κληζόμεθ’] κληϊζόμεθ’
1179. De personis vide annotationem.
Ibid. Τίς ἄλλα;] τίς ἄλλα
1181. θηρός.] θηρός;
1182. Μέτεχέ νυν] μέτεχε νῦν
1185. ἄρτι γέννυν,] ἀρτιγέννυν
1186. Agavae tribuitur in Aldina.
Ibid. φοβη.] φόβῳ.
1188. σοφὸς σοφῶς] σοφὸς σοφὸς
1189. ἐπὶ θῆρα] ἐπὶ θήρα
1193. ματέρ’] ματέρα
1195. περισσὰν] περισσὰς
Ibid. ΧΟ. Ἀγάλλει;] Αγ. ἀγάλλῃ.
1196. 1197. Choro tribuuntur in Aldina.
1196. καὶ | φανερὰ] φανερὰ καὶ
1204. λευκοπήχεσι] λευκοπήχεσιν
1206. μάτην;] μάτην.
1207. τόνδε θ’] τόνδέ θ’
1210. ποὔστιν;] ποῦ ’στιν;
Ibid. αἱρέσθω] αἱρέσθω
1211. πηκτῶν πρὸς οἴκους] πλεκτῶν πρὸς οἴκων
1218. πέδῳ,] πέσω,
1221. εἴσω] ἔσω
1222. Βακχῶν πάρα.] βακχῶν πέρι.
1225. Ἀρισταίῳ] ἀριστέα
1228. τὴν δ’ εἰπέ τις] τήνδ’ εἰπέ τίς
1229. ἄκραν τ’] ἄκραν τ’
1243. ἐξειργασμένων.] ἐξειργασμένον.
1253. ὀριγνῷτ’.] ὀριγνῶτ’.
1255. σοί τ’ ἐστὶ] σοί τ’ ἐστι,
1256. ποὔστιν;] ποῦ ’στιν;
1259. διὰ τέλους] διατέλους
1264. τόνδ’] τῶνδ’
1265. ἔθ’ αὐτὸς,] ἔθ’ αὐτὸς,
Ibid. δοκεῖ;] δοκεῖ.
1267. πάρα;] πάρα.
1268. τοὔπος] τοὔπος
Ibid. γίγνομαι] γίνομαι
1270. σαφῶς;] σοφῶς;
1282. προσεικέναι;] προσεοικέναι;
1284. Ὠιμωγμένον] οἰμωγμένον
1288. κασίγνηται] κασιγνήτη
1289. Ποῦ δ’ ὤλετ’;] ποῦ δ’ ὤλετ’,
Ibid. ἢ κατ’ οἶκον;] ἢ κατ’ οἶκον,
1296. Ὕβριν γ’] ὕβριν
1299. συγκεκλημένον καλῶς;] συγκεκλειμένον καλῶς.
1307. ἀνέβλεπ’,] ἀνέβλεπεν.
1311. ἐλάμβανε.] ἐλάμβανεν.
1316. ἔμοιγ’ ἀριθμήσει] ἐμοί γ’ ἀριθμήσῃ
1317. θιγγάνων] θιγγάνω
1318. προσπτύξει,] προσπτύξῃ
1319. Τίς ἀδικεῖ,] τίς σ’ ἀδικεῖ,
Ibid. γέρον;] γέρον,
1322. μέν εἰμ’] μὲν εἰμ’
1328. Baccho tribuitur in Aldina, quae nullam lacunam exhibet.
1328*. Deest in Aldina.
1334. ὅτ’ ἂν] ὅταν
1336. σχήσουσι. σὲ δ’ Ἄρης] σχήσουσί σε, δ’ Ἄρης

1337. καθιδρύσει] κατιδρύσει
1342. 1344. 1346. Cadmo tribuuntur in Aldina.
1344. Ἐγνώκαμεν] ἔγνωκα μὲν
Ibid. ἐμεξέρχει] ἐπεξέρχῃ
1345. ὑμῶν,] ἡμῶν
1347. οὑμὸς] ὁὑμὸς
1348*. Deest in Aldina.
1360. στερεῖσα] στερηθεῖσα,
1365. πατρία] πατρῷα
1369. Στένομαι] στέρομαι
Ibid. Κἀγὼ σὲ,] κἀγὼ
1370. κασιγνήτας.] κασιγνήτους.
1371. Δεινῶς, δεινῶς τήνδ' αἴκειαν] δεινῶς γὰρ δεινῶς τάνδ' αἰκίαν
1373. ἔφερεν.] ἔφερε.
1375. ἀγέραστον] ἀγέρατον
1377. ὦ μελέα] ὦ μελέα καὶ σύ γε
1378. χαλεπῶς δ'] χαλεπῶς
1380. ληφόμεθ'] λήψωμ'
1382. μιαρὸς μ' ἐσίδοι.] μιαρὸς,
1384. θύρσου] θύρσος
1389. ηὗρε] εὗρεν

ΓΕΝΟΣ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΚΑΙ ΒΙΟΣ[a]

Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς υἱὸς ἐγένετο Μνησάρχου[b] καπήλου καὶ Κλειτοῦς[c] λαχανοπώλιδος. Ἀθηναῖος μὲν, ἐγεννήθη δὲ ἐν Σαλαμῖνι ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος, κατὰ τὴν ἑβδομηκοστοπέμπτην Ὀλυμπιάδα, ὅτε ἐναυμάχησαν τοῖς Πέρσαις οἱ Ἕλληνες. ἤσκησε δὲ καταρχὰς μὲν παγκράτιον ἢ πυγμὴν, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ χρησμὸν λαβόντος, ὅτι στεφανηφόρους ἀγῶνας νικήσει. καὶ φασὶν αὐτὸν Ἀθήνησι νικῆσαι. ἀναγνοὺς δὲ, ἐπὶ τραγῳδίαν ἐτράπη. καὶ πολλοὺς προσεξεῦρε[d] λόγους, φυσιολογίας, ῥητορείας, ἀναγνωρισμοὺς, ὡς δὴ ἀκουστὴς γενόμενος Ἀναξαγόρου καὶ Προδίκου καὶ Πρωταγόρου καὶ Σωκράτους. ἑταῖρος δὲ δοκεῖ αὐτῷ καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος καὶ Μνησίλοχος συμπεποιηκέναι τινά[e], ὥς φησι Τηλεκλείδης· Μνησίλοχος δὲ ἐκεῖνος Φρυγικόν τι δρᾶμα καινὸν Εὐριπίδῃ καὶ Σωκράτης ὑποτίθησιν[f]. οἱ δὲ τὰ μέλη

a Nunc primum, ni fallor, in lucem prodit haec Euripidis vita e bibliotheca Collegii Ambrosiani, quod Mediolani est. Codicis nota est A. 104. Leguntur in eo primae tres Euripidis tragoediae a recentiore manu satis mendose scriptae. Unde venerit in Ambrosianam bibliothecam, prima pagina declarat his verbis: *Hic codex optimae notae fuit emptus Pisis a Gratia Maria Gratia V. Cl. nomine Ill.mi Card. Federici Borromaei Ambros.ae Bibliot.ae fundatoris anno M. D. I. X. C.* (1591.) Vita Euripidis ex eodem fonte derivata est, ex quo illam, quae in Aldina editione legitur, hausit Thomas Magister. Sed utraque nonnulla sibi propria habet, quibus altera careat.

b Sic MS. et infra *Μνησαρχίδης*. Rectius, ut videtur, Euripidis pater *Mnesarchus*, filius *Mnesarchides* a plerisque appellatur.

c MS. κλυτοῦς supra scripto ει.

d MS. προεξεῦρε.

e Haec non optime procedunt. Vide an legendum: ὡς δὴ ἀκουστὴς γενόμενος Ἀναξαγόρου καὶ Προδίκου καὶ Πρωταγόρου, καὶ Σωκράτους ἑταῖρος. δοκεῖ δὲ αὐτῷ καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος καὶ Μνησίλοχος συμπεποιηκέναι τινά. Sed malo: ἑταῖρος δὲ δοκεῖ αὐτῷ καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος [γεγονέναι], καὶ συμπεποιηκέναι τινά. Mnesilochi nomen e sequentibus irrepsisse videtur.

f Diogenes Laërtius II. 18. ἐδόκει δὲ συμποιεῖν Εὐριπίδῃ. ὅθεν Μνησίλοχος οὕτω φησί· Φρύγες ἐστὶ καινὸν δρᾶμα τοῦτ' Εὐριπίδου, ᾧ καὶ Σωκράτης τὰ φρύγανα ὑποτίθησι. καὶ πάλιν· Εὐριπίδης

αὐτῷ φασὶν Ἰοφῶντα ποιεῖν ἢ Τιμοκράτην Ἀργεῖον. φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ ζωγράφον γενέσθαι, καὶ δείκνυσθαι αὐτοῦ πινάκια ἐν Μεγάροις· γενέσθαι δὲ αὐτὸν καὶ πυρφόρον τοῦ Ζωστηρίου Ἀπόλλωνος· γεννηθῆναι δὲ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ Ἑλλανικὸν, ἐν ᾗ ἐνίκων τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν οἱ Ἕλληνες· ἄρξασθαι δὲ ἀγωνίζεσθαι, γενόμενον ἐτῶν εἰκοσιὲξ[g]. μετέστη δὲ ἐν Μαγνησίᾳ[h], καὶ προξενίᾳ[i] ἐτιμήθη καὶ ἀτελείᾳ[k]. ἐκεῖθεν δὲ εἰς Μακεδονίαν περὶ Ἀρχέλαον γενόμενος διέτριψε, καὶ χαριζόμενος αὐτῷ, δρᾶμα ὁμωνύμως ἔγραψε. καὶ μάλα ἔπραττε[l] παρ' αὐτῷ, ὅτε καὶ ἐπὶ τῶν διοικήσεων ἐγένετο. ἐλέγετο δὲ καὶ βαθὺν πώγωνα θρέψαι, καὶ ἐπὶ τῆς ὄψεως φακοὺς ἐσχηκέναι· γυναῖκα δὲ γῆμαι, πρώτην Μελιτὼ, δευτέραν δὲ Χοιρίλην. καὶ υἱοὺς κατέλιπεν τρεῖς, Μνησαρχίδην πρεσβύτερον, ἔμπορον· δεύτερον δὲ Μνησίλοχον, ὑποκριτήν· νεώτερον δὲ Εὐριπίδην, ὃς ἐδίδαξε τοῦ πατρὸς ἔνια δράματα. ἤρξατο δὲ διδάσκειν ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος, κατὰ[m] Ὀλυμπιάδα ὀγδοηκοστὴν πρώτην.

Σωκρατόγομφος. Menagius ᾧ καὶ τὰ φρύγαν' ὑποτίθησι Σωκράτης. Sic etiam Piersonus apud Valckenarium Diatrib. p. 14. Pro Μνησίλοχος legendum censet Menagius Μνησίμαχος tam apud Laërtium quam apud Aristophanis interpretem ad Av. 471. quia Mnesilochi comici nulla alia mentio fiat, Mnesimachi vero apud Athenaeum saepius, semel apud ipsum Laertium VIII. 37. Sed Mnesimachus mediae comoediae poëta fuisse dicitur, neque novae Euripidis fabulae meminisse potuit. Equidem Laërtii verbis cum hac Euripidis vita collatis, neque Μνησίλοχος neque Μνησίμαχος apud Laërtium scribendum puto, sed Τηλεκλείδης. Fuit enim Teleclides veteris comoediae scriptor haud ignobilis. Mnesilochus Euripidis socer fuit, ex Aristophanis Thesmophoriazusis satis notus: nec mirum, si eum cum genero derisit Teleclides, cujus verba, modo ejus sint, aliis corrigenda relinquo.

g Rectius Thomas Magister: ἐτῶν πέντε καὶ εἴκοσι γεγονώς. Olympiadis enim LXXXI. annus primus, Euripidis vicesimus quintus fuit. Sed neuter recte. Siquidem eo anno, ni fallor, non tragoedias docere coepit Euripides, sed primum praemio donatus est. Quum non nisi eorum, quibus delatum erat primum, secundum aut tertium praemium, mentio in Didascaliis facta videatur, nemini, qui post Euripidem vixerit, facile constare potuit, quot infelices fabulas ille ante Peliadas docuisset. Nescio quo auctore Gellius XV. 20. tragoediam scribere natum annos duodeviginti eum tradat.

h MS. ἐν μαγνησίῳ.

i MS. προξένῳ.

k MS. ἀτελίᾳ.

l Excidisse videtur εὖ, λαμπρῶς, aut ejusmodi aliquid, ante ἔπραττε. [μεγάλα V. D. in the class. Journal No. XLVI. p. 402. ED. LIPS.]

m Addidi κατά.

πρῶτον δὲ ἐδίδαξε τὰς Πελιάδας[n] ἔτει πρώτῳ[o], ὅτε καὶ τρίτος ἐγένετο. τὰ πάντα δ' ἦν αὐτῷ δράματα ϟβ'. σώζεται δὲ οη. τούτων νοθεύεται τρία, Τέννης[p], Ῥαδάμανθυς, Πειρίθους[q]. ἐτελεύτησε δὲ, ὡς[r] φησὶ Φιλόχορος, ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς· ὡς δὲ Ἐρατοσθένης, οε· καὶ ἐν Μακεδονίᾳ ἐτάφη. κενοτάφιον δὲ αὐτοῦ ἐν Ἀθήνησιν ἐγένετο, καὶ ἐπίγραμμα ἐπεγέγραπτο[s], Θουκυδίδου τοῦ ἱστοριογράφου ποιήσαντος, ἢ Τιμοθέου τοῦ μελοποιοῦ·

Μνῆμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου. ὀστέα δ' ἴσχει
γῆ Μακεδών. ᾗ γὰρ δέξατο τέρμα βίου[t].
πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλὰς, Ἀθῆναι[u]. πλεῖστα δὲ Μούσας
τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει[x].

n MS. κελειάδας. Peliadas igitur docuit Euripides XXIV. annis ante Medeam, quae superstitum ejus fabularum antiquissima videtur. Hinc, opinor, explicandum, quod de Peliadum prologo dixi ad Med. 693=676.

o Verba ἔτει πρώτῳ supra post verba ὀγδοηκοστὴν πρώτην collocanda videntur.

p MS. γέννης. Valckenarius Diatrib. p. 15. *Ad Tennem unicum fragm. refertur: duo sunt diversorum senarii:* Stobaeus Gesneri *p.* 30, 39. *eorum alterum exhibet tanquam ex* Euripidis Tenne: *in Τεννε vel Τημε. latet opinor Τημένῳ· alterum tanquam* Sophoclis, *Σκαιοῖσι πολλοῖς εἷς σοφὸς διόλλυται· quem Sophocleum esse ipsa etiam indicat verborum scriptura:* Tennes *tamen, quod minime negem, aptam Tragoediae praebere potuit materiem; sed, quantum recordor, nullius drama hoc nomine memoratur alibi.* Tragoediam Tennem fuisse satis constat e grammatici nostri verbis.

q Valckenarius Diatrib. p. 197. *De Pirithoo dubitatum, utrum* Euripidis *esset drama, an* Critiae, *liquet ex* Athen. *XI, p.* 496. *B.* Solus, quod sciam, hic grammaticus Rhadamanthum Euripidi abjudicavit.

r Addidi ὡς.

s MS. γέγραπτο.

t Sic Thomas Magister, quem in sequentibus etiam sequor. MS. vero: γῆ μακεδόνων, ἥπερ ἐδέξατο τὸ τέρμα τοῦ βίου.

u MS. πατέρες δ' ἑλλάδος ἀθῆναι.

x MS. ἔχειν.

ADDENDA.

De repetita Baccharum editione et indiciis correctionis in Bacchis coniecturas protulit Boeckhius in libro de Aeschylo, Sophocle, Euripide p. 297. et p. 306. et seqq. Quem librum Elmsleius aliique docti Britanni non vidisse videntur.

V. 1. Neglexit Elmsleius multo graviorem, quam scholiastes Hephaestionis est, sententiae suae auctorem Priscianum vol. II. p. 48. ed. Krehl., ubi haec verba, ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίαν χθόνα | Διόνυσος, afferuntur. Krehlius: „Pro Θηβαίων e Cod. Monac. (182.) Edd. Ven. 2. Asc. Iunt. Bas. Colon. Θηβαίαν recepi. Ed. Erph. nihil exhibet, quam ἥκω Διὸς παῖς."

V. 13. V. Boeckh. p. 309. quem sententiam mutasse putàmus. Non nisi ab infimae aetatis scriptore dici potuit πανευκλεής.

V. 20. et seqq. Boeckh. p. 311. Sed verum vidit Piersonus.

V. 41. Quid tanto molimine opus, eoque tam parum probabili? In Palatini codicis scriptura si quid latet, vix id aliud esse potest quam futuri temporis infinitivus, hic tamen non probandus, ἀπολογήσεσθαι. Puncta ad ᾱ litteram pertinentia proximis litteris appinxit librarius facili lapsu calami.

V. 64. Ἀσίας ἀπὸ γᾶς. Vid. Naekii Choerilea p. 117.

V. 94. — 104. Boeckh. p. 317.

V. 103. Boeckh. p. 311.

V. 126. — 129. Boeckh. l. l.

V. 131. Lobeck. de morte Bacchi II. p. 2.

V. 135. Non praetermitti debebat ab Elmsleio, Matthiaeum post Διόνυσος commatis signo orationem recte distinxisse.

V. 141. Cod. Pal. εὖ οἶ. Conf. Hermann. ad Sophocl. Trachin. p. 49.

V. 151. Quod ex codice Laurentiano protulit Elmsleius

ἐπευάσμασιν, id ipsum de coniectura scribi iusserat Valckenarius ad Theocriti Adoniazus. p. 275. C. Non indicatum hoc est in accurato indice Heindorfii. — Deinde non annotavit Elmsleius etiam in aliis libris post ἐπιβρέμει addita esse illa, ἐπὶ λιγεῖ ἤχει, de quibus coniecturam protulit Boeckhius p. 312. nobis non probatam.

V. 314. seq. Boeckh. p. 321.

V. 314. Fugit Elmsleium, ἀλλ' εἰ τῇ φύσει coniecisse Berglerum ad Aristophanis Plutum, p. 145. ed. Beck.

V. 318. Boeckh. p. 303.

V. 337. τὸ Ἀκταίων ἀναλογώτερόν ἐστι φυλάττον τὸ ω̄ ἐν τῇ γενικῇ, οἷον ὁρᾷς τὸν Ἀκταίωνος ἄθλιον μόρον· (Bacch. 210.) τοῦτο γὰρ παρώνυμόν ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶν συνθέτων εἰς ος· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀκτὴ γέγονεν ἀκταῖος καὶ ἀκταίων, ὅταν δὲ γένηται διὰ τοῦ ο̄, οἷον Ἀκταίονός τε μητέρ' Αὐτονόην λέγω, γνῶθι ὅτι διὰ τὸ μέτρον συνεστάλη τὸ ω̄ εἰς τὸ ο̄ ἐν τῇ γενικῇ. Choeroboscus ad Theodos. apud Bekker. in Anecdot. vol. III. p. 1313.

V. 419. Εἰρήναν hic non magis mutandum videtur quam Εἰρήνα in eodem metri genere in Heraclidis v. 372.

Εἰρήνα μὲν ἔμοιγ' ἀρέσκει.

Scilicet tragicorum oratio Dorica nonnullis rebus differt ab hominum Spartanorum sermone.

V. 449. Boeckh. p. 324.

V. 451. Boeckh. p. 325.

V. 455. Boeckh. p. 312.

V. 525. seqq. Boeckh. p. 319.

V. 708. Boeckh. p. 325.

V. 1065. De Aldina h. v. scriptura vid. Erfurdt. apud Hermann. ad Sophoclis Trachin. p. 27.

INDEX AUCTORUM.

M

M 2

INDEX GRAECUS.

INDEX LATINUS.

LIPSIAE
IMPRESSIT BENEDICT GOTTHILF TEUBNER.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ

EURIPIDIS

HIPPOLYTUS CORONIFER

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM

AC VETERUM EDITIONUM EMENDAVIT

ET ANNOTATIONIBUS

INSTRUXIT

JACOBUS HENRICUS MONK S. T. B.

COLLEGII SS. TRINITATIS SOCIUS

ET GRAECARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES

PROFESSOR REGIUS.

LIPSIAE

SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI

MDCCCXXIII.

PRAEFATIO.

In nova Euripidis Hippolyti editione curanda, duo mihi praecipue proposita sunt. Primum operam dedi, ut haec Tragoedia, ex optimis auctoritatibus emendata, purior quam in prioribus editionibus prodiret: deinde, quidquid in verbis ac sententiis difficile esset aut reconditum, id conatus sum explicare, et exemplis a Graeca Poesi, maximeque Euripidea, petitis, illustrare. Quid in utraque operis parte profecerim, penes aequos et eruditos lectores judicium est. Pauca tantum de instituto meo, et de subsidiis, quibus usus sum, praefari libet.

In textu recensendo, nullum superiorum editorum per omnia secutus sum; e varietatibus lectionum apud Codices Manuscriptos a Musgravio, Brunckio, et aliis collatos, veteresque editiones Lascaris et Aldi, quas ipse diligenter contuli, Poetae verba probabiliter eruenda esse duxi. Huc accedebant permulta veterum

Scriptorum loca, qui e Tragoedia nostra hinc illinc verba laudaverant. Horum scilicet auctoritas haud exigua esse debet, ad textum sive corrigendum, sive stabiliendum. In hac officii mei parte, a Valckenaerii Commentario, multiplici eruditione referto, me maxime adjutum esse libenter fateor. In lectionibus eligendis, rationem semper habui consuetudinis apud Tragicos in similibus observatae. In hac arte critica exercenda, ducem et auspicem sumpsi Porsonum, qui cum ingenio, doctrina, ac judicio, ultra ceteros mortales floruerit, tum quaecunque ad Graecae linguae orthographiam, structuram, et universam indolem spectarent, unus omnium qui post literas renatas vixerunt, videtur optime percepisse. Hujus igitur ad exemplum Hippolyti textum, quantum in me fuit, emendare conatus sum.

Codicum lectiones, praeter paucas e maxime vitiosis, in Annotationibus meis indicantur. Diligentius enotavi varietates, quas exhibent Lascaris et Aldus. Editionum etiam Musgravianae Valckenaerianae et Brunckianae lectiones commemorandas esse plerumque censui.

Textus ex mera conjectura non nisi perpaucis in locis mutatus est: et spero fore, ut eruditi judices id nusquam temere factum arbitrentur. In aliorum etiam

emendationibus amplectendis cautus esse volui. Singulae Virorum doctorum conjecturae, quae vel ullam veritatis speciem habeant, auctoribus suis adsignantur. Quoniam vero complures sunt Reiskii, Musgravii, et aliorum mutationes, quae a verisimilitudine prorsus abhorreant, et quarum bona pars aut in metrum, aut in linguam peccet, nolui talibus memorandis et refellendis nostri libelli molem augere. Ubicunque autem Hippolyti versus a Valckenaerio minus recte tractatos esse judicaverim, id sedulo monui; non obloquendi studio, sed quia cavendum videretur, ne tanti nominis auctoritate plures in errorem abducerentur.

In choricis versibus corrigendis ac distribuendis, eo majorem adhibui cautionem, quo pronius sit in re parum certa peccare. Equidem operam dedi, ut quae metrorum genera Tragicis frequentata sint, ea, quantum fieri licuit, repraesentarem; et ut singula cantica e versibus constarent, quos libenter ab iis conjunctos esse viderim. Quomodo vero haec operis mei pars administrata sit, facile judicabit lector harum rerum peritus: quippe de iis, quae novata sunt, in notis admonui, observationes etiam nonnullas huc spectantes in gratiam tironum intertexui.

Quod ad interpretandi et illustrandi munus attinet, difficilium ac rariorum locutionum explicationes e vete-

ribus, Grammaticis haustas subjecimus; allatis subinde versibus Poetarum, imprimis Tragicorum, unde ad voces, constructiones, et sententias in nostra fabula intelligendas, lux derivari posset.

In Annotationibus, reperientur notulae quaedam Marklandi et Musgravii, hactenus ineditae. Harum copiam mihi fecit Burneius, studio scilicet eas literas juvandi, in quibus ipse inter primarios spectatus est.

Ad editionem meam locupletandam accesserunt Porsoni notae quaedam et emendationes, ex adversariis ejus in Bibliotheca Collegii SS. Trinitatis adservatis decerptae. Ut his fruerentur Euripidis lectores, fecit liberalitas praesulis venerandi, Episcopi Bristoliensis, et Collegii nostri Seniorum. Ego vero quidquid ad Hippolytum pertinens in Porsoni scriptis inventum est, nomine auctoris indicato, fideliter ac religiose descripsi. [Hae quidem summi Critici reliquiae in Libro Adversariorum dudum publici juris facto leguntur. Visum tamen eas typorum formas, quibus olim distinximus, in hac quoque editione servare.] Habes etiam, lector, integram scenam a versu 176, ad v. 266. ab eodem correctam. Nec id leve, aut parvi momenti habendum; siquidem dicere solebat Porsonus, se nihil dubitare, quin hanc scenam celeberrimam, qualis esset ab Euri-

pidis manu profecta, ipse demum emaculatam praestitisset.

Libello nostro multum ornamenti et subsidii adjecerunt observationes quaedam, suis in locis memoratae, quas ab Amico accepimus, ingenii, doctrinae, ac virtutis fama clarissimo, Carolo Jacobo Blomfield. Hujus eruditionem et elegantiam non opus est multis collaudare; siquidem Aeschyli editione feliciter inchoata, doctorum oculos animosque in se convertit, et quantis quamque eximiis dotibus ad promovendas literas instructus sit, adhuc juvenis demonstravit.

Ne te diutius praefando morer, scias me ingenuae juventutis commodis potissimum studuisse. Quamobrem notis meis passim interjectae sunt generales quaedam regulae et observationes, quas scriptores Atticos legentibus usui fore existimabam. Quod si spes mea non omnino frustrata erit, si ad Graecarum literarum studia excitanda aliquantulum contulero, me quidem, quantum laboris insumpserim, nunquam poenitebit; tu autem, benigne et erudite lector, in erroribus et defectibus hujus opusculi notandis, conatus nostros aequi bonique consules.

MONITUM

EDITIONI SECUNDAE PRAEFIXUM.

Cum omnia quidem Hippolyti nostri exemplaria maturius quam sperare ausus eram, divendita sint, operam vero meam in Euripide expoliendo et corrigendo positam viris doctioribus non displicere intellexerim, novae editionis curam suscepi. Retractavi igitur textum et annotationes, quaeque hodie videantur minus recte dicta, correxi: quinetiam haec editio et nostris et aliorum quibusdam, quas ad rem pertinere judicarem, observationibus aucta est. In opella retractanda, multum adjutus sum notis quibusdam et emendationibus in Hippolytum, quas mecum communicarunt Viri doctissimi humanissimique Petrus Elmsley et Jacobus Tate. Indicem vero rerum et verborum, quae in Annotationibus tractantur, suadentibus juvenum nostrorum informatoribus, subjeci.

Dabam Cantabrigiae, Kalendis Maii. 1818.

[Editio tertia, ad quam expressa est Lipsiensis, prodiit Cantabrigiae 1821.]

NOTARUM EXPLICATIO.

A. MS. Parisiensis 2712. quae sunt Brunckii membranae, a Musgravio, deinde diligentius a Brunckio, collatus. Ex hoc codice lectiones ab Hemsterhusio excerptas dedit Valckenaerius.

B. MS. Paris. 2708. apud Musgravium.

C. Excerpta e MS. quodam Cottoniano, apud Musgravium.

D. MS. Paris. 2818. apud Musgravium.

E. MS. Paris. 2888. apud Musgravium.

Flor. *vel* Fl. Variae lectiones MSti cujusdam Florentini ab Is. Vossio olim collati: harum indicium Valckenaerio debetur.

P. Liber impressus in Bibliotheca Parisiensi, cum MSS. collatus, unde varias lectiones exscripsit Musgravius.

Lasc. Editio Princeps, continens Medeam, Hippolytum, Alcestin, et Andromachen, quae Florentiae cura Jani Lascaris, anno circiter 1496. literis majusculis impressa est.

Ald. Editio Aldi, Venetiis, anno 1503.

X. Π. Drama *Christus Patiens*, e Senariis Euripideis maximam partem conflatum; quod opus falso haberi solet Gregorii Nazianzeni.

R. P. Ricardi Porsoni notae, e Schedis ejus depromptae.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

ΘΕΡΑΠΟΝΤΕΣ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ΧΟΡΟΣ.

ΤΡΟΦΟΣ.

ΦΑΙΔΡΑ.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ΘΗΣΕΥΣ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΑΡΤΕΜΙΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.[1]

ΘΗΣΕΥΣ υἱὸς μὲν ἦν Αἴθρας καὶ Ποσειδῶνος, βασιλεὺς δὲ Ἀθηναίων· γήμας δὲ μίαν τῶν Ἀμαζόνων[2] Ἱππολύτην, Ἱππόλυτον ἐγέννησε, κάλλει τε καὶ σωφροσύνῃ διαφέροντα. ἐπεὶ δὲ ἡ συνοικοῦσα τὸν βίον μετήλλαξεν, ἐπεισηγάγετο Κρητικὴν γυναῖκα, τὴν Μίνω τοῦ Κρητῶν βασιλέως καὶ Πασιφάης θυγατέρα, Φαίδραν. Ὁ δὲ Θησεὺς, Πάλλαντα ἕνα τῶν συγγενῶν φονεύσας, φεύγει εἰς Τροιζῆνα, μετὰ τῆς γυναικὸς, οὗ συνέβαινε[3] τὸν Ἱππόλυτον παρὰ Πιτθεῖ τρέφεσθαι· θεασαμένη δὲ τὸν νεανίσκον ἡ Φαίδρα εἰς ἐπιθυμίαν ὤλισθεν, οὐκ ἀκόλαστος οὖσα, πληροῦσα δὲ Ἀφροδίτης μῆνιν, ἣ, τὸν Ἱππόλυτον διὰ σωφροσύνην ἀνελεῖν κρίνασα[4], τέλος τοῖς προτεθεῖσιν ἐπέθηκε. στέργουσα[5] δὲ τὴν νόσον, χρόνῳ πρὸς τὴν τροφὸν δηλῶσαι ἠναγκάσθη, κατεπαγγειλαμένην[6] αὐτῇ βοηθῆσαι· ἥτις, καὶ παρὰ[7] τὴν προαίρεσιν, λόγους προσήνεγκε τῷ νεανίσκῳ. τραχυνόμενον δὲ αὐτὸν ἡ Φαίδρα καταμαθοῦσα, τῇ μὲν τροφῷ ἐπέπληξεν, ἑαυτὴν δὲ ἀνήρτησε. καθ' ὃν καιρὸν φανεὶς Θησεὺς, καὶ καθελεῖν

1. Hoc argumentum dederunt Aldus, et Arsenius in Editione Scholiorum in Euripidem. Legitur etiam in opere Eudociae Imperatricis inscripto, Ἰωνιὰ, quod vulgavit Villoisonus in Anecdotis Graecis, p. 411. Varias lectiones e Codicibus Parisino et Florentino notavit Valckenaerius.

2. Ἀμαζονίδων Cod. Par. et Arsenius, qui pro Ἱππολύτην habet Ἀντιόπην. Vide notam ad v. 10. διαπρέποντα pro διαφέροντα Flor.

3. συνέβη Eudoc. Arsen.

4. Post κρίνασα, Aldus et Eudocia habent τὴν Φαίδραν εἰς ἔρωτα παρώρμησε. ἔθηκε pro ἐπέθηκε Arsenius.

5. στέγουσα scripserunt Valck. Brunck.

6. κατεπηγγειλαμένη Arsen. ἡ δὲ κατεπηγγείλατο Ald. Eudoc.

7. κατὰ τὴν προαίρεσιν et προένεγκε Arsenius.

θέλων [8] τὴν ἀπηγχονισμένην, εὗρεν αὐτῇ προσηρτημένην δέλτον [9], δι' ἧς Ἱππολύτου φθορὰν κατηγόρει καὶ ἐπιβουλήν· πιστεύσας δὲ τοῖς γεγραμμένοις, τὸν μὲν Ἱππόλυτον ἐπέταξε φεύγειν· αὐτὸς δὲ τῷ Ποσειδῶνι ἀρὰς ἔθετο, ὧν ἐπακούσας ὁ θεὸς, τὸν Ἱππόλυτον διέφθειρεν. Ἄρτεμις δὲ τῶν γεγενημένων ἕκαστα διασαφήσασα Θησεῖ, τὴν μὲν Φαίδραν οὐκ ἐμέμψατο [10], τοῦτον δὲ παρεμυθήσατο, υἱοῦ καὶ γυναικὸς στερηθέντα· τῷ δὲ Ἱππολύτῳ τιμὰς [11] ἔφη ἐπιχωρίους ἐγκαταστήσασθαι.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Τροιζῆνι [12]. ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος [13] ἄρχοντος, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἑβδόμῃ, ἔτει τετάρτῳ. πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἱππόλυτος [14] δεύτερος, καὶ ΣΤΕΦΑΝΙΑΣ προσαγορευόμενος. ἐμφαίνεται δὲ ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον, ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι. τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πρώτων.

8. σπεύδων pro θέλων Arsen. Par. Flor.

9. βίβλον Arsen.

10. οὐ κατεμέμψατο Par. οὐκ ἀπεμέμφατο Arsen. Paullo ante, ἕκαστα pro ἕκαστον dedi, Valckenaerium secutus.

11. „Quod est in Ed. Arsenii, τιμὰς ἔφη γῆς ἐγκαταστήσασθαι praebent Codd. quoque Paris. et Flor. hinc scribi quoque poterit, γῇ ἐγκαταστήσασθαι.“ Valck.

12. ἐν Θήβαις Ald. Arsen. errore satis inepto. Quae sequuntur omittit Aldus.

13. Ἀμεινῶνος Par. mox Ἰαφῶν Arsen.

14. Prior fabula Euripidea, ad quam respexit Argumenti Scriptor, nomine Ἱππολύτου Καλυπτομένου laudatur a Jul. Polluc. Onomast. IX. 50. Scholiast. ad Theocr. Idyll. II. 10. Tituli vero causam fuisse opinantur Viri docti, quod in ultima ejus fabulae scena Hippolytus non vivus, ut in superstite Tragoedia, sed mortuus et Καλυπτόμενος delatus est.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.

ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

ΠΟΛΛΗ μὲν ἐν βροτοῖσι, κοὐκ ἀνώνυμος
θεὰ κέκλημαι Κύπρις, οὐρανοῦ τ' ἔσω·
ὅσοι τε πόντου τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν

1. 2. *Πολλή.* Scholiasta, δυνατὴ, θαυμαστὴ, μεγίστη. 1
Valckenaerius statuit hanc vocem idem valere quod in aliis locis σεμνὴ, μεγάλη, τιμία. *Κέκλημαι* significat *sum*, quo sensu apud Tragicos non infrequens est. Aeschylus Pers. 240. *Οὔτινος δοῦλοι κέκληνται φωτὸς, οὐδ' ὑπήκοοι.* Soph. Trachin. 738. *Ἄλλου κεκλῆσθαι μητέρ'.* Noster Hecub. 484. *Ἐν ξείνᾳ χθονὶ δὴ κέκλημαι Δούλα.* 629. *Ὁ δ' ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος.* Electr. 368. „*Κεκλῆσθαι pro γενέσθαι Eur. Protesilao Suid. v. πενθερά. Rhadamantho Stob.* p. 269. *ed. Grot. Phryxo* p. 53. *Phoen.* 570. (576.) *γενήσεται (κεκλήσεται) Suppl.* 915. *apud Stobaeum.*" R. P. De Phoenissarum et Supplicum locis videndus ipse Porsonus ad Phoen. 576. Nostros versus citat Grammaticus Incertus περὶ Σολοικίας, quem Valckenaerius Ammonio suo subjecit, p. 102. Eosdem παρῳδεῖ Lucianus Podagra Tom. III. p. 665. et suo more insulse mutatos adhibet Auctor dramatis *Christi Patientis*, quod posthac designabo per literas *X. Π.* 102. Huc etiam respexit Philostratus De Vita Apollonii VI. p. 282, 8. observante Valckenaerio.

3. *πόντου* male intelligit Musgravius post Scholiastam de Ponto Euxino. Montem Atlantem fingebant Poetae et maris et naturae finem esse. Infra 1056. *Πέραν γε πόντου καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν, Εἴ πως δυναίμην.* Vide etiam v. 741. et sequentia. Hunc versum cum tribus sequentibus habet Athenaeus XIII. p. 600. C. Dubito annon rectius legeretur *ὅσοι δὲ*, quod nonnulli voluerunt, ob *τὸ μὲν* praecedens.

ναίουσιν εἴσω, φῶς ὁρῶντες ἡλίου,
τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη,
σφάλλω δ', ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.
ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε,
τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.
δείξω δὲ μύθων τῶνδ' ἀλήθειαν τάχα.
ὁ γάρ με Θησέως παῖς, Ἀμαζόνος τόκος,
Ἱππόλυτος, ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα,
μόνος πολιτῶν τῆσδε γῆς Τροιζηνίας

5. πρεσβεύειν· προτιμᾷν Hesych. eadem habet Photius in voce addens Εὐριπίδης. Hac significatione vox adhibetur Aesch. Choeph. 486. τόνδε πρεσβεύσω τάφον. Soph. Trach. 1067. Καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσῃς πλέον. Alcest. 293. Rhes. 944.

8. Confert Porsonus in Adversariis p. 231. cum loco Supplicum 232. θεοὺς — οἵτινες τιμώμενοι χαίρουσι. Huc respexit Plutarchus Erotico Tom. II. p. 766. C. et, ut videtur, Clemens Alex. Strom. VII. p. 848, 13. notante Valckenaerio. Versus 8. 9. citat Scholiasta Venet. ad Iliad. P, 567.

10. Simile est Iph. T. 239. Ἀγαμέμνονος παῖ, καὶ Κλυταιμνήστρας τέκος. Ejusdem pleonasmi alia exempla, Aesch. Prom. 140-1-2. Soph. Antig. 1115. Alcest. 525. notavit Blomfieldius ad Promethei locum. De nomine matris Hippolyti silet Euripides. Antiopam fuisse tradunt Plutarchus in Thes. Tom. II. p. 13. D. Seneca in Hippolyto Tragoedia, Scholiast. ad hujus fabulae v. 580. Schol. ad Hom. Odyss. Λ. 320. Tzetzes ad Lycophr. 1329. Servius ad Virg. Aen. XI. 761. Contra ex Hippolyta, Antiopae sorore, natum perhibent idem Plutarchus Parall. Tom. II. p. 314. A. Clidemus apud Plutarch. Tom. I. p. 13. A. et Auctor argumenti hujus fabulae. Quae de his Amazonibus veteres tradidere, collegit et recensuit Meursius in Theseo cap. 20. et 21.

11. παίδευμα pro alumno apud Tragicos occurrit, quemadmodum λόχευμα, κήδευμα, μίσημα et alia ejus generis pro personis adhibentur. Electr. 891. Σύ τ', ὦ παρασπίστ', ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου Παίδευμα, Πυλάδη. Ceterum παιδεύματα de Hippolyto solo dicitur, ut in Sophoclis Philoct. 36. τεχνήματα de uno poculo; Antig. 568. νυμφεῖα de Antigona; in Nostri Hec. 269. προσφάγματα de una victima. Orest. 1051. κέδρου τεχνάσματα de uno sepulcro. Androm. 1277. συγκοιμήματα de Thetide. Troad. 254. νυμφευτήρια de Cassandra: quae exempla attulit Porsonus ad Orestis locum defendendum. Idem ad Iph. Aul. 7. „παιδεύματα recte scriptum *apud Eurip. Hippol.* 11. *in* παίδευμα *degeneravit apud Plutarchum Thes.* p. 2. B.“

λέγει κακίστην δαιμόνων πεφυκέναι·
ἀναίνεται δὲ λέκτρα, κοὐ ψαύει γάμων·
Φοίβου δ᾽ ἀδελφὴν Ἄρτεμιν, Διὸς κόρην,
τιμᾷ, μεγίστην δαιμόνων ἡγούμενος·
χλωρὰν δ᾽ ἀν᾽ ὕλην παρθένῳ ξυνὼν ἀεὶ,
κυσὶν ταχείαις θῆρας ἐξαιρεῖ χθονὸς,
μείζω βροτείας προσπεσὼν ὁμιλίαν.
τούτοισι μέν νυν οὐ φθονῶ· τί γάρ με δεῖ;
ἃ δ᾽ εἰς ἔμ᾽ ἡμάρτηκε τιμωρήσομαι
Ἱππόλυτον ἐν τῇδ᾽ ἡμέρᾳ· τὰ πολλὰ δὲ
πάλαι προκόψασ᾽, οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ.

14. *ψαύει γάμων* et infra 1030. *ἅψασθαι γάμων* usurpantur eodem prorsus sensu ac *εὐνῆς θιγεῖν* infra 889. Electr. 255. *εὐνῆς ἅψασθαι* Phoen. 960.

18. *ἐξαιρεῖ. ἐκ μέσου αἱρεῖ, ἀφανίζει.* Schol. Ante Valckenaerium legebatur *ἐξαίρει* mendose. Laudat ille Pausaniam II. p. 184. m. *λύκους ἐφαίνετό μοι τὴν Τροιζηνίαν λυμαινομένους ἐξελεῖν ὁ Ἱππόλυτος.* Confert Elmsleius Herod. I. 36. *καὶ διακελεύσομαι τοῖσι ἰοῦσι, εἶναι ὡς προθυμοτάτοισι συνεξελεῖν ὑμῖν τὸ θηρίον ἐκ τῆς χώρης.*

19. Vulgo legitur *ὁμιλίας*, constructione minus usitata. Lasc. *ὁμιλίᾳ*. Dedi *ὁμιλίαν* ex emendatione Porsoni, quam confirmare videtur Fragm. Eurip. Aeoli apud Stobaeum XXII. p. 187, 43. *Σιγᾶν φρονοῦντα κρεῖσσον εἰς ὁμιλίαν Πεσόντα.* Quam facile haec vox vel in *ὁμιλίας* vel in *ὁμιλίᾳ* depravari posset, nemo non videt.

20. *μέν γ᾽ οὖν οὐ* Ald. *μὲν νῦν οὐ* A. B. D. *μὲν οὖν οὐ* P. *τούτοις μὲν οὖν οὐ* E. Lasc. Correxit Valckenaerius.

22. *ἡμέρα* Lasc.

23. *προκόψασ᾽* est pendens nominativus pro genitivo participii positus, cujus constructionis exempla dabunt Aeschylus Suppl. 455. *Καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια, Γένοιτο μύθου μῦθος ἂν θελκτήριος.* Choeph. 518. *Τὰ πάντα γάρ τις ἐκχέας Ἀνθ᾽ αἵματος ἑνὸς, μάτην ὁ μόχθος.* Prometh. 209. Sophocles Oedip. Tyr. 101. ubi Mudgii emendationem *ὡς τήνδ᾽ αἷμα χειμάζον πόλιν* recipiendam esse me olim monuit Porsonus. Oedip. C. 1120. *Τέκν᾽ εἰ φανέντ᾽ ἄελπτα μηκύνω λόγον.* Euripides Phoen. 290. *Μέλλων δὲ πέμπειν μ᾽ Οἰδίπου κλεινὸς γόνος Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάρας, Ἐν τῷδ᾽ ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.* Nostrum et Phoenissarum locum protulit Eustathius ad Iliad. B. p. 236, 36 = p. 179, 16. De hoc Atticismo, quem Grammatici alii *Σολοικισμὸν*, alii *Ἀρχαϊσμὸν* vocabant, videas, si placet,

ἐλθόντα γάρ νιν Πιτθέως ποτ' ἐκ δόμων,
σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων,
Πανδίονος γῆν, πατρὸς εὐγενὴς δάμαρ
ἰδοῦσα Φαίδρα, καρδίαν κατείχετο
ἔρωτι δεινῷ, τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασι.
καὶ πρὶν μὲν ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν,
πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, κατόψιον
γῆς τῆσδε, ναὸν Κύπριδος καθείσατο,

Kusterum ad Aristoph. Plut. 277. Gregor. Corinth. p. 33. *προκόψασα* exponit Scholiasta per *προκατασκευάσασα*. Vox hoc sensu cum accusativo adhibetur Thucyd. VII. 56. *Καὶ τοῦ ναυτικοῦ μέγα μέρος προκόψαντες.* Vid. inf. 1292. Hecub. 955. Alcest. 1098. Metaphora sumpta videtur ab iis, qui ligna et alia impedimenta in itinere concidunt. Hinc etiam *προκόπτειν* erat *progredi*; ut in notis illis locutionibus *προκόπτειν ἐν ἡλικίᾳ*, *προκόπτειν ἐν σοφίᾳ*. Deinde *δεῖ με πόνου* constructio apud Euripidem satis frequens (vid. infra 492. 686.) pro qua communes Graeci dicebant *δεῖ μοι πόνου*. De his formulis consulendus Porsonus ad Orest. 659.

25. Recte interpretatur Valckenaerius, „*Ut Eleusinia viseret veneranda mysteria, hisque adeo visis perficeretur* — *οἱ μεμυημένοι* namque non nisi post quinquennium in sacrarium interius admittebantur ad arcana spectanda; tum demum fiebant *ἐπόπται* et *τέλειοι*." Hanc rem respexerunt Sophocles apud Plutarchum Tom. II. p. 21. E. *ὡς τρὶς ὄλβιοι Κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη, Μόλωσ' ἐς Ἅιδου.* Plato in Phaedro p. 250. B. *εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν μακαριωτάτην.* Andocides p. 5, 18. *μεμύησθε καὶ ἑωράκατε τοῖν θεοῖν τὰ ἱερά* (malim *ταῖν*). Ovid. Heroid. IV. 67. *Tempore, quo vobis inita est Cerealis Eleusin, Gnosia me vellem detinuisset humus. Tunc mihi praecipue (nec non tamen ante) placebas: Acer in extremis ossibus haesit amor.*

27. MSS. et Editiones habent *κατέσχετο*. Sed passivam vocem sensus postulat, et dubitare videtur Porsonus ad Orest. 1330, an unquam *κατάσχω* pro *κατέχω* usurparint Attici. Edidi igitur levi mutatione *κατείχετο*. Conferas Bacch. 1124. *Ἐκ Βακχίου κατείχετ'.*

30. 31. Interpretatur Valckenaerius post alios, *ad ipsam rupem Palladis, quae hanc terram despectat*: conferens Virgilii locum Aen. I. 420. *Jamque adscendebant collem, qui plurimus urbi Imminet, adversasque adspectat desuper arces.* Vocem *κατόψιος* habet Apollon. Rhod. B. 545. Alia forma *κάτοπτος* extat in Aeschyli Agam. 315. *Σαρωνικοῦ Πορθμοῦ κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλειν πρόσω Φλέγουσαν.* ubi Scholiasta exponit per *κα-*

ἐρῶσ᾽ ἔρωτ᾽ ἔκδημον· Ἱππολύτῳ δ᾽ ἔπι
τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρύσθαι θεάν.

τόψιον. Deinde ἐγκαθίσατο Aldus, quod cum aperte mendosum esset, primus correxit Dawesius Misc. Crit. p. 62. Ed. Burg. ἐγκαθείσατο, quod exhibent A. C. E. P. Flor. et Lasc. Vidit autem Valckenaerius post hoc verbum requiri Dativum. Legendum igitur censuit ναῷ Κύπριδος ἐγκαθείσατο, Ἐρῶσ᾽, Ἔρωτ᾽ ἔκδημον. ut scilicet intelligatur Phaedra simulacrum *Amoris Absentis* in templo Veneris dedicasse. Sententiam vero suam nemini, ut opinor, adprobare poterit Vir doctissimus. De templo Veneris a Phaedra in Hippolyti honorem extructo hic locutum esse Euripidem, ex aliis veterum locis satis constat. Diodorus Siculus IV. 62. p. 306, 24. hunc Tragici locum optime illustrat: μικρὸν δ᾽ ὕστερον Ἱππολύτου ἐπανελθόντος εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς τὰ μυστήρια, Φαίδρα διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεῖσα αὐτοῦ, τότε μὲν ἀπελθόντος ἱδρύσατο ἱερὸν Ἀφροδίτης παρὰ τὴν ἀκρόπολιν, ὅθεν ἦν καθορᾶν τὴν Τροιζῆνα. Similia habet Scholiasta Homeri Odyss. Λ. 320. qui historiam ex Asclepiade tradit: Φαίδρα — τὸ μὲν πρῶτον ἱερὸν Ἀφροδίτης ἐν Ἀθήναις ἱδρύσατο, τὸ νῦν Ἱππολύτειον καλούμενον. Addas Nostri Scholiast. qui et ἐγκαθίσατο per ἔκτισεν exponit. Cum igitur sententia loci manifesta sit, Dativus autem post ἐγκαθείσατο commode abesse nequeat, non dubitavi Musgravii conjecturam καθείσατο cum Brunckio in textum reponere: idque fidentius, propterea quod vocis ἐγκαθείσατο mentionem apud Grammaticos non invenio; Hesychius autem habet ἐκαθίσατο. ἱδρύσατο, et mox καθίσατο. ἱδρύσατο. utrobique reponendum videtur καθείσατο. Errorem credo profectum esse a librariis scribentibus ἐκαθείσατο. Verbum scilicet ab εἵσατο compositum tale augmentum non admittit.

33. Pro ὠνόμαζεν, quae vox Viros doctos mire offendit, Jortinus legendum putavit ὀνομάσουσιν: Valckenaerius conjecit ὑμνήσουσιν, quod in textum intulit Brunckius. Sed haec conjectura, audacior quam felicior, nata erat e loco Iph. T. 1457. cujus diversa est ratio. Duriuscula certe sententia est, nihil tamen mutandum. Vertas, *nomen dabat, quod in posterum valeret, in honorem scilicet Hippolyti positam esse Deam.* Tzetzes ad Lycoph. 1329. — Φαίδραν, ἥτις ἤρα τοῦ Ἱππολύτου, καὶ μὴ ἰσχυσάσης (l. -ύσασα) σχεῖν τοῦτον, ᾠκοδόμησε ναὸν τῇ Ἀφροδίτῃ, Ἐρωτικὸν αὐτὸν καλέσασα. Aliam interpretationem proponit Vir quidam eruditus, *postea autem praedicabat in honorem Hippolyti positam esse Deam.* Ceterum admodum probabilis est conjectura doctissimi Censoris Angli, (*Quarterly Review*. Vol. viii. p. 219.) interpolatos esse duos versus 32. 33. Scilicet sententia v. 34. Ἐπεὶ ΔΕ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα, respondet prae-

ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα,
μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν,
καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα,
ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγὴν,
ἐνταῦθα δὴ στένουσα, κἀκπεπληγμένη
κέντροις ἔρωτος, ἡ τάλαιν᾽ ἀπόλλυται
σιγῇ· ξύνοιδε δ᾽ οὔτις οἰκετῶν νόσον.
ἀλλ᾽ οὔτι ταύτῃ τόνδ᾽ ἔρωτα χρὴ πεσεῖν·
δείξω δὲ Θησεῖ πρᾶγμα, κἀκφανήσεται.
καὶ τὸν μὲν ἡμῖν πολέμιον πεφυκότα

cedentibus v. 29. *Καὶ πρὶν ΜΕΝ ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν* — his vero insertis versiculis ea antapodosis intercepta est ac sublata. Aliis etiam de hoc loco eadem est exorta suspicio.

34. Lascaris cum MSS. nonnullis habet *λίπει*. Aldus *λίπε*. Flor. *λοιπόν*. Sed recte *λείπει* Codices A. B. D. C. quod ex emendatione dedit Piersonus Verisim. p. 60. et primus recepit Musgravius.

35. Pallas filius erat Pandionis, frater Aegei. Is filiique ejus seditionem Athenis moventes, et regnum affectantes, a Theseo interfecti sunt. Historiae meminerunt Plutarchus in Thes. Tom. I. p. 5. E. Philochorus apud Euripidis Scholiastam.

37. *αἰνέσας· εὐαρεστήσας, συγκαταθέμενος* Schol. Sic infra v. 1315. *Ἔδωχ᾽ ὅσονπερ χρῆν, ἐπείπερ ᾔνεσε.* Alcest. 2. *Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι. Αἰνεῖν* eodem sensu adhibuit Homerus Iliad. Θ. 9. ubi *αἰνεῖτε.* Schol. *συγκατατίθεσθε.* Conferas notata ad locum Alcestidis. Observent tirones hanc vocem futurum apud Homerum *αἰνήσω*, apud Tragicos *αἰνέσω* semper adhibere. Tzetzes ad Lycophr. v. 1039. *Νόμος ἦν τὸν ἐργασάμενον φόνον φεύγειν ὅλον ἐνιαυτὸν μὴ φαύοντα τῆς πατρίδος.* Hesychius, *ἀπενιαυτισμὸς, ἡ εἰς ἐνιαυτὸν φυγὴ τοῖς φόνον δράσασι.* De hac lege videndus Petitus Leg. Att. VII. Tit. I. 9. p. 613.

7 38. *κἀμπεπληγμένη* C. Fl. Aliam lectionem *καὶ πεπληγμένη* exhibet X. Π. 354. 748. quam praetulit Valckenaerius. Sed longe aptius sententiae est compositum: ut in Med. 8. *Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ᾽ Ἰάσονος.* Fragm. Eur. Antiop. ap. Stobaeum LXI. p. 386, 25. *καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων λέκτροις ἐν αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους.* Sed vide notam infra ad v. 1298.

40. Flor. *οὐδεὶς*, et in v. seq. *δεῖ* pro *χρή*.

42. *κἀναφανήσεται* Fl.

43. Brunckius dedit ex A. B. D. *πολέμιον νεανίαν.* Sed *πεφυκότα* habent ceteri Codices, Lasc. Ald. Valckenaerio videtur haec fuisse lectio prioris, illa secundae editionis. Crediderim

κτενεῖ πατὴρ ἀραῖσιν, ὡς ὁ πόντιος
ἄναξ Ποσειδῶν ὤπασεν Θησεῖ γέρας,
μηδὲν μάταιον εἰς τρὶς εὔξασθαι θεῷ.
ἡ δ' εὐκλεὴς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται
Φαίδρα· τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω κακὸν,
τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐμοὶ
δίκην τοσαύτην, ὥστε μοι καλῶς ἔχειν.
ἀλλ', εἰσορῶ γὰρ τόνδε παῖδα Θησέως
στείχοντα, θήρας μόχθον ἐκλελοιπότα,
Ἱππόλυτον, ἔξω τῶνδε βήσομαι τόπων.
πολὺς δ' ἅμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους
κῶμος λέλακεν, Ἄρτεμιν τιμῶν θεὰν
ὕμνοισιν· οὐ γὰρ οἶδ' ἀνεῳγμένας πύλας

equidem Euripidem praelaturum fuisse *πεφυκότα*, ut diceretur Hippolytus natura esse Veneri inimicus. Praeterea *νεανίαν* versum auribus ingratum efficit, litera *ν* septies repetita.

47. X. *Π.* 750.

48. 49. *καλὸν* pro *κακὸν* habent E. P. Schol. Aristoph. Ran. 314. probantibus Marklando et Heathio; et sic edidit Brunckius. Utrumque *καλόν*. *κακὸν* Lascaris. Sed Aldi et ceterorum Codicum lectionem *κακὸν* defendunt Aesch. Eum. 637. *Πατρὸς προτιμᾷ Ζεὺς μόρον.* 737. *γυναικὸς οὐ προτιμήσω μόρον.* Alcest. 777. *τῶν ἐν Ἀδμήτου κακῶν Οὐδὲν προτιμῶν.* Deinde Aldus et Codices nonnulli *τοῦ μὴ οὐ* mendose. Constructio *τὸ μὴ οὐ π.* subaudita praepositione frequens est apud Atticos. Vid. Soph. Trach. 622. Eur. Phoen. 1192. Pessime Valckenaerius post *προτιμήσω* distinctionem posuit.

53. Ita A. B. C. Fl. Lasc. *ἔξω τῶνδε βήσομαι δόμων* Aldus, errore satis manifesto; scena enim fabulae extra domum fuit. Vid. infra 108. 171. 179. etc. Pari errore v. 1391. *δόμοισι* exhibent plerique Codices: sed et ibi recte *τόποισι* A.

54. *ὀπισθόπους.* male Hesychius *ὑποστρέψας.* Vocem hic et infra 1174. interpreteris *pone sequens.* Habet Suidas, e tragoedia aliqua, ut opinor, *ὀπισθόπους δίκη.* Alia forma *ὀπισθόπος* extat in Aesch. Choeph. 711.

55. Brunckius e Codd. A. Fl. edidit *θεάν.* Ceteri cum Lascari et Aldo *θεὸν*, quod praetulit Valckenaerius. Et profecto *ἡ θεὸς* de *Diva* saepenumero apud Tragicos occurrit, sed nunquam, ut opinor, cum ipso Divae nomine hoc modo conjunctum. In hac fabula *θεὰ Κύπρις* occurrit v. 2. et 1415. *Ἄρτεμις θεὰ* v. 1391.

Αἴδου, φάος τε λοίσθιον βλέπων τόδε.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

ἕπεσθ' ἀείδοντες, ἕπεσθε,
τὰν Διὸς οὐρανίαν
Ἄρτεμιν, Ἄρτεμιν, ᾇ μελόμεσθα.

ΘΕΡΑΠΟΝΤΕΣ.

πότνια, πότνια, σεμνοτάτα,
Ζανὸς γένεθλον,
χαῖρε, χαῖρέ μοι, ὦ κόρα
Λατοῦς καὶ Διὸς Ἄρτεμι,
καλλίστα πολὺ παρθένων,
ἃ μέγαν κατ' οὐρανὸν
ναίεις εὐπατέρει' ἀν' αὐλὰν

57. φάος τε A. E. P. Lasc. Fl. ceteri cum Aldo habent φάος δέ.

58. ἀείδοντες Ald. quod ob numeros praetuli. ᾄδοντες A. Fl. Lasc. et sic Musgr. Valck. Brunck.

60. Deest alterum Ἄρτεμιν in A. et Lasc.

9 61. Θεραπόντων personam huic versui praefigit A. Perperam vulgo hoc canticum Choro tribuitur; quem errorem notant quoque veteres Scholiastae. Haec in suos usus convertit *X. Π.* 100. 130. 559. 645. Comparari jubet Valckenaerius canticum in Aristoph. Thesm. 114.

63. 64. Aldus, quem secuti sunt Editores, haec in tres versus ita disposuit; *Χαῖρέ μοι, ὦ κόρα, — Χαῖρέ μοι Λατοῦς — Ἄρτεμι καὶ Διός.* Alterum χαῖρέ μοι omittunt Lasc. et MSS. quidam. Primus equidem haec verba ut in optimo Codicum A. leguntur edidi; unde evadunt duo versus Glyconei, qualis est proxime sequens 65. Videas notata infra ad v. 735.

66. 67. μέγα A. Ἃ—ναίεις Lasc. cum Codd. quibusdam. Ἂ μ. κ. οὐ. ναίει D. E. Ald. et sic pleraeque editiones: omnes εὐπατέρειαν αὐλάν. Vidit autem Valckenaerius minus recte dici αὐλά, εὐπατέρεια. Est profecto Dianae epitheton in Apollon. Rh. I. 569. *Τοῖσι δὲ φορμίζων εὐθήμονι μέλπεν ἀοιδῇ Οἰάγροιο πάϊς νηοσσόον εὐπατέρειαν Ἄρτεμιν.* Legendum igitur putavit εὐπατέρειά γ', otiosa particula male adhibita. Pejus adhuc Brunckius ναίουσ' εὐπατέρειαι nulla auctoritate fretus in textum intulit. Lectio, quam recepi, debetur doctissimi Gaisfordii conjecturae, quam mecum communicatam voluit; nec dubito, quin ita scripserit Euripides: sic enim sententiae optime consulitur, ne lite-

Ζανὸς πολύχρυσον οἶκον.
χαῖρέ μοι, ὦ καλλίστα,
καλλίστα τῶν κατ᾽ Ὄλυμπον
παρθένων Ἄρτεμι.
III. σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω,
ἔνθ᾽ οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτά,
οὔτ᾽ ἦλθέ πω σίδηρος, ἀλλ᾽ ἀκήρατον

ra quidem vulgatae lectionis mutata. Homeri Διὸς αὐλὴ sumpsit quoque Aeschylus Prometh. 122. Noster Heracl. 919. χρυσέαν κατ᾽ αὐλάν. Eustathius ad Iliad. Δ. p. 436, 34=331, 50. conjuncta legit Ζηνὸς πολύχρυσον οἶκον, notans haec sumpsisse Euripidem ab Homerico Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ Il. Δ. 2. [εὐπατέρειαν αὐλὰν pro εὐδαίμονα πατρὸς αὐλὰν dictum accipit Elmsleius ad Iphig. T. 1082. in Museo crit. Cant. VI. p. 303. *ED. LIPS.*]

69. Hippolyti personam praefigunt Ald. et MSS. quidam.

72. In scenam prodiit Hippolytus, manu ferens coronam Dianae simulacro, quod ante fores stabat, imponendam; unde titulus Tragoediae, Ἱππόλυτος Στεφανηφόρος, a Grammaticis inditus est. Hos vero Euripidis versus in sensu figurato plerumque capiebant veteres: credentes scilicet Hippolytum de hymno, quem in honorem Deae nectebat, sub coronae nomine loqui. Videas variorum de hac allegoria commenta in Scholiis. Figurate haec transtulerunt Clemens Alex. Paedag. p. 313. Strom. I. p. 322, 16. Themistius Or. XV. p. 185. A. X. Π. 2588. Et sane dicebantur poetae πλέκειν στέφανον perinde ac πλέκειν ὕμνον, Pind. Ol. VI. 147. Affert Valckenaerius Aristoph. Ran. 1334. ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ Λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων. Lucret. I. 725. *Avia Pieridum peragro loca: — juvatque novos decerpere flores, Insignemque meo capiti petere inde coronam, Unde prius nulli velarint tempora Musae.* Hor. Carm. I. 26. *apricos necte flores, Necte meo Lamiae coronam, Pimplei dulcis.* Sed ut verum fatear, exempla ista ab his Euripideis aliena esse videntur. Non enim de carminis laude, sed pudicitiae, loquitur Hippolytus. Hanc orationem integram Latinis numeris pulcherrime convertit Muretus Var. Lect. VIII. 1.

74. Hunc versum dedit Plutarchus Contra Epicur. Tom. II. p. 1094. A. Ἀξιοῦν hic positum pro *audere*, ut infra 1047. Εἴπερ γυναικὸς ἠξίους ἐμῆς θιγεῖν. Heracl. 950. ἐμὸν Παῖδ᾽ ἠξίωσας, ὦ πανοῦργ᾽, ἐφυβρίσαι. Aesch. Pers. 335. et alibi. φέρβεις βροτὰ Fl. mendose.

75. οὐδ᾽ ἦλθε editiones omnes et Plutarchus loco citato;

μέλισσα λειμῶν' ἠρινὸν διέρχεται,
αἰδὼς δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις.

sed οὔτ' ἦλθε ob praecedens οὔτε legatur necesse est. „Religio erat Veteribus prata Diis consecrata falce tondere. — Inde Hesychius ἀδρέπανον. ἄδρεπτον, θεοῖς ἀνακείμενον. Σοφοκλῆς. An et huc pertinet ἄτομος λειμὼν Trach. 203?" *Musgr.* Affert autem Valckenaerius duo versus ex Meleagro Scirae Comici Tarentini apud Athenaeum IX. p. 402. C. Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ νέμειν βοτὰ, Οὔτ' ἀσχέδωρος νεμόμενος καρπώζεται. Quos idcirco laudavit Athenaeus, ut ostenderet, ὅτι οἱ περὶ τὴν Σικελίαν κατοικοῦντες ἀσχέδωρον καλοῦσι τὸν σύαγρον. Cum igitur prior horum versuum sit Euripidei Hippolyti, suspicatur Vir ingeniosus posteriorem etiam e nostro sumptum esse, vo-
11 cemque σύαγρος in aliis Codicibus pro σίδηρος aliquando obtinuisse. Scirae versus ab Athenaeo mutuatus est Eustathius ad Odyss. *T.* p. 705, 48. Ed. Bas. Inde notanda est varia lectio νέμειν pro φέρβειν. σίδαρος Fl.

76. Pro λειμῶν' Flor. habet χῶρον.' Deinde ἐαρινὸν plerique MSS. Sed altera forma ἠρινὸν, quam exhibent Lascaris et Aldus, Atticis usitata est. Valckenaerii conjecturam ἐαρινῇ, cui favet Scholiasta, in textum admisit Brunckius; sed debebat saltem ἠρινῇ. Jortinus autem (*Ecclesiastical History, Vol.* II. p. 131.) legendum censuit ἠρινὸς, et hanc profecto Viri summi opinionem amplexus est Porsonus. Sed vulgatam lectionem, quam edidi, aliquatenus defendit locus Supplic. 450. ubi exstat λειμῶνος ἠρινοῦ στάχυν.

77. αἰδώς. Haec vox, quae in omnibus Codicibus legitur, Viris doctis, praeter Brunckium, vehementer displicuit. Is. Vossius in Catullum p. 116. primus proposuit αἰώς, credens sane hanc esse Aeolicam formam pro ἕως: sed enm insigniter errasse nemo non videt; ab isto tamen errore derivata est Valckenaerianae editionis lectio, ἕως. Sed audiamus Porsonum in Appendice ad Toupium, Vol. IV. p. 450. „In Hippolyto ἕως edidit Valckenaerius, Toupio obsecutus; αἰδὼς retinet et defendit Brunckius. Neutrum equidem intelligo, neque intellexisse videtur Musgravius, qui conjicit *Ναΐς*." Post haec autem scripta Vir summus, ut ab amico docto accepi, αἰδὼς genuinam esse lectionem se credere profitebatur, et Euripidem hanc locutionem e scholis Philosophorum sumpsisse existimabat. Dixit autem Eubulus Athenaei XIII. p. 568. F. οἵας Ἠριδανος ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας. unde suspicatur Blomfieldius sub voce αἰδὼς latere fluminis alicujus nomen, fortasse *Λάδων*. Mihi quidem retinendum videtur αἰδὼς, recte autem intellexisse puto Musgravium, qui in margine exemplaris suae Editionis

ὅστις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάνθ' ὁμῶς,
τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις.

haec scripsit. „Si verum esset Ἠὼς, subjecisset, puto, Euripides non ποταμίαισι δρόσοις, sed οὐρανίαισι. Sensus videtur esse: Verecundiam idem Virtuti praestare, quod solet humor fluviatilis, ad hortos irrigandos adhibitus, herbis et seminibus teneris." Aliis fortasse magis arridebit prior Musgravii sententia interpretantis αἰδὼς, *Religio cultorum.*

78. 79. 80. Vulgo ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, κ. τ. λ. in qua scriptura consentiunt MSS. et Editiones veteres. Haec autem cum sequentibus nullo modo cohaerere possunt: emendabat igitur Valckenaerius ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλά γ' ἡ φύσις Τὸ σωφ. εἴλ. εἰς τ. π. ὁ. importuna particula γ' ad explendum 12
versum advocata: et hanc conjecturam, Viro tanto parum dignam, in textum suum recepit Brunckius. Alii alia conjecere: locum autem felicissime sanavit Porsonus, unius literae mutatione: Ὅστις διδακτὸν μηδὲν, — Τούτοις δρέπεσθαι, κ. τ. λ. ut ὅστις ad plurale τούτοις referatur; et similis constructionis exempla apud veteres complura in nota MSta indicavit. „*Confer Sophocl. Antig.* 718, 720. *Eur. Androm.* 180. *Aristoph. Ran.* 714. *Eur. Hec.* 859, 860. *Poet. apud Plutarch.* II. p. 33. *E. Eur. Electr.* 988, 989. *Aristoph. Eccles.* 683. 684. (*Eustath.* p. 415.) *Sophocl. Aj.* 769. *Electr.* 1538-9. *Hel.* 951. *ubi* παιδὶ *vulgo, sed omnes Stobaei editiones* LXXXVII. p. 500. (89. p. 36. *ed. Grot.*) παισί. *Med.* 223. 224. *Dict. fragm.* 13. *Tibull.* I. 6. 39." R. P. [Vulgatam scripturam defendit Reisigius Conject. I. p. 154. *ED. LIPS.*] Horum locorum quaedam in gratiam lectoris exscribam. Soph. Ant. Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ, Ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν, Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί. Electr. Χρῆν δ' εὐθὺς εἶναι τήνδε τοῖς πᾶσιν δίκην Ὅστις πέρα πράσσειν γε τῶν νόμων θέλει, Κτείνειν. Eur. Med. 221. ed. Pors. Δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστιν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, Ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς, Στυγεῖ δεδορκὼς, οὐδὲν ἠδικημένος. Horum exemplorum nonnulla protulit Eustathius p. 315, 3=314, 13. conferens Homer. Iliad. Γ. 279. Ἀνθρώπους τίννυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Locum ex Eustathio integrum apposuit Gaisfordius ad Andr. 180. Hunc Graecismum usurpavit Tibullus I. 6. 39. *Tunc procul absitis, quisquis colit arte capillos, Effluit effuso cui toga laxa sinu.* Ceterum de sententia loci Valckenaerius — „Respicit in his nostris Euripides quaestionem, istac aetate jam agitatam in scholis Sophistarum, περὶ ἀρετῆς, εἰ διδακτόν: quam tractarunt in Menone Plato, Aeschines Socr.

ἀλλ᾽, ὦ φίλη δέσποινα, χρυσέας κόμης
ἀνάδημα δέξαι χειρὸς εὐσέβοῦς ἄπο.
μόνῳ γάρ ἐστι τοῦτ᾽ ἐμοὶ βροτῶν γέρας·
σοὶ καὶ ξύνειμι, καὶ λόγοις ἀμείβομαι,
κλύων μὲν αὐδὴν, ὄμμα δ᾽ οὐχ ὁρῶν τὸ σόν.
τέλος δὲ κάμψαιμ᾽, ὥσπερ ἠρξάμην, βίον.

Dial. I. Auctor διαλεξέων Doricarum de Virtut. et Vitiis Diss. V. Plutarchus scripto libello docuit ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή. Egregie Quinctilian. Instit. Orat. XII. c. 2. init. *Virtus, etiamsi quosdam impetus ex natura sumit, tamen perficienda doctrina est.* paucis dixerat idem, Pindarum secutus, Horatius Carm. IV. 4. 33. *Doctrina sed vim promovet insitam.*" Addo, monente Viro docto, locum Xenophontis de Venatione xiii. 4. Ἐγὼ δὲ ἰδιώτης μέν εἰμι, οἶδα δὲ ὅτι κράτιστον μέν ἐστι παρὰ αὐτῆς τῆς φύσεως τὸ ἀγαθὸν διδάσκεσθαι.

Conferendus est locus Baccharum 814. Οὐχ ὁ Διόνυσος ὡς φρονεῖν ἀναγκάσει Γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ φύσει Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ᾽ ἀεί, Τοῦτο σκοπεῖν χρή. Hos versus dedi, quomodo egregie corrigebat Porsonus; vulgo 13 enim legebatur Οὐχ ὁ Δ. μὴ σωφρονεῖν, et ἐν τῇ φύσει. MSS. omittunt μή.

79. Sic plerique Codices. ὁμοῦ D. Vulgata lectio εἰς τὰ πάντ᾽ ἀεὶ loco e Bacchis citato debetur.

80. Pro varia lectione ἕπεσθαι in margine habet B.

81. χρυσέᾳ κόμῃ maluit Valckenaerius: immerito. Noster Elect. 887. Δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ἀναθήματα. ubi pro ἀναθήματα, quod metrum corrumpit, ἀγάλματα reponi voluit Burneius (*Monthly Review, Jan.* 1799. p. 97.) quam Viri docti conjecturam suffuratus est Fiorillus in Annotationibus in Herodem Atticum p. 128. Sed rectius, ut opinor, ἀνδήματα legit Blomfieldius ad Aesch. Theb. 740.

83. Vulgo γέρας βροτῶν. sed alterum ordinem exhibent Fl. et X. Π. 2585. quem, ut concinniorem, cum Brunckio praetuli.

84. Sic Lasc. Ald. et MSS. καὶ λόγοις σ᾽ ἀμείβομαι edidit Brunckius monente Valckenaerio; sed rectius abest σ᾽. Confer Hec. 1186. Πρὸς τόνδε δ᾽ εἶμι, καὶ λόγοις ἀμείψομαι. Citat Valck. Xenoph. de Venatione i. 11. Ἱππόλυτος δὲ ὑπὸ μὲν τῆς Ἀρτέμιδος ἐτιμᾶτο καὶ ἐν λόγοις ἦν, σωφροσύνῃ δὲ καὶ ὁσιότητι μακαρισθεὶς ἐτελεύτησε.

85. αὐδῆς Ald. cum Codicibus quibusdam. Alii et Lasc. αὐδὴν, quod nuperi editores, monente Musgravio, receperunt.

86. ηὐξάμην Flor. et X. Π. 2593. Alibi occurrunt κάμ-

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ἄναξ, (θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών,)
ἆρ' ἄν τι μου δέξαιο βουλεύσαντος εὖ;
ΙΠ. καὶ κάρτα γ'· ἢ γὰρ οὐ σοφοὶ φαινοίμεθ' ἄν.
ΘΕ. οἶσθ' οὖν βροτοῖσιν ὃς καθέστηκεν νόμος;
ΙΠ. οὐκ οἶδα· τοῦ δὲ καί μ' ἀνιστορεῖς πέρι;
ΘΕ. μισεῖν τὸ σεμνὸν, καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον.
ΙΠ. ὀρθῶς γε· τίς δ' οὐ σεμνὸς ἀχθεινὸς βροτῶν;
ΘΕ. ἐν δ' εὐπροσηγόροισιν ἔστι τις χάρις;

πτειν βίον; et κάμπτειν τέλος βίου, metaphora sumpta ab agitatione curruum circa metam. Soph. Oed. C. 91. Ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον. Noster Hel. 1686. Ὅταν δὲ κάμψῃς καὶ τελευτήσῃς βίον. Electr. 960. πρὶν ἂν πέλας Γραμμῆς ἵκηται, καὶ τέλος κάμψῃ βίου.

87. Recte interpretatur Musgravius, *Rex, nam Dominus quidem nemo praeter Deos vocandus est.* Affert Valckenaerius ad illustranda senis ministri verba Xenophont. Cyrop. III. p. 178, 37. οὐδένα ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε. 14
Sensus loci mire fefellit Eustathium, qui hunc versum laudat ad Iliad. *Α*. p. 21, 18=16, 34. et ad Iliad. *Γ*. p. 423, 15=321, 16.

89. φανοίμεθ' ἂν habet Barnesii editio, vitio typographico.

91. Sensus est, *Ignoro, sed dic praeterea de quo me interrogas.* Porsonus ad Phoeniss. 1373. alia loca Tragicorum protulit, in quibus copula καὶ interrogativis τίς, πῶς, ποῖ, ποῦ, ποῖος postponitur; ut infra 1166. Πῶς καὶ διώλετ' εἰπέ. Male igitur Valckenaerius sustulit distinctionem post οἶδα· pessime Brunckius edidit Οὐκ οἶδα τοῦ μ' ἀνιστορεῖς νόμου πέρι, pedibus tertio et quarto in eadem voce conclusis: versus enim tam immodulatus Atheniensi tragico non erat obtrudendus.

92. Exponit Suidas diversos sensus vocis σεμνὸς hic et infr. 98. Σεμνόν· ἐπὶ τοῦ ἀξιωματικοῦ λέγουσι· ἔσθ' ὅτε δὲ ἐπὶ τοῦ ὑπερηφάνου τιθέασι· Εὐριπίδης Μηδείᾳ (217) οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν Σεμνοὺς γεγῶτας. καὶ ἐν Ἱππολύτῳ· (92). καὶ ἔνδοξον· Εὐριπίδης Ἱππολύτῳ· Πῶς οὖν σὺ σεμνὸν δαίμον' οὐ προσεννέπεις;

94. Vocem εὐπροσήγορος exponit Valcken. per Latinam *affabilis*, citans Cic. Offic. II. 14. *Difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasque sermonis.* Legitur Alcest. 791 εὐπροσηγόρῳ φρενί. Suppl. 871. εὐπροσήγορον στόμα.

ΙΠ. πλείστη γε, καὶ κέρδος γε σὺν μόχθῳ βραχεῖ.
ΘΕ. ἦ κἀν θεοῖσι ταὐτὸν ἐλπίζεις τόδε;
ΙΠ. εἴπερ γε θνητοὶ θεῶν νόμοισι χρώμεθα.
ΘΕ. πῶς οὖν σὺ σεμνὴν δαίμον' οὐ προσεννέπεις;
ΙΠ. τίν'; εὐλαβοῦ δὲ, μή τι σοὺ σφαλῇ στόμα.
ΘΕ. τήνδ', ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις.
ΙΠ. πρόσωθεν αὐτὴν ἁγνὸς ὢν ἀσπάζομαι.

95. πλείστη τε ediderunt Valck. et Brunck. e Flor. male; postulatur enim altera particula: neque repetita γε cuiquam displicere debet, cum propriam vim utrobique servat. Vertas, *Imo maxima, quin et lucrum cum labore exiguo.* Equidem olim conjiciebam καὶ κέρδος τι: mox conjecturam istam inutilem judicavi; quod nunc moneo, cum eandem lectionem aliis quoque placuisse intelligam. Legit doctissimus Jacobus Tate, καὶ κέρδος δὲ σὺν μ. β. fortasse recte.

15 96. ἐλπίζεις. Schol. ὑπονοεῖς.

97. Eurip. Fragm. Incert. 186. Πῶς οὖν τάδ' εἰσορῶντες, ἢ θεῶν γένος Εἶναι λέγωμεν, ἢ νόμοισι χρώμεθα;

98. σεμνὴν σὺ Lasc. σεμνὸν Flor. et Suidas in voce. Photius vero, a quo verba supra citata sumpsit Suidas, recte habet σεμνήν.

99. μή τι σου Lasc. σφάλλῃ Flor. Omnino assentior Musgravio, suspicanti Furias innui, quae κατ' ἐξοχὴν dictae sunt σεμναὶ θεαί. Photius Lex. Σεμναὶ θεαί. κατ' εὐφημισμὸν αἱ Ἐριννύες· ὥσπερ αἱ αὐταὶ καὶ Εὐμενίδες ἐκαλοῦντο: similia habent Hesychius et alii Grammatici. Huc igitur respicit Hippolyti monitio; nam Furias nominare nefas habebatur. Vid. Orest. 37. et 402. ΟΡ. Ἔδοξ' ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προσφερεῖς κόρας. ΜΕ. Οἶδ' ἃς ἔλεξας, ὀνομάσαι δ' οὐ βούλομαι. ΟΡ. Σεμναὶ γάρ· εὐπαίδευτα δ' ἀποτρέπει λέγειν.

100. πύλῃσι Lasc. Verum in his terminationibus parum sibi constant libri, ut ad eorum auctoritatem in talibus vix provocemus. Res quidem ad liquidum perduci non potest; vulgares autem formas in Euripide semper retinere malui.

101. Porsonus ad Med. 139. V. „Plutarch. T. II. p. 777, 8. ὡς τὴν Ἀφροδίτην ὁ Ἱππόλυτος ἄπωθεν ἁγνὸς ὢν ἀσπάζεται. Versus est Euripidis Hippolyti 102 (ed. Musg.) unde saltem variam lectionem lucramur, ἄπωθεν pro πρόσωθεν. At hoc, inquies, leve est. Leve sane est, sed hoc ipsum oculos effugit Valckenaerii, *nostrum melioris utroque.* Nihil contemnendum est, neque in bello, neque in re critica." Contra πρόσωθεν, ut videtur, Themist. XVI. p. 211, B. Plato de Rep. VI. p. 499. A. quod ipse Porsonus in nota MSta monuit.

ΘΕ. σεμνή γε μέντοι, κἀπίσημος ἐν βροτοῖς.
ΙΠ. ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει.
ΘΕ. εὐδαιμονοίης, νοῦν ἔχων ὅσον σε δεῖ.
ΙΠ. οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν.
ΘΕ. τιμαῖσιν, ὦ παῖ, δαιμόνων χρῆσθαι χρεών.
ΙΠ. χωρεῖτ' ὀπαδοὶ, καὶ παρελθόντες δόμους,
σίτων μέλεσθε· τερπνὸν ἐκ κυναγίας
τράπεζα πλήρης· καὶ καταψήχειν χρεὼν
ἵππους, ὅπως ἂν ἅρμασι ζεύξας ὕπο,
βορᾶς κορεσθεὶς, γυμνάσω τὰ πρόσφορα.
τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.

103. *μέλοι* Eustathius, qui hunc versum citat ad Iliad. *B.* p. 245, 15=185, 43, monens eum expressum esse ab Homerico *Ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔρεζε θεῶν αἰειγενετάων*, Il. *B.* 400.

104. *ὅσον γ' ἔδει* Flor. *οἷόν σε δεῖ* Wakefieldius in margine editionis Musgravianae.

105. *θαυμάζειν* est *colere* vel *honorare*. ut in Fragmento Euripidis Aeoli apud Stobaeum XCI. p. 507, 31. et Athenaeum IV. p. 159. D. *Μὴ Πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεὸν, Ὃν χὠ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.* et in aliis locis apud Valckenaerium. Imitati sunt Latini: Virgil. Georg. IV. 215. *illum admirantur, et omnes Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes.* Horat. Carm. IV. xiv. 42. *te profugus Scythes Miratur, O tutela praesens Italiae, dominaeque Romae.*

106. *τιμαῖσιν* intelligit Valckenaerius de partibus, quas administrandas singuli Divi sortiti erant: et sententiam suam subtili eruditione, ut solet, defendit. Sed fallitur, ut opinor, Vir doctissimus. *Τιμαὶ δαιμόνων* sunt *honores Divis debiti*, ut in Herc. F. 854. *θεῶν ἀνέστησεν μόνος Τιμὰς, πιτνούσας ἀνοσίων ἀνδρῶν ὕπο.*

108. *ἕλεσθε* Fl. *τερπνῶν* Lasc.

109. *καταψήχειν* Gloss. *ψηκτρίζειν.* Est quidem *strigilibus abstergere*, ut exposuit Piersonus Verisim. p. 133. conferens hujus fabulae v. 1169. *Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας.*

111. Xenoph. Anabas. I. ii. 7. *ὁπότε γυμνάσαι βούλοιτο ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἵππους.*

112. Eadem phrasis infra 1062. Hesychius *πολλὰ χαίρειν φράσας* exponit per *ἀποταξάμενος*, Suidas per *ἀποταξάμενος, ἀπογνούς.* Aesch. Ag. 583. *Καὶ πολλὰ χαίρειν ξυμφοραῖς καταξιῶ.* Arist. Acharn. 200. *Χαίρειν κελεύων πολλὰ τοὺς Ἀχαρνέας.* Loca, quae sequuntur, notavit eruditissimus Blomfieldius: „Nossis Epigr. X. p. 90. Wolf. *χαίροις πολλὰ, μάκαιρα γύ-*

ΘΕ. ἡμεῖς δὲ, τοὺς νέους γὰρ οὐ μιμητέον,
φρονοῦντες οὕτως, ὡς πρέπει δούλοις λέγειν,
προσευξόμεσθα τοῖσι σοῖς ἀγάλμασι,
δέσποινα Κύπρι· χρὴ δὲ συγγνώμην ἔχειν,
εἴ τις σ', ὑφ' ἥβης σπλάγχνον ἔντονον φέρων,

ναι. Diphilus Athenaei IV. p. 157. A. οὗτος ἱερὸς ἀνθίας, 17 Ὃς πολλὰ χαίρειν τὰς κίχλας ἤδη λέγει. ubi legendum τὰς κίχλας. Rufinus in Anthol. VII. 136. Ῥουφῖνος τῇ 'μῇ γλυκερωτάτῃ ἐλπίδι πολλὰ χαίρειν. Incertus ibid. 173. ἐῤῥῶσθαι μυρία σ' εὐχόμενος."

114. In hoc versu nuperi editores fere omnes haeserunt. Emendabat Musgravius Φρονοῦντας οὐ τὼς, ὡς πρέπει δ. λ. contra sensum loci, et Tragicorum consuetudinem: vox enim τὼς senariis ignota est. Miror Valckenaerio placuisse conjecturam amici Musgravii, legentis, Φρονοῦντας οὕτως, ὡς π. δ. λ. Brunckii et Jacobsii conjecturas cum lectore communicare nolo. Si quid mutandum, mallem cum Reiskio legere Φρονοῦντες οὕτως, ὡς πρέπει δούλοις φρονεῖν, quod Euripideo loquendi modo magis consentaneum esset. Fragm. Alexandrae apud Stobaeum LX. p. 385, 50. Δοῦλον φρονοῦντος μᾶλλον ἢ φρονεῖν χρεών. Bacch. 1123. οὐ φρονοῦσ' ἃ χρὴ φρονεῖν. Nec tamen ea conjectura adeo certa est, ut in textum recipere ausim, et vulgatam lectionem, in qua consentiunt MSS. et Edd. veteres, fortasse defendet versus Orest. 246. Καὶ μὴ μόνον λέγ', ἀλλὰ καὶ φρόνει τάδε.

115. Ita cum Valckenaerio et Brunckio e duobus MSS. edidi. Ceteri cum Lasc. Ald. προσευχόμεσθα.

116. δεῖ σε συγγνώμην ἔχειν X. Π. 1042. qui quatuor versus 115-8. adhibet. Mavult Valkenaerius σ' post συγγνώμην inserere, frustra. Locutio συγγνώμην ἔχειν duplicem habet significationem, *veniam dare*, et *excusationem habere*, i. e. *veniam mereri*; in priore tamen, quae et hic obtinet, longe frequentius adhibetur. Suppl. 252. Ἥμαρτεν· ἐν νέοισι δ' ἀνθρώπων τόδε Ἔνεστι· συγγνώμην δὲ τῷδ' ἔχειν χρεών. Orest. 658. Soph. Elect. 400. Contra in altero sensu occurrit Phoen. 1009. Soph. Trach. 328.

117. εἴ τις σ' A. Flor. et sic Musgr. Brunck. recte. "βάζειν cum duplici accusativo jungitur etiam in Rheso 721." Omittunt σ' B. P. et X. Π. 1043. Male revocavit Valckenaerius εἴ τις γ', quod habent Lasc. et Ald. scilicet otiosae particulae γε saepius patrocinatur Vir summus. Deinde ἔντονον Lasc. Ald. In prima editione dederam cum MSS. εὔτονον, quod in suo quoque exemplari invenit X. Π. Sed recte monuit Censor eruditus (Quar-

μάταια βάζει· μὴ δόκει τούτων κλύειν·
σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς.

ΧΟΡΟΣ.

ὠκεανοῦ τις ὕδωρ στά- στρ. α΄.
ζουσα πέτρα λέγεται βαπ-
τὰν κάλπισι ῥυτὰν
παγὰν προϊεῖσα κρημνῶν·
ὅθι μοι τις ἦν φίλα
φάρεα πορφύρεα

terly Rev. vol. viii. p. 220.): εὔτονος esse robustus, ἔντονος autem violens; citans Sophocl. apud Plutarch. p. 145. οἱ μαργῶντες ἐν- 18 τονώτατοι. Plat. Theaetet. 28. p. 150. ed. Fisch. οἱ ἔντονοι καὶ δριμεῖς.

118. τούτων X. II. et Lasc. cum MSS. quibusdam; et hoc praetulit Valckenaerius. Ceteri cum Aldo τοῦτον.

119. χρὴ pro δεῖ habet MS. Parisiensis apud Valck. Sed hae voces saepissime permutantur. Similis est sententia Bacch. 1348. Ὀργὰς πρέπει θεοὺς οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς.

120. Recte interpretari videtur Valckenaerius, *mari vicina rupes, aquam stillans*. Talem fuisse prope Troezena rupem, testis est Dionysodorus in Libro de Fluminibus apud Scholiastam. Hanc interpretationem firmat etiam Epigramma Crinagorae a Blomfieldio indicatum, Anthol. I. 36. 1. Δῶπος ἀποκλύζουσα παρὰ κροκάλῃσι θαλάσσης Χερνῆτις, δειροῦ τυτθὸν ὕπερθε πάγου, κ. τ. λ. Musgravius vero secutus est errorem Eustathii ad Il. Β. p. 355, 16=267, 28. intelligentis Ὠκεανοῦ ὕδωρ de aqua fontana.

122. βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν, „laticem tam copiosum, ut urnis aquam haurire potuerint ὑδροφόροι Troezeniae." Valck. Hesychius, hunc locum respiciens, exponit βαπτάν. ἀντλουμένην (i. e. *quae hauritur.*) Callimachus in Lavacrum Palladis 45. Σάμερον ὑδροφόροι μὴ βάπτετε, nempe τὰς κάλπιδας.

124. τόθι D. E. Lasc. Ceteri Codd. cum Aldo ὅθι, quae forma Poetica pro οὗ in Tragicis Choris alibi occurrit.

125. πορφύρεα φάρεα MSS. et Edd. Vocum ordinem immutavi, ut hic versus cum Antistrophico 135. melius congrueret. Idem fecit Hermannus de Metris p. 444. φάρος quidem apud Tragicos penultimam plerumque corripit: producit autem in senariis (ut apud Homerum semper) Aesch. Choeph. 9. et in ejusdem Salaminiis, apud Herodiani Librum MS. περὶ διχρόνων. (Vide Brunckii Lexicon Sophocleum voce φᾶρος) Ἐμοὶ γένοιτο φᾶρος ἶσον 19 οὐρανῷ. φάρεα Dactylus est in Nostri Iphig. Taur. 1157. In

ποταμίᾳ δρόσῳ
τέγγουσα, θερμᾶς δ' ἐπὶ νῶτα πέτρας
εὐαλίου κατέβαλλ'· ὅθεν μοι
πρῶτα φάτις ἦλθε δεσποίνας,
τειρομέναν νοσερᾷ κοί- ἀντ. α'.
τᾳ δέμας ἐντὸς ἔχειν οἴ-
κων, λεπτὰ δὲ φάρη
ξανθὰν κεφαλὰν σκιάζειν.
τριτάταν δέ νιν κλύω

Orest. 1484. Φάρεα πορφύρεα versum integrum Dactylicum efficit.

126. δρόσος simpliciter *aquam* significat hic et supra 77. Andr. 167. Iph. A. 182. Helen. 1400. Ion. 97. Aristoph. Ran. 1339. *Κάλπισί τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε.* Horat. Carm. III. 4. 61. *Qui* ROBE *puro* CASTALIAE *lavit Crines solutos.*

127. θερμοῦ Fl.

128. κατέβαλεν Lasc. Ald. κατέβαλ', Codd. A. Fl. Edidi κατέβαλλ', tum ob metrum, tum ob sententiam; tempus enim imperfectum postulatur. Male igitur Brunckius secutus est Musgravium conjicientem κατέβαλ'· ἔνθεν ἁμῖν, ne sic quidem restituto metro. Pejus autem rem gessit Hermannus, qui primum, in Libro de Metris p. 444. retinenda esse vulgata judicavit, postea vero, in Libro de Emendanda Grammatica, p. 56, nova et inaudita Euripidi e conjectura donanda censuit, εὐάλι' οὔδασι βαλοῦσ'· ὅθεν μοι. Vir doctus (*Quart. Rev.* vol. viii. p. 228.) legere vult πᾶς εὐείλου pro εὐαλίου.

129. πρῶτον Schol. πρῶτα Lasc. δέσποιναν vulgo. Sed δεσποίνας, quod exhibet A. et fortasse alii, elegantius est, et ob sedem in fine Strophae praeferendum videtur. Subauditur ἀμφὶ vel περί.

131. Duo MSS. habent ἔντοσθεν. οἴκων omittit Fl.

132. φάρη A. quod recepit Brunckius. Vulgo φάρεα contra metrum.

134. Sensus est; *Audio autem eam tertium hunc diem in pulchrum os cibum non accipere.* Habet quidem Euripides Orest. 41. Ὧν οὔτε σῖτα διὰ δέρης ἐδέξατο: hic autem pro οὐ δέχεσθαι σῖτα dixit magis poetice ἴσχειν δέμας ἁγνὸν Δάματρος ἀκτᾶς,
20 quomodo infra 1007. λέχους ἁγνὸν δέμας. Mirabere Valckenaerium periphrasin ἀμβροσίου στόματος δέμας excogitasse, et mox probasse infelicem Reiskii conjecturam τάνδ' ἑκὰς ἀμβροσίου. Eustathius ad Il. Δ. p. 438, 23=333, 12. hunc locum respiciens, docuit pulchra quaevis ἀμβρόσια dici, ut λόγος ἀμβρό-

τάνδε κατ' ἀμβρόσιον
στόματος ἀμέραν
Δάματρος ἀκτᾶς δέμας ἁγνὸν ἴσχειν,
κρυπτῷ πάθει θανάτου θέλουσαν
κέλσαι ποτὶ τέρμα δύστανον.
σὺ γὰρ ἔνθεος, ὦ κούρα, στρ. β'.
εἴτ' ἐκ Πανὸς, εἴθ' Ἑκάτας,
ἢ σεμνῶν Κορυβάντων,
ἢ ματρὸς οὐρείας φοιταλέου.
σὺ δ' ἀμφὶ τὰν πολύθηρον
Δίκτυνναν ἀπλακίαις

σιος, νὺξ ἀμβροσίη, ἀμβρόσιαι χαῖται, καὶ ἀμβρόσιον στόμα. Ceterum Homericam locutionem Δ. ἀ., quae fluxit ab Iliad. N. 322. Ὅς θνητός τ' εἴη, καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτὴν, sumpsit etiam Euripides apud Athenaeum IV. p. 158. E.

138. Vulgo κρυπτῷ τε πένθει. Sed A. Fl. et Lasc. omittunt copulam, quae ut sententiae noxia ejicienda erat: et delevit profecto Brunckius, qui de hoc versu egit ad Aesch. Pers. 35. Sed si legas κρυπτῷ πένθει, metrum cum antistrophico nullo modo congruere potest. Fallitur enim siquis cum Brunckio credit εὐαλίου in vocem trisyllabam contrahi, per synaloephiam scilicet, qualis apud Atticos nulla est. Haec verba exponit Scholiasta per ἐπ' ἀδήλῳ συμφορᾷ, unde colligo invenisse eum κρυπτῷ πάθει, quod et metrum restituit, et ad sensum melius est. Et sic quidem conjecisse video G. Burges. ad Troad. Praef. xii. etsi aliis rationibus adductum.

140. Pro σὺ γὰρ Brunckius nulla auctoritate edidit ἆρά γ' nimis de metro sollicitus; vox enim σὺ et hic et infra 144, quod praetervidit ille, longae ἢ in Antistrophicis respondet, brevi syllaba per emphasin quandam, ut opinor, sustentata. σύ γ' ἆρ' conjectura est in Exercit. Academ. Luzac. p. 9. Confer Med. 1163. Καί τις γεραιὰ προσπόλων, δόξασά που Ἢ Πανὸς ὀργὰς, ἤ τινος θεῶν μολεῖν, Ἀνωλόλυξε. ubi Schol. Πανὸς ὀργάς. τὰ πανικὰ δείματα. Huic Strophae haud absimilia sunt quae de Ajace conjicit Chorus in Sophoclis Aj. 172.

142. Conf. Horat. Carm. I. xvi. 5.

145. Δίκτυνναν Lasc. ἀμπλακίαις habent Editiones omnes: 21 sed voces ἀπλακεῖν, ἀπλακία, ἀπλάκημα semper in Tragicis omissa μ scribendas esse vel ex eo constat, quod multa sunt loca in quibus hanc scripturam metrum flagitet, nullum ubi respuat. Et profecto versus nonnullos, qui ob has formas neglectas, vitio laborabant, jam correxerunt Viri docti. Vim autem harum vo-

ἀνίερος ἀθύτων πελάνων τρύχει·
φοιτᾷ γὰρ καὶ διὰ λίμνας,
χέρσον θ' ὕπερ, πελάγους
δίναισιν νοτίαις ἅλμας.

cum recte cepit Blomfieldius ad Aesch. Prom. 112. „'Απλάκημα videtur formatum esse a πλάζω, *errare facio*, α praefixo πλεοναστικῶς, vel κατ' ἐπίτασιν; ut στάχυς, ἄσταχυς; βληχρὸς, ἀβληχρός; μέλγω, ἀμέλγω; et similia. Lex. MS. apud Herman. de Emend. Gr. Gram. p. 18. 'Απλάκημα· ἁμάρτημα· ἐκ τοῦ πλέκω, πλάκω, πλάκημα." Videtur Dictynna Diana fuisse Cretensibus. Aristoph. Ran. 1359. Δίκτυννα παῖς "Αρτεμις καλά. Vid. infra v. 1127. Narrat vero Diodorus Sic. IV. 76. p. 392, 42. Britomartin cognomen Δίκτυνναν ex eo habuisse, quod retia venatoria invenit: fuisse autem Dianae familiarem; unde nonnullos eandem esse Dictynnam et Dianam putasse: sacrificiis autem et templis apud Cretenses cultam esse. Aliam historiam, cujus meminit quoque Diodorus, secutus est Callimachus in Hymn. ad Dian. 190. ubi plura collegit Spanhemius.

146. Edidit Brunckius ἀνίεροις et in Antistrophico 156. λιμένα τόνδ', Heathio et Musgravio obsecutus, contra omnium librorum auctoritatem. Versus est anapaesticus dimeter, proceleusmaticum habens in prima sede. θυσίαι quidem ἄθυτοι vocabantur, quae vel ob mala auspicia, vel ob aliam causam non poterant rite sacrificari. Vertendum igitur, *Tu vero ex delictis circa venatricem Dictynnam admissis, ob liba scilicet non rite facta impietatis crimine laborans, conficere.* (Quae sequuntur, ex Addendis huc relata sunt.) Si ita vertendum sit, genitivus πελάνων pendet ab adjectivo ἀνίερος, et conferenda sunt notissima illa, Phoen. 334. "Απεπλος φαρέων λευκῶν. Electr. 312. 'Ανέορτος ἱερῶν. Soph. Oed. T. 191. ἄχαλκος ἀσπίδων. Electr. 36. "Ασκευον αὐτὸν ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ. Aj. 321. ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων. Ego vero, re magis perpensa, diversam esse nostri versus rationem puto. πελάνων regi videtur a verbo τρύχει. Monuit Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 68. τρύχεσθαι eandem constructionem habere, quam ἀπολαύειν, sensu penitus di-
22verso. Edidit igitur in Acharnensium loco Καὶ δῆτ' ἐτρυχόμεσθα τῶν Καΰστρίων Πεδίων ὁδοιπλανοῦντες, ἐσκηνημένοι. conferens Pac. 989. 'Ημῖν οἳ σοῦ τρυχόμεθ' ἤδη Τρία καὶ δέκ' ἔτη. et Nostri Helen. 1301. emendavit Σὺ δ', ὦ τάλαινα, μή τι τοῖς ἀνηνύτοις Τρύχου σὺ σαυτῆς, ubi vulgo σαυτήν.

147–8–9. Hujus loci impedita constructio editores summis molestiis affecit. Etsi χέρσον exhibent omnes MSS. cum Lasc. et Ald. Valckenaerius edidit χέρσον, e Scaligeri, ut videtur, con-

ἢ πόσιν, τὸν Ἐρεχθειδᾶν ἀντ. β'.
ἀρχαγὸν, τὸν εὐπατρίδαν,
ποιμαίνει τις ἐν οἴκοις,
κρυπτᾷ γε κοίτᾳ τῶν σῶν λεχέων;
ἢ ναυβάτας τις ἔπλευσεν
Κρήτας ἔξορμος ἀνὴρ
λιμένα τὸν εὐξεινότατον ναύταις,
φάμαν πέμπων βασιλείᾳ;
λύπᾳ δ' ὑπὲρ παθέων
εὐναία δέδεται ψυχά.
φιλεῖ δὲ τᾷ δυστρόπῳ γυναικῶν ἐπῳδός.

jectura. Delevi equidem distinctionem post χέρσον, et post ὕπερ posui; deinde δίναισι νοτίας Ald. δίναισιν νοτίαις Lasc. δίναις ἐν νοτίαις A. B. D. teste Musgravio; at δίναις ἐν νοτίαις exhibet A. juxta Hemsterhusii collationem. δίναις δ' ἐν ἐννοτίαις El. δίναις τ' ἐν νοτίαις conj. Wakefield. Si scripturam quam praetuli probabis, vertas, *Vadit enim etiam per mare, ultraque terram, pelagi vorticibus humidi sali.* Nimirum Dictynna, Dea Cretam incolens, ad sacra sua vindicanda mare transire potuit. *Λίμνη* autem simpliciter pro *mari* adhibetur quoque Nostro infra 741. Hecub. 450. Troad. 446. Praeivit Homerus Odyss. *Γ.* 1. *Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην.*

152. *πημαίνει* Lasc. Ald. et Codd. Scholiasta habet *βουκολεῖ, ἐξαπατᾷ.* unde collegit Canterus Euripidem dedisse *ποιμαίνει*, quod amplectuntur Musgravius, Valckenaerius, et Brunckius; sed unicus locus a Valck. adductus, ubi *ποιμαίνειν* sensu *fallendi* adhiberi videtur, est Theocriti Idyll. XI. 80. *Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα Μουσίσδων.* qui cum nostro minime conferendus erat. In his versibus explicandis discrepant interpretes: alii ad Thesei, alii ad Phaedrae zelotypiam respicere putant; horum equidem sententiae accedo; fateor tamen verbis nonnihil difficultatis inesse. Cum Musgravio autem censeo λεχέων regi a *κρυπτᾷ*, tanquam esset *κρύφα τῶν σῶν λεχέων*, quomodo in Aeschyli Supplic. 303. *Καὶ κρυπτά γ' Ἥρας ταῦτα παλλακισμάτων.* Mallem vero *κρυπτά γε κοῖτα τῶν σ. λ.* Flor. et Lasc. habent *κρυπτᾷ κοίτᾳ λεχέων σῶν*, repugnante metro.

154. Comparat Valckenaerius Nostri Helenam 1211. *ἢ φάτιν τιν' οἴκοθεν κλύουσα, λύπῃ σὰς διέφθαρσαι φρένας;*

159. Utrumque *εὐναία* et *εὐναίᾳ* agnoscunt Scholia. *δέδεσαι* pro varia lectione A. *ψυχάν* D. et B. pro var. lect. et sic Brunck. In hujus versus scriptione Valckenaerium secutus sum.

160. *δυστρόφῳ* P. et Lasc. Edidit Valck. *δυστρόπων*, et

ἁρμονίᾳ κακὰ δύσ-
τανος ἀμαχανία ξυνοικεῖν,
ὠδίνων τε καὶ ἀφροσύνας·
δι' ἐμᾶς ᾖξέν ποτε νηδύος ἅδ' αὔρα,
τὰν δ' εὔλοχον οὐρανίαν
τόξων μεδέουσαν
Ἄρτεμιν αὔτουν,
καί μοι πολυζήλωτος ἀεὶ
ξὺν θεοῖσι φοιτᾷ.

ἀλλ' ἥδε τροφὸς γεραιὰ πρὸ θυρῶν

mox e Codice *κακᾷ*, quibus nihil frigidius esse potest. Quin et eadem epitheta conjungit Sophocles Trach. 110. *κακὰν Δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν.* Ceterum *δυστρόπῳ γυναικῶν ἁρμονίᾳ* reddas *perverso mulierum temperamento*:

163. Per *ἀφροσύνας* denotat Poeta illam mentis depravationem, quam in morbis quibusdam foeminarum non raro accidere testatur Musgravius. Aliam lectionem *δυσφροσύνας* memorat Schol.

164. *ᾖξε* vulgo. *ᾖξεν* Lasc. Legendum esse *ᾖξεν* ob metrum monuit Porsonus ad Med. 76. in Addendis.

165. Horat. Carm. III. 22. 2. *Montium custos nemorumque, Virgo, Quae laborantes utero puellas Ter vocata audis, adimisque leto.* In Callimachi Epigr. LVII. *Ἐλλείθυια* vocatur *εὔλοχος*. *λοχία* est epitheton Dianae in Nostri Suppl. 960. Iph. Taur. 1104.

24 167. Sic Lasc. Ald. et omnes, ut videtur, Codd, praeter A. qui inverso ordine habet *αὔτευν Ἄρτεμιν*, unde vocem *Ἄρτεμιν*, tanquam meram glossam, ejiciendam esse putavit Valck. et ejecit Brunckius; perperam, ut opinor. Pro *αὔτευν*, communem formam *αὔτουν*, nunc demum reposui.

168. *πολυζήλωτος multum expetenda*, vel, ut interpretari malim, *multum beata.* Hoc compositum non alibi inveni. Extat alia forma *πολύζηλος* Soph. Oed. Tyr. 382. Trach. 185. Aristophanes in Equit. 1329. *ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι* ex Poeta quodam proculdubio sumpsit.

169. *σὺν θεοῖς ἐφοίτα* edidit Brunckius, immerito offensus temporum mutatione, quam ne sic quidem evitare potuit.

170. Mediam syllabam corripit *γεραιὰ*, quod non alibi factum esse memini, in Iambicis, Trochaicis, vel Anapaesticis legitimis, praeterquam in Herc. F. 447. et Hec. 274. *Καὶ τῆσδε γεραιᾶς, προσπιτνῶν, παρηΐδος.* ubi Porsonus ad Valckenaerii sententiam edidit *γραίας*. Leguntur quidem versus anapaestici Hec. 64. *Γεραιᾶς χειρὸς προσλαζύμεναι.* et Med. 133. *Οὐδέ πω*

τήνδε κομίζουσ᾽ ἔξω μελάθρων·
στυγνὸν δ᾽ ὀφρύων νέφος αὐξάνεται.
τί ποτ᾽ ἐστὶ, μαθεῖν ἔραται ψυχὴ,
τί δεδήληται
δέμας ἀλλόχροον βασιλείας.

ΤΡΟΦΟΣ.

ὦ κακὰ θνητῶν, στυγεραί τε νόσοι·
τί σ᾽ ἐγὼ δράσω; τί δὲ μὴ δράσω;
τόδε σοι φέγγος λαμπρὸν, ὅδ᾽ αἰθήρ·
ἔξω δὲ δόμων ἤδη νοσερᾶς
δέμνια κοίτης·
δεῦρο γὰρ ἐλθεῖν πᾶν ἔπος ἦν σοι·
τάχα δ᾽ εἰς θαλάμους σπεύσεις τὸ πάλιν.

ἤπιος· ἀλλ᾽ ὦ γεραιά. sed utrumque in anomalo systemate. In Choricis similem licentiam adhibuit Euripides Phoen. 1302. ubi δειλαίας secunda brevi occurrit, et Aeschylus Suppl. 881. ubi ἱκεταίου. Alia hujusmodi notavit Gaisfordius ad Hephaestion. p. 216. Ceterum eodem modo supprimitur Verbum in Soph. Antig. 562. Καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ᾽ Ἰσμήνη Φιλάδελφα κάτω δάκρυ εἰβομένη. Νεφέλη δ᾽ ὀφρύων ὕπερ κ. τ. λ. quem locum Euripidis menti obversatum fuisse credibile est. Vide etiam Antig. 626. Aesch. Theb. 868.

172. αὔξεται Ald. Aesch. Sept. Theb. 234. χαλεπᾶς δύας ὕπερθ᾽ ὀμμάτων Κρημναμέναν νεφέλαν ὀρθοῖ, ubi cum Burneio malim Κρημνάμενον νέφος, ut metra cum Strophicis congruant. Horat. Epist. I. 18. 94. Deme supercilio nubem.

173. ἔραται. ἐπιθυμεῖ. Hesych. sic infra 219. 225. 285.

175. Alia forma ἀλλόχρως extat in Phoen. 138. Androm. 880.

176. Totam hanc scenam, usque ad v. 266. juxta Porsoni recensionem edidi. Lectionum autem Viro summo probatarum indicium debeo amico meo perdocto P. P. Dobree, quocum eas ipse Porsonus quondam communicaverat.

178. τί δέ σοι φ. Fl. λαμπρὸς A. Hoc edidit Brunckius. Mirum est utrumque placuisse Valckenaerio.

180. κοίτης A. Vulgo κοίτας.

182. Dicitur τὸ πάλιν, non minus recte quam τοὔμπαλιν, et τὸ δεῦρο Phoen. 324. In Arist. Thesmoph. 288. legendum δεῦρο τὸ πάλιν οἴκαδε, ut emendavit Porsonus in Nota MSta: omittebatur enim articulus ante Brunckium, qui imperite καὶ infersit. Neque rectius Valck. in nostro versu malebat σπεύσεις γε πάλιν.

ταχὺ γὰρ σφάλλει, κοὐδενὶ χαίρεις·
οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρόν, τὸ δ' ἀπὸν
φίλτερον ἡγεῖ.
κρεῖσσον δὲ νοσεῖν, ἢ θεραπεύειν·
τὸ μέν ἐστιν ἁπλοῦν, τῷ δὲ συνάπτει
λύπη τε φρενῶν, χειροῖν τε πόνος.
πᾶς δ' ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων,
κοὐκ ἔστι πόνων ἀνάπαυσις.
ἀλλ', ὅ τι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο,
σκότος ἀμπίσχων κρύπτει νεφέλαις.

183. *σφάλλει*. Gloss. *μεταβάλλει*. *σφάλλῃ* Lasc.

184. *οὐδὲν ἀρέσκει σοὶ τὸ κ. τ.* Flor. Lasc. male. *ἀρέσκειν* apud Atticos vel cum Dativo vel cum Accusativo adhibetur: hanc vero propriam esse Atticorum structuram statuunt Gregor. Corinth. p. 27. Moeris p. 475. *ἤρεσέ με*, Ἀττικῶς· *ἤρεσέ μοι*, Ἑλληνικῶς καὶ κοινῶς. Vid. Toupium in Suid. Tom. I. p. 82. et Porsonum in Append. Tom. IV. p. 440. Utriusque constructionis exempla in Tragicis obvia. Supra 106. *Οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν*. Fragm. Eur. Alcmenae apud Stobaeum LX. p. 384, 16. *Ἀεὶ δ' ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι· ταῦτα γὰρ Δούλοις*
26 *ἄριστα*. Ceterum conf. Orest. 226. *Δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες ἀπορίας ὕπο*. Ante Valckenaerium legebatur *τόδ' ἀπόν*.

187. *συνάπτει conjungit sese*, subaudito pronomine, ut *ξυνῆψα* in Phoen. 714. Heracl. 814. Aesch. Pers. 888. *Τήνῳ τε συνάπτους Ἄνδρος ἐγγυγείτων*.

188. *χειροῖν* certissima est Porsoni emendatio. Vulgo legitur *χερσίν*, quod similitudine literarum a *χεροῖν* mutatum esse arbitror.

191. Sic Lasc. *ἄλλο τι* Ald. Scholiasta Arist. Ran. 1114. citat *ἀλλ' ὅτι τούτου φ. ἄ.* Brunckius edidit *Ἄλλο τι τοῦ ζῆν φίλτερον, ἀλλ' ὁ Σκότος ἀ. κ. ν.* frigide sane. Docet Scholiasta Aristoph. (Ran. 1114) locum Euripidis Phryxi, *Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν*, a Comico rideri.

192. *ἀμπίσχον* Lasc. Ald. cum Codd. quibusdam et Aristophanis Scholiasta. Sed praestat *ἀμπίσχων* quod exhibent A. D. Fl. nam *σκότος* in masculino genere magis Atticum est, monente post alios Porsono ad Hecub. 825. De hac re egerunt Eustath. ad Odyss. *Λ.* p. 452, 50. Aelius Dionysius apud Eustath. ad Odyss. *Α.* p. 19, 39. Athenaeus XI. p. 498. A. Moeris et Thomas Mag. v. *σκότος*. Male igitur Valckenaerius *ἀμπίσχον* edidit, pejus autem fecit, quod Reiskii conjecturam *νεφέλας* probaverit.

δυσέρωτες δὴ φαινόμεθ' ὄντες
τοῦδ', ὅτι τοῦτο στίλβει κατὰ γῆν,
δι' ἀπειροσύνην ἄλλου βιότου,
κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας·
μύθοις δ' ἄλλως φερόμεσθα.

ΦΑΙΔΡΑ.

αἴρετέ μου δέμας· ὀρθοῦτε κάρα.
λέλυμαι μελέων ξύνδεσμα, φίλαι.

193. δυσέρως *perdite amans.* Exponit Hemsterhusius ad Lucian. Timon. Tom. I. p. 139, 42. „δυσέρως, qui modum amori statuere non potest, sed ejus violentia se totum abripi patitur.“ Vox in Theocrito frequens est; sed eam non alibi apud Tragicos invenisse memini. Versus 193-4-5. citat Plutarchus in Erotic. Tom. II. p. 764. E. et duos priores Contra Epicur. Tom. II. p. 1105. B. indicante Valckenaerio. Pro δὴ legitur in altero loco δὲ, in altero γάρ. Similem sententiam habet Euripides apud Stobaeum CXXV. p. 608, 50. Οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἔγκειται βίου· Τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν, τοῦ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ Πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου. Confer Shakespeare *Hamlet*, Act. III. *But that the dread of something after death — That undiscovered country, from whose bourn No traveller returns, — puzzles the will, And makes us rather bear those ills we have, Than fly to others that we know not of.*

194. τοῦδ', scilicet τοῦ ζῆν. τόδε pro τοῦτο apud Plutarch. Contra Epicur. Doricam formam γᾶν habet Cod. Pariaiensis, et ἀπειροσύναν Lascaris, Aldus. Vid. Porson. ad Hec. 108. Communes equidem formas hic et alibi in legitimis anapaesticis nunc demum reposui.

196. οὐκ ἀπόδειξιν conjunctim accipiunt Viri docti, quasi esset κάλυψιν, recte; nam simili modo dixit Tragicus Hec. 12. μὴ σπάνις et Orest. 981. οὐ σπάνις pro *abundantia.* Sic quoque in Bacch. 455. Πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς, οὐ πάλης ὕπο, et 1288. Δύστηνον ἀλήθει', ὡς ἐν οὐ καιρῷ πάρει. Hunc loquendi modum adhibuere Thucydides, Lucianus, et alii quos citavit Valcken. γαίας habent Edd. et MSS. praeter A. cujus auctoritatem temere secutus Brunckius γαῖαν edidit. Hunc versum citat Porsonus ad Hec. 149. ubi etsi τοὺς δ' ὑπὸ γαίας metrum flagitat, idem Brunckius e MSS. dedit γαῖαν.

197. τὸ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ. Schol.

198. ἄρατε Ald.

199. Pro φίλαι Flor. exhibet φιλᾶν, quod probavit Valckenaerius, credens Euripidem dixisse φιλᾶν pro ἐμῶν, quomodo

λάβετ' εὐπήχεις χεῖρας, πρόπολοι.
βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχειν·
ἄφελ', ἀμπέτασον βόστρυχον ὤμοις.

ΤΡ. θάρσει, τέκνον, καὶ μὴ χαλεπῶς
μετάβαλλε δέμας.
ῥᾷον δὲ νόσον μετά θ' ἡσυχίας
καὶ γενναίου λήματος οἴσεις.
μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη.

ΦΑΙ. αἶ, αἶ. πῶς ἂν δροσερᾶς ἀπὸ κρηνῖδος
καθαρῶν ὑδάτων πῶμ' ἀρυσαίμην,

alii poetae in notis illis locutionibus φίλε θυμὲ, φίλον κέαρ; sed haec generis dissimillimi exempla cum nostro versu non erant conferenda.

200. Dixit Euripides Bacch. 1206. λευκοπήχεσι Χειρῶν ἀκμαῖσι. Duo MSS. πρόσπολοι solito errore. In Suppl. 73. (83. 88 Ed. Gaisford.) ubi metrum postulat προπόλων, male vulgatur προσπόλων. Hesychius, πρόσπολος, πρόπολος, θεραπεύειν· θεράποντες· δοῦλοι. Similia habet Suidas, et Eustathius ad Il. Γ. p. 394, 31=299, 1. qui monet dici πρόπολος de maribus perinde ac foeminis, ἀμφίπολος de solis foeminis.

201. βαρύ μου Ald. sed μοι, quod restituit Canterus, habent P. Lasc. et Dionys. Hal. haec citans Περὶ Συνθέσεως p. 29, 41. Huc respexit Eustathius ad Il. Β. p. 143, 12=189, 11; ad Od. Α. p. 1421, 18=61, 42, quae loca indicavit Porsonus, et ad Il. Θ. p. 700, 64=582, 44. κεφαλῆς γὰρ ἤτοι καρήνου κόσμος, τὸ κρήδεμνον, ὃ καὶ ἐπίκρανον κεφαλῆς ἡ τραγῳδία φησίν· ἣν ζηλοῦσι οἱ κλεινος ἐπίκρανον φάμενοι. In posteriore sensu vox usurpatur Iph. Taur. 51.

202. ὤμοι Ald. Primus correxit Musgravius ὤμοις, quod habent Lasc. et MSS. idque in suo exemplari legerat Tragicus Latinus, qui haec exprimere conatus est; vid. Senec. Hipp. 394.

205. Sic Lasc. et MSS. μεθ' ἡσυχίας Ald. et Stobaeus, qui hos versus habet CVI. p. 568, 30. Correxit Grotius e MS. Stobaei.

208. ἒ ἔ. vulgo. αἶ αἶ restituit Brunckius ex A. Flor. Hae exclamationes extra versum habendae sunt, ut in Med. 144. Πῶς ἄν, utinam, hic et infra 345. qua significatione in omnibus fere Euripidis fabulis invenitur: apud ceteros Tragicos multo rarius. Occurrit tamen in Sophoclis Oed. Tyr. 765. Aj. 388. quae loca effugerant Valckenaerium, et Philoct. 794.

209. Vulgo πόμ'; sed audiamus Porsonum. — „Lege cum Marklando, καθαρῶν ὑδάτων ΠΩΜ' ἀρυσαίμαν; quidquid dic-

ὑπό τ' αἰγείροις, ἔν τε κομήτῃ
λειμῶνι κλιθεῖσ' ἀναπαυσαίμην;
ΤΡ. ὦ παῖ, τί θροεῖς;
οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσει,

putant Heathius et Musgravius de dubia τοῦ ἀρυσαίμαν quantitate. Neque Aldi auctoritas quidquam momenti habet. Ille enim infra 229 (227) *dederat planissime contra metrum*, Κλυτὸς, ὅθεν σοι ΠΩΜΑ γένοιτ' ἄν. *Vid. Iph. Taur.* 959. *Cycl.* 123. 139. 141. 173. (192) 415. 419. 452. 571. 677. *Ion.* 1053. 1214. 1218. 1281. 1285. *fragm. apud Aul. Gell.* VII. 16. *quod corruptum extat apud Plutarch.* II. p. 1044. F. 36. F. *in quibus omnibus locis πόμα metrum corrumperet. Nihil igitur dubium restare possit, quin scribi debeat in Bacch.* 279. Βότρυος ὑγρὸν ΠΩΜ'. *et in Hec.* 392. (396) Καὶ δὶς τόσον ΠΩΜ'. *Alexis apud Athen.* I. 22. p. 28. E. Λεσβίου δὲ πώματος (*vulg.* πόματος) Οὐκ ἔστιν ἄλλος οἶνος ἡδίων πιεῖν. ἐσχάτως ἀπολοίμην *pro* ἔσχατος *ait. in Schol. ad Soph. Oed. T.* 677. *Vocales ο et ω saepe permutantur: ut apud Nonnum in Gregor. Nazianzen. Stelit.* I. p. 136. *ed. Eton. pro χαρίσομαι legendum χαρίσωμαι. Longus Past.* II. p. 61. I. 2. *ed. Villoison.* Τέλος δὴ γέρων οὕτος (*lege* οὕτως, *ut supra*, I. 8. οὕτως εὐσχημόνως ὠρχήσατο) εὐδοκιμήσας ἐπ' ὀρχήσει, φιλεῖ Χλοὴν καὶ Δάφνιν. p. 33. I. 18. ἀφίησι φωνὴν, οἷαν οὔτε χελιδὼν, οὔτε ἀηδὼν, οὔτε κύκνος, ὅμοιος ἐμοὶ γέρων γενόμενος. *Frustra cl. Editor*, ὅμοιον. *quod nimis poeticum est: legendum* ὁμοίως *quod cum dativo construitur cum alibi, tum Eurip. Alcest.* 1019. (1017.) *Erecth. apud Lycurg.* p. 219. *Aristoph. Lysist.* 557. *Demosthen. de Coron.* p. 582. *Longin.* π. ὕ. §. 10. *Procop. Hist. Aoharn.* 7. *Suid. v.* ἀργόν. *Hierocl.* p. 206. *ed. Needham. Eustath. in Homer. Odyss.* Λ. 107. p. 1397. l. 34. *ed. Rom.*" R. P. ἀρυσαίμην fluxit ab Attica forma ἀρύτειν, cujus penultima corripitur. vid. Porson. ad Phoen. 463. ἀρυσάμενος· ἀντλήσας. Hesych.

210. Hunc versum respexit Eustathius ad Il. *B.* p. 308, 33=233, 28. κόμας δὲ λέγειν δένδρων τὰ φύλλα· ὅθεν καὶ Κομήτης λειμὼν παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ· καὶ κομᾷν, τὸ ἐν αὐτοῖς θάλλειν. Citat Valck. Sophoclis Ant. 419. πᾶσαν αἰκίζων φόβην Ὕλης πεδιάδος. Callimach. Hymn. in Dian. 41. ὄρος κεκομημένον ὕλῃ. Imitati sunt Latini: Virgilius Georg. IV. 122. *sera comantem Narcissum.* 137. *Ille comam mollis jam tondebat hyacinthi.* Horatius, *Et spissae nemorum comae.* Hujusmodi vero exempla passim obvia sunt.

213. Haud absimilis est versus Supplicum 1069. Ὦ θύγατερ, οὐ μὴ μῦθον εἰς πολλοὺς ἐρεῖς; ut e correctione Porsoni legendus est; vulgo enim ἐπὶ πολλούς. De vocibus οὐ μὴ cum futuro indicativi, vel cum aoristo secundo subjunctivi constructio

μανίας ἔποχον ῥίπτουσα λόγον;
ΦΑΙ. πέμπετέ μ' εἰς ὄρος· εἶμι πρὸς ὕλην,
καὶ παρὰ πεύκας,
ἵνα θηροφόνοι στείβουσι κύνες,
βαλιαῖς ἐλάφοις ἐγχριμπτομένη.

vid. Dawes. Misc. Crit. p. 221. Nos vero in hoc loco distinguendo sequimur judicium Viri doctissimi (*Quart. Rev.* vol. vii. p. 458.) qui accurate disseruit de syntaxi istarum particularum, statuens *οὐ μὴ*, quoties cum futuro, sensu prohibendi, conjungantur, interrogationi inservire; ad verbum scilicet, *οὐ μὴ τάδε γηρύσει; Will you not not utter these things?* quod idem valet ac *μὴ εἴπῃς*.

214. Hanc locutionem exponit Eustathius ad Il. *B.* p. 210, 43 = 159, 42. agens de Homerico *κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν.* Il. *B.* 234. (*ἐπιβάσκω*) *ἤγουν ἐπιβαίνειν ποιῶ κακῶν, ἢ τοιούτων τινῶν. Ἐντεῦθεν καὶ Μανίας ἔποχος λόγος παρ' Εὐριπίδῃ, ὁ μανικός.* Comparat Musgravius Soph. Oed. C. 188. *εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες*, id est *εὐσεβοῦντας*.

215. Hos versus, ob eximiam venustatem celeberrimos, imitati sunt Latini. Ovid. Epist. Her. IV. 41. *In nemus ire libet, pressisque in retia cervis, Hortari celeres per juga summa canes; Aut tremulum excusso jaculum vibrare lacerto; Aut in graminea ponere corpus humo.* Tibull. IV. 3. 11. *Sed tamen ut tecum liceat, Cerinthe, vagari, Ipsa ego per montes retia torta feram; Ipsa ego velocis quaeram vestigia cervae, Et demam celeri ferrea vincla cani.* Ad quem locum plura congessit Heynius. Addas Virg. Eclog. X. 55.

216. Aristoph. Vesp. 748. *Μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ· Κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν, Ἵν' ὁ κῆρυξ φησὶ, κ. τ. λ.* ubi adscribit Scholiastes, *ἐξ Εὐριπίδου Ἱππολύτου.* unde conjiciebat Porsonus versum *Κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν*, post hunc nostrum esse inserendum. Credibile est ea in priore Hippolyti Editione scripsisse Euripidem. Valckenaerius autem putavit olim fuisse lecta post v. 229. quod mihi quidem minus verisimile videtur.

218. *βαλιαῖς* Lasc. Vulgo editum erat *ἐγχριπτόμεναι.* Marklandus autem monuit corrigendum esse *ἐγχριπτομένα*, ex Plutarcho, qui Tom. II. p. 52. B. haec ita adhibuit, *Πρὸς θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι, Βαλιαῖς ἐλάφοις ἐγχριπτόμενος.* et similiter Tom. II. p. 959. B. Hinc quoque censuit ille ordinem horum versuum mutandum esse: quod tamen contra omnium librorum auctoritatem nolim factum, et potius crediderim memoriae vitio lapsum fuisse Plutarchum. Valcken. et Brunck. edidere *ἐγχριμπτομένα*, sed plene distinxere post *κύνες*, commate tantum post *ἐγχ.*

πρὸς θεῶν, ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι,
καὶ παρὰ χαίτην ξανθὴν ῥίψαι
Θεσσαλὸν ὅρπακ'
ἐπίλογχον ἔχουσ' ἐν χειρὶ βέλος.

posito: male, ut opinor. Ceterum βαλιὰν ἔλαφον est in Hec. 90. ubi explicat Paraphrastes βαλιάν. κατάστικτον, ταχεῖαν. similia habent Hesychius, Suidas, Etymologus M. et Eustathius ad Il. *Π*. p. 1051, 17 = 1065, 17. versum Hecubae respicientes. Vid. Kusterum et Albertium ad Hesych. et Abreschium in Miscell. Observ. V. 3. p. 80. Vox in sensu velocitatis adhibetur in Anapaestico apud Suid. v. βαλιάν. Λήγετε πνοιαὶ βαλιῶν ἀνέμων. Observat Eustathius loc. cit. hoc adjectivum barytonum esse, ad differentiam nominis equi Achillis Βαλίος Il. *Π*. 149. Dixit Euripides in Iphig. Aul. 221. πώλους — λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς. Auctor Rhesi 356. βαλιαῖσι πώλοις. Ceterum de scriptura vocis χρίμπτω videndus est Ruhnkenius ad Timaeum p. 106.

219. „κυνὶ. *Eustath. ad Il. Ξ*. p. 989, 56 = 982, 52." R. P. Mendose citat θωΰξας Schol. ad Theocr. Idyll. *Α*. 78. Hunc versum ridere videtur Aristophanes in Anagyro apud Athenaeum IV. 4. p. 133. B. a Porsono emendatus, Πρὸς θεῶν ἔραμαι τέττιγα φαγεῖν, vulgo ἐρᾷς.

220 - 1 - 2. Hos versus ita exponit Scholiasta; οἱ μὲν ἀκοντίζοντες τὴν χεῖρα ἄνω πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀνατείνουσι· τὸ δὲ σίδηρον τοῦ ἀκοντίου πρὸς τὸν κρίκον τοῖς δυσὶ δακτύλοις τοῖς μέσοις κατέχοντες, οὕτω ῥίπτουσιν. Phrasin ῥίψαι παρὰ χαίτην illustrat Valckenaerius, allato Virgilio Aen. IX. 417. *idem Ecce aliud summa telum vibrabat ab aura*: constat enim morem fuisse Graecis a capite jaculari. Erunt fortasse qui haec verba de comis Phaedrae vento diffundendis malint intelligere, ut in Iphig. Aul. 757. Κασάνδραν ἵν' ἀκούω Ῥίπτειν ξανθοὺς πλοκάμους. Bacch. 150. τρυφερόν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτουσ'. Sed vereor ut compositum παραρρίπτειν in similem usum adhiberi possit. Mox vero ὅρπακ' pessime cepit Valck. post Musgravium, quasi esset ὅρπακι. vocalis enim in fine Dativi singularis perraro eliditur (sexies tantum, si recte recordatus sum, in omnibus Tragicorum reliquiis) et talis verborum constructio venustam hujus loci facilitatem plane tolleret. Praeterea Θεσσαλὸν ὅρπακα plene dedit Aldus, quem in his versibus dividendis secutus sum. Hesychius, ὅρπηξ· ὀρθὸς κλάδος. Thessala hastilia memorantur etiam in Bacchis 1205. Οὐκ ἀγκυλωτοῖς Θεσσαλῶν στοχάσμασιν. Est autem ἐπίλογχον βέλος *praefixum cuspide telum*. In A. leguntur ξανθὴν et ὅρπηκ' ἐπίλογχον Lasc.

ΤΡ. τί ποτ', ὦ τέκνον, τάδε κηραίνεις;
τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτη;
τί δὲ κρηναίων νασμῶν ἔρασαι;
πάρα γὰρ δροσερὰ πύργοις ξυνεχὴς
κλιτὺς, ὅθεν σοι πῶμα γένοιτ' ἄν.
ΦΑΙ. δέσποιν' ἀλίας Ἄρτεμι Λίμνας,
καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων,
εἴθε γενοίμην ἐν σοῖς δαπέδοις,
πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένη.

32 223. Soph. Trach. 29. Κείνου προκηραίνουσα. ad quem locum Scholiasta citat, καὶ Εὐριπίδης· Τί ποτ' ὦ τέκνα τάδε κηραίνετε; quae verba Barnesius, nobilissimae hujus scenae, quam ediderat ipse, oblitus, in Fragmenta Incerta relegavit.

224. Verte *Quid est, cur venationum tibi quoque cura sit?* Versus sic restitutus Porsono debetur; vulgo enim editum erat μελέτης. Brunckius e cod. A. recepit μελέτη: unde constructionem qualemcunque effingere frustra laborat Valckenaerius. Reiskius signum interrogationis post τί posuit. Musgravius pro καὶ maluit δαί, vocem Tragicis haud usitatam. Vid. Porson. ad Med. 1008.

227. κλιτὺς apud Tragicos, ubicunque ante vocalem occurrit, ultimam syllabam corripit. Vide Bacch. 409. Soph. Trach. 271. Antig. 1144. Erravit igitur Valckenaerius, cum ὅθι pro ὅθεν, contra codicum et editionum consensum, Heathio obsecutus edidit. Vocem exponit Hesychius, Κλιτὺς, καὶ κλιτύες. τὰ ἀποκλίματα τῶν ὀρέων, ἢ τὰ καταφερῆ τῶν ὑδάτων. lege καταφερῆ. Pariter Etymol. M. v. κλιτύς. Scholiasta ad Hom. Il. M. 890. Od. E. 470. et alii Grammatici. Apud Homerum κλιτὺν ultimam producit, quod Valckenaerio fraudi fuisse videtur.

228. δέσποινα δίας Ald. δέσποιν' ἀδίας Lasc. Reiskius primus correxit ἁλίας, et sic MSS. quidam. Λίμνα, locus littori proximus, ubi sita erant gymnasia, memoratur etiam infr. 1129. Τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον. ad quem versum Scholiasta, a Valckenaerio emendatus, Λίμνη, τόπος Τροιζῆνος ἔνθεν Λιμνῆτις Ἄρτεμις καλεῖται.

229. Gymnasia equestria vocat ἱππόκροτα δάπεδα Noster Helen. 210.

230. Diana appellatur Λατοῦς ἱπποσόα θυγάτηρ, apud Pindarum Olymp. III. 47.

231. De equis Venetis loquitur Phaedra, quos in solennibus 33 Graecorum ludis celeberrimos fuisse constat. Hesych. Ἐνετίδας, πώλους στεφανηφόρους, ἀπὸ τῆς περὶ τὴν Ἀδρίαν Ἐνετίδος· διαφέρουσι γὰρ ἐκεῖ. Anachronismi igitur Euripides insimulatur in Scholio quod sumpsit Eustathius ad Il. B. p. 361, 21=278,

ΤΡ. τί τάδ' αὖ παράφρων ἔῤῥιψας ἔπος;
νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας
πόθον ἐστέλλου· νῦν δ' αὖ ψαμάθοις
ἐπ' ἀκυμάντοις πώλων ἔρασαι.

37. quod hos equos heroicis temporibus tribuerit. Veneti enim, Paphlagoniae gens (Vid. Hom. Il. *B.* 851.) non nisi post excisam Trojam in Adriae finibus, duce Antenore, consedisse perhibentur. Historiae meminerunt Livius I. 1. Virgil. Aen. I. 242. De voce *δαμαλιζομένα* optime disseruit Valckenaerius: „Ex duobus Codd. et prima Ed. recte Musgravius, pro *δαμαζομένα*, restituit *δαμαλιζομένα*. Formae sunt veteres et legitimae, tametsi non inveniantur in Lexicis, ab inusitatis *δάμαλος*, *ἄρπαλος*, *πύκταλος*, ductae, *δαμαλίζειν*, *ἁρπαλίζειν*, *πυκταλίζειν*. Euripideam dabit Pindarus *Πυθ.* V. 163. XI. 38. *ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέναν.* *Ἁρπαλίζειν* Aeschylus Theb. 248. Eumen. 986. Anacreontis est, *ὡς μὴ Πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω.* ex Epitome Athenaei in Casaub. Anim. p. 782. l. 8. hinc apud Eustath. in Il. *Ψ.* p. 1444, 19."

232. *πάραφρον* vulgo: quod, licet planissime contra metrum, edidit Valckenaerius; mox tamen in notis amplexus est *πάραφρόν γ'*. „*Corrigendum τί τόδ' αὖ παράφρων. vide Sophocl. Philoct.* 833. *Male Musgravius Valckenaerium γ' infercientem sequitur. παράφρων recte proposuerat editione prima.*" R. P. Subauditur *οὖσα*. Locus Philoctetis (815. ed. Brunck.) est, *Τί παραφρονεῖς αὖ; τί τὸν ἄνω λεύσσεις κύκλον;*

233. Suidas et Photius hunc locum citant v. *νῦν δή*, exponentes, *ἀρτίως*, *ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν*. Phot. *ὄροις*, corrupte.

234. *πόθεν* Fl. Phot. Piersoni conjecturam *μόχθον* pro *πόθον*, metro quantumvis reclamante, probare potuit Valckenaerius. *νῦν δὲ ψαμάθοισιν ἀκύμ.* Suid. et Phot.

235. *ἀκύμαντος*, *fluctibus multum percussus.* *ψαμάθοις ἐπ' ἀκυμάντοις* idem fere significat ac infra 1168. *ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας.* Litera *α* potestatem *ἐπιτατικὴν* habet, ut in locutionibus *ἀξύλῳ ὕλῃ* Hom. Iliad. *Λ.* 155. *ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον*, et pluribus aliis apud Valckenaerium ad Theocriti Adoniaz. p. 214. Et sic profecto nostrum vocabulum intellexit Valck. Pari sensu accipiendum videtur *ἀκύματος* in versu Euripidis apud Valcken. ad Phoen. 216. *Ἀκύματος δὲ πορθμὸς ἐν φρίκῃ γελᾷ.* (Con- 34
fer Aesch. Prom. 89. *ποντίων τε κυμάτων Ἀνήριθμον γέλασμα.*) Apud serioris aevi scriptores *ἀκύμαντος* erat *Non agitatus fluctibus*; ut in Lucian. Dial. Marin. V. Tom. I. p. 300, 92. Et profecto pariter in nostro loco vertendum esse arbitratur Blomfieldius; a cujus sententia equidem invitus discedo; sed enim patet ex v. 228. et infra v. 1124. equestre stadium, de quo loquitur Nutrix, mari vicinum esse.

τάδε μαντείας ἄξια πολλῆς,
ὅστις σε θεῶν ἀνασειράζει,
καὶ παρακόπτει φρένας, ὦ παῖ.
ΦΑΙ. δύστηνος ἐγὼ, τί ποτ' εἰργασάμην;
ποῖ παρεπλάγχθην γνώμης ἀγαθῆς;
ἐμάνην, ἔπεσον δαίμονος ἄτῃ.
φεῦ, φεῦ, τλήμων.
μαῖα, πάλιν μου κρύψον κεφαλήν·
αἰδούμεθα γὰρ τὰ λελεγμένα μοι·
κρύπτε· κατ' ὄσσων δάκρυ μοι βαίνει,
καὶ ἐπ' αἰσχύνην ὄμμα τέτραπται.
τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι γνώμην, ὀδυνᾷ·

237. ὥς τις Ald. Reiskius correxit ὅστις, quod ex E. P. et Lasc. receperunt nuperi Editores. ἀνασειράζω· ἀναχαλινῶ. Suid. id est, *fraeno retraho*. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ταῖς σειραῖς παρακρουομένων ἵππων, καὶ τοῦ εὐθέος δρόμου παρεκβαλλομένων. Schol. Hunc versum respexit Hesychius v. ἀνασειράζει.

238. παρακόπτει φρένας *delirare facit*. Non raro quidem παρακόπτειν, perinde ac παραπαίειν, significat *delirare*: sed nescio an alibi verbum activo sensu, ut hic, adhibeatur. Hinc tamen παράκοποι φρενῶν *insanientes*, Bacch. 33. et simpliciter παράκοπος *amens*, Bacch. 1000. Aesch. Prom. 601. ad quem locum Blomfieldius existimat vocabulum proprie de citharoedo usurpatum esse contra tempus pulsante.

243. Perperam vulgo μαία. Accentum restituit Brunckius e Cod. A. μαῖα dicebant veteres de *avia*, et *obstetrice*, et *nutrice*. De ultimo sensu, qui et frequentior est, et ex Odyssea notissimus, Hesychius ait, προσφώνησις πρὸς πρεσβῦτιν τιμητικὴ, ἀντὶ τοῦ, ὦ τροφέ.

244. Cod. Fl. omittit μοι, et mox habet δάκρυα.

246. αἰσχήνην Lasc.

35 247. Eandem sententiam plenius habet Sophocles Aj. 259. Καὶ νῦν φρόνιμος νέον ἄλγος ἔχει· Τὸ γὰρ ἐσλεύσσειν οἰκεῖα πάθη, Μηδένος ἄλλου διαπράξαντος, Μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει. ubi Brunckius laudat locum nostro simillimum Euripidis Antiopae apud Stobaeum XCVII. p. 538, 28. Φρονῶ δ' ἃ πάσχω, καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν· Τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινὰ Νοσοῦντα· κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία. Verbum ὀδυνᾶν, etiamsi apud Tragicos non alibi reperiatur, indubiae fidei est. ὀδυνᾷ· λυπεῖ, καταπονεῖ, Hesychius, huc, ut videtur, respiciens. Achilles Tatius I. p. 23. τὰ τῆς ψυχῆς τραύματα μᾶλλον ὀδυνᾷ. alia hujus verbi exempla collegit Valck. Frustra igitur emendavit Mus-

τὸ δὲ μαινόμενον, κακόν· ἀλλὰ κρατεῖ
μὴ γιγνώσκοντ᾽ ἀπολέσθαι.
ΤΡ. *κρύπτω· τὸ δ᾽ ἐμὸν πότε δὴ θάνατος*
σῶμα καλύψει;
πολλὰ διδάσκει μ᾽ ὁ πολὺς βίοτος.
χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους
φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι,
καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς·
εὔλυτα δ᾽ εἶναι στέργηθρα φρενῶν,

gravius ὀδύνα. Nostrum versum citat Sophoclis Scholiasta Aj. 259.

248. κρατεῖ, κρεῖσσόν ἐστι. Schol. Vertas cum Valckenaerio, *Insanire vero malum quidem; sed praestat sine sensu malorum perire.*

252. π. δ. γάρ μ᾽ ὁ πολὺς βίος Ald. Bentleius in Dissert. de Phalar. Epist. p. 102. correxit π. δ. μ᾽ ὁ πολὺς βίοτος, quod extat in Codicibus A. B. D. Fl. π. δὲ διδάσκει μ᾽ ὁ πολὺς βίος Lasc.

253—259. Hos versus ad Latinum sermonem redactos usibus suis accommodavit Cicero de Amicitia XIII. 45. *Nam quibusdam, quos audio sapientes habitos in Graecia, placuisse opinor mirabilia quaedam: sed nihil est quod illi non persequantur argutius: partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus: satis superque esse suarum cuique rerum; alienis nimis implicari molestum esse: commodissimum esse, quam laxissimas habenas habere amicitiae, quas vel adducas, cum velis, vel remittas: caput enim esse ad beate vivendum, securitatem; qua frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus.* Suspicatur Valckenaerius Ciceronem haec, ut permulta alia, sumpsisse e Chrysippo, qui, cum Euripidis studiosissimus esset, potuerat nostros versus in Libro suo περὶ φιλίας adhibuisse. Vs. 253—257. laudat Plutarchus De Amicorum Multitudine, Tom. II. p. 95. E. unde varietates quae- 36
dam notandae sunt: μετρίαν — Φιλίαν θνατοὺς ἀντείνασθαι (ἀνατείνασθαι) et θέλγητρα pro στέργηθρα.

254. Recte se habet φιλίας ἀνακίρνασθαι. Porsonus ad Med. 138. attulit similes locutiones, Aeschyl. Choeph. 342. νεοκρᾶτα φίλον κομίσειεν. Herodot. IV. 152. φιλίαι συνεκρήθησαν. VII. 151. φιλίην συνεκεράσαντο.

255. τροπικῶς δὲ εἶπεν, ὡς ἐπὶ σώματος καὶ ὀστέου, τὸ βάθος τῆς ψυχῆς. Schol.

256. ἄλυτα Fl. mendose. στέργηθρα *amores*, quo sensu vox occurrit in Aeschyli Prom. 501. ubi tres MSS. exhibent θέλγητρα.

ἀπό τ' ὤσασθαι, καὶ ξυντεῖναι.
τὸ δ' ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν
ψυχὴν, χαλεπὸν βάρος, ὡς κἀγὼ
τῆσδ' ὑπεραλγῶ.
βιότου δ' ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις
φασὶ σφάλλειν πλέον ἢ τέρπειν,
τῇ θ' ὑγιείᾳ μᾶλλον πολεμεῖν.
οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ
τοῦ μηδὲν ἄγαν,

Choeph. 288. Eumen. 191. Apte confert Jac. Tate Soph. Aj. 678. *Ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι μὲν ἀρτίως, ὅτι Ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν εἰς τοσόνδ' ἐχθραντέος, Ὡς καὶ φιλήσων αὖθις· εἴς τε τὸν φίλον Τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι, Ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα.* ubi legendum ἐχθαρτέος, scilicet ab ἐχθαίρω, non ἐχθραίνω, derivatum, patebit e Porsoni Nota ad Med. 555. Cicer. de Amic. 16. *Negabat ullam vocem inimicitiorem Amicitiae potuisse reperiri, quam ejus qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus: nec vero se adduci posse, ut hoc, quemadmodum putaretur, a Biante esse dictum crederet, qui sapiens habitus est unus e septem, sed impuri cujusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam revocantis esse sententiam.*

257. Plutarchus, hunc versum exponere volens, subjecit, *καθάπερ πόδα νεὼς, ἐπιδιδόντα καὶ προσάγοντα ταῖς χρείαις τὴν φιλίαν.*

258. Noster Alcest. 886. si modo recte se habet Codicum lectio, *Μία γὰρ ψυχή· τῆσδ' ὑπεραλγεῖν Μέτριον ἄχθος.*

261. ἀτρεκεῖς, ἀκριβεῖς Schol. neque aliter Hesychius. ἀτρεκὴς quidem significat *vere absolutus:* unde, sensu paullum detorto, fit *nimis subtiliter elaboratus*, vel etiam *nimius*, ut hic et infra 1115. δόξα ἀτρεκής.

37 264. Sic Lasc. et MSS. sequentibus Valcken. et Brunck. λίαν γ' Ald. Credo importunam particulam a librario additam, nescientε ultimam τοῦ λίαν syllabam ab Atticis Poetis semper produci. Idem fieri in adverbiis ἄγαν, πέραν, εὐὰν, monuit Etymologus M. v. ἄγαν. Τὸ λίαν est ὑπερβολὴ, *exsuperantia alicujus rei;* ut in Nostri Hec. 595. *Τὸ δ' αὖ λίαν παρεῖλες, ἀγγελθεῖσά μοι Γενναῖος.* Orest. 696. *τοῦ λίαν χρῆσθαι καλῶς.* Phoen. 593. *Μέθετον τὸ λίαν, μέθετον.* Fragm. Antiopae apud Stobaeum LXXI. p. 489, 53. *αἰδεῖσθαι δὲ χρὴ, Γύναι, τὸ λίαν, καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον.* Meminerint tirones vocem λίαν primam syllabam habere communem. Vid. Porson. Supplem. Praef. ad Hec. p. xvi.

265. Dubitatur quis sapientum auctor esset sententiae, μηδὲν

καὶ ξυμφήσουσι σοφοί μοι.
ΧΟ. γύναι γεραιά, βασιλίδος πιστὴ τροφὲ
Φαίδρας, ὁρῶ μὲν τάσδε δυστήνους τύχας,
ἄσημα δ' ἡμῖν, ἥτις ἐστὶν ἡ νόσος.
σοῦ δ' ἂν πυθέσθαι καὶ κλύειν βουλοίμεθ' ἄν.
ΤΡ. οὐκ οἶδ' ἐλέγχουσ'· οὐ γὰρ ἐννέπειν θέλει.
ΧΟ. οὐδ' ἥτις ἀρχὴ τῶνδε πημάτων ἔφυ;

ἄγαν, Palladas in Anthol. II. 48. 1. *Μηδὲν ἄγαν τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὁ σοφώτατος εἶπεν.* Alii tribuunt Chiloni, alii Sodamo, teste Scholiasta nostro, qui epigramma laudat, quod in Tegea exstabat, *Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὅς μ' ἀνέθηκεν, Μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.* Observavit Dan. Heinsius in Lectt. Theocrit. cap. 20. veteres, cum proverbium incerti auctoris citarent, solere *ὥς λέγουσιν οἱ σοφοὶ*, vel *ὥς σοφὸς εἶπεν*, vel tale quiddam subjungere. Consulas Notam Blomfieldii ad Aesch. Prom. 916. qui laudat Pindarum apud Plutarch. Tom. II. p. 116. D. *Σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνησαν περισσῶς.* Eundem versum conservavit Hephaestio de Metris, XV. 7. p. 91. ed. Gaisford.

268. *ὁρῶμεν* Editiones omnes. Sed cum particula *μὲν* sententiae pene necessaria videretur, divisim *ὁρῶ μὲν* scripsi. Neque quisquam huic correctioni objicere debet, quod statim sequantur pluralia *ἡμῖν* et *βουλοίμεθα*; talis enim numerorum enallage apud Tragicos frequentissima est: exempla suppeditabunt hujus dramatis vv. 6. 422. 526. 656. 686. 700. etc. Marklandus in Nota MSta conjicit *τῆσδε* scil. Phaedrae, citans v. 283. Exercit. Acad. Luzac. p. 8. *τῆσδε δυστήνου*, quod recepto deterius videtur.

269. *ἄσημα* hic et infra 373. vice singularis ponitur, ut 38 *ξυγγνωστὰ* in Hec. 1097. Phoeniss. 1008. Med. 491. 701. *Ξυγγνωστὰ μὲν γὰρ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι.* et alibi. Thucyd. I. 125. *εὐθὺς μὲν ἀδύνατα ἦν ἐπιχειρεῖν ἀπαρασκεύοις οὖσιν.* Hujus scribendi formae, Atticis quidem usitatissimae, reliquis autem Graeciae scriptoribus non ignotae, plurima exempla dedit Koenius ad Gregor. Corinth. p. 53. observans secutum esse Virgilium Aen. I. 667. *Frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum Littora jactetur, odiis Junonis iniquae, Nota tibi.*

270. Brunckius, Reiskii conjecturam secutus, edidit *Σοῦ δ' αὖ.* Sed particula *ἂν* nunquam otiosa est; et rectissime duplicatur *ἂν* cum optativo *βουλοίμεθα.* Vid. infra ad v. 482. Legendum putat Censor eruditus (*Quart. Rev.* Vol. viii. p. 224.) *Σοῦ δ' ἐκπυθέσθαι*, observans confusa esse *ἂν πύθοιο* et *ἐκπύθοιο* in Aesch. Prom. 616.

ΤΡ. εἰς ταὐτὸν ἥκεις· πάντα γὰρ σιγῶ τάδε.
ΧΟ. ὡς ἀσθενεῖ τε, καὶ κατέξανται δέμας.
ΤΡ. πῶς δ᾽ οὔ, τριταίαν γ᾽ οὖσ᾽ ἄσιτος ἡμέραν;
ΧΟ. πότερον ὑπ᾽ ἄτης, ἢ θανεῖν πειρωμένη;
ΤΡ. θανεῖν· ἀσιτεῖ δ᾽ εἰς ἀπόστασιν βίου.
ΧΟ. θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τάδ᾽ ἐξαρκεῖ πόσει.
ΤΡ. κρύπτει γὰρ ἥδε πῆμα, κοὔ φησιν νοσεῖν.
ΧΟ. ὁ δ᾽ εἰς πρόσωπον οὐ τεκμαίρεται βλέπων;

273. *εἰς ταὐτὸν τῆς ἀγνοίας ἐμοὶ ἥκεις* Schol. Similiter exponit Valck. „*convenit inter nos, ut aeque ignorem ac tu.*" Sic Hec. 741. *Εἴ τοι με βούλει τῶνδε μηδὲν εἰδέναι, Εἰς ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδ᾽ ἐγὼ κλύειν.* Scholiasta agnoscit aliam lectionem *ἥκει*, quam habet D. *σιγῶ* Fl.

274. *κατέξανται δέμας* ex Euripide citat Eustathius ad Il. *B.* p. 189, 24 = 143, 23. huc respiciens.

275. Notanda est insolita locutio *τριταίαν ἡμέραν* pro *τρίτην*; cui tamen similis est in Nostri Hec. 32. *Τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος.* ad quem locum Porsonus observavit *τριταίαν ἡμέραν* usurpasse Arati Scholiastam ad Diosem. 57. p. 99. a. ed. Ox. Usitato more scriptum esset *τριταία γ᾽ οὖσ᾽ ἄσιτος*, omissa *ἡμέραν*, ut in Div. Joan. XI. 39. *κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι.* Theocrit. Idyll. II. 4. *Ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ᾽ ὧ τάλας οὐδέποθ᾽ ἥκει.* Ceterum particulam *γ᾽* male omisit Brunck. membranas suas secutus.

276. *ἄτη* apud Tragicos dicitur de calamitate qualibet, sed
39praesertim de ea, quae divinitus immissa sit. Exempla hujus significationis passim obvia. Pro *ὑπ᾽ ἄτης* conjecit P. Victorius Var. Lect. XII. 17. *ὑπ᾽ ἄσης*, Reiskius *ὑπ᾽ ἄλης*; infeliciter uterque: nam vocum *ἄση* et *ἄλη* priores syllabae breves sunt. Muretus quidem (Var. Lect. X. 12.) legendum censuit *ἄσης ὑπ*; sed *ἄτης* recte defendit Valckenaerius. Ipse tamen maluit *ἢ θανεῖν π.* quod sententiae minus apte, ut opinor, conveniret.

277. Musgravius, hoc responso offensus, pro *θανεῖν* conjicit *ἄδηλ᾽*, satis audacter.

278. *ἐξαρκεῖ.* Glossa in Cod. Par. apud Valck. *ἀρέσκει.* sic infra 699. *κἀξαρκοῦντά μοι*, quod dicerent nostrates *and satisfactory to me.* X. *Π.* 567. pro *τάδ᾽* habet *τόδ᾽*.

280. *ὅδ᾽* Lascaris, Aldus, Musgravius, et Valckenaerius, male: particula enim adversativa *δὲ* requiritur. Male etiam Brunckius *ὃ δ᾽*. *ὁ δὲ* est *ille autem.* Articulus praepositivus *ὁ*, *ἡ*, *τὸ*, sequentibus *μὲν*, *δὲ*, *γὰρ*, vice pronominum *οὗτος*, et *ἐκεῖνος* non raro apud Tragicos usurpatur. Exempla videas in hac fabula 1173. 1218. 1239. 1302. 1305. Similis articuli

ΤΡ. ἔνδημος ὢν γὰρ τῆσδε τυγχάνει χθονός.
ΧΟ. σὺ δ' οὐκ ἀνάγκην προσφέρεις, πειρωμένη
νόσον πυθέσθαι τῆσδε καὶ πλάνον φρενῶν;
ΤΡ. εἰς πάντ' ἀφῖγμαι, κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον.
οὐ μὴν ἀνήσω γ' οὐδὲ νῦν προθυμίας,
ὡς ἂν παροῦσα καὶ σύ μοι ξυμμαρτυρῇς,
οἵα πέφυκα δυστυχοῦσι δεσπόταις.
ἄγ', ὦ φίλη παῖ, τῶν πάροιθε μὲν λόγων
λαθώμεθ' ἄμφω· καὶ σύ θ' ἡδίων γενοῦ,

usus, etiam sine istis particulis, apud Tragicos occurrit, rarius quidem, sed in exemplis indubiae fidei. Verum ea quaestio non est hujus loci.

281. Hic versus cum praecedente citatur in Scholio ad v. 115. ubi pro ὢν γὰρ mendose legitur ὅ γε. Versus est Baccharum 215. Ἔκδημος ὢν μὲν τῆσδ' ἐτύγχανον χθονός.

283. πλάνον Edd. et MSS. omnes praeter Flor. qui πλάνην. Constat utramque formam Tragicis fuisse in usu. Sed in Aeschylo semper, ni fallor, invenitur foeminina, praeterquam in Prom. 594. ubi vulgo πλάνοι; sed et ibi πλάναι e MSS. restituit Blomfieldius. Contra in Euripidis superstitibus fabulis semper legitur masculina πλάνος. Helen. 782. πόσον χρόνον Πόντου 'πὶ νώτοις ἅλιον ἐφθείρου πλάνον. Inde colligo hujus formae usum post Aeschyli tempora invaluisse. Moeris, πλάνος, Ἀττικῶς· πλάνη, Ἑλληνικῶς. Hinc citavit Eustathius ad Il. B. p. 335, 44=252, 43. πλάνος φρενῶν, ἡ πλάνη. Flor. inverso ordine φρενῶν πλάνον.

284. εἰς πάντ' ἀφῖγμαι vulgo, ut in Soph. Oed. Tyr. 265. 40 κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι. εἰς πᾶν Valck. et Brunck. e quatuor MSS. Utrumque probum. Sic dicebant πᾶν δρᾶν vel πάντα δρῶν eodem sensu quo haec Nutrix εἰς πάντ' ἀφῖγμαι. Plato Apolog. §. 29. ὅπως ἀποφεύξεται, πᾶν ποιῶν, θάνατον. Sed Eubulus ap. Athen. III. p. 100. A. Ὑπεδησάμην, ἅπαντα δρῶν, τὰς ἐμβάδας. quae loca indicavit Blomfieldius. Deinde κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον, *nec quidquam profeci*. Similis phrasis est in Iph. A. 1383. Καὶ πλέον πράξωμεν οὐδέν. Soph. Oed. Tyr. 918. οὐδὲν εἰς πλέον ποιῶ.

288. Sic Lasc. et Codd. omnes. ἀλλ', ὦ φίλη παῖ Ald. quod sumptum esse credo a versu 475. ubi recte legitur.

289. λάθωμεν Flor. Sequentia sic legit et distinguit Censor Anglus (*Quart. Rev.* Vol. viii. p. 228.) καὶ σύ γ' ἡδίων γενοῦ, Στυγνὴν ὀφρὺν λύσασα, καὶ γνώμης ὁδὸν. Ἔγωγ', ὅπῃ σοι μὴ καλῶς τόδ' ἑσπόμην, Μεθεῖσ', κ. τ. λ.

στυγνὴν ὀφρὺν λύσασα, καὶ γνώμης ὁδὸν
ἐγώ θ', ὅπῃ σοι μὴ καλῶς τόθ' εἱπόμην,
μεθεῖσ', ἐπ' ἄλλον εἶμι βελτίω λόγον.
κεἰ μὲν νοσεῖς τι τῶν ἀποῤῥήτων κακῶν,
γυναῖκες αἵδε συγκαθιστάναι νόσον.
εἰ δ' ἔκφορός σοι ξυμφορὰ πρὸς ἄρσενας,
λέγ', ὡς ἰατροῖς πρᾶγμα μηνυθῇ τόδε.
εἶεν· τί σιγᾷς; οὐ σε χρὴ σιγᾶν, τέκνον;
ἀλλ' ἤ μ' ἐλέγχειν, εἴ τι μὴ καλῶς λέγω,
ἢ τοῖσιν εὖ λεχθεῖσι συγχωρεῖν λόγοις.
φθέγξαι τι· δεῦρ' ἄθρησον. ὢ τάλαιν' ἐγώ.
γυναῖκες, ἄλλως τούσδε μοχθοῦμεν πόνους,

290. Horat. Carm. III. 29. 16. *Sollicitam explicuere frontem.*

291. Vertas, *omissis istis, in quibus te male tum sequebar,* id est, *imitabar.*

294. *συγκαθιστάναι* Ald. *συγκαθιστάνται* Lasc. et MSS. unde conjecit Musgravius in prima editione *συγκαθίσταιντ' ἄν,* quod cum Valckenaerio et Brunckio nos quoque in prioribus edd. recepimus. Porsonus in Suppl. Praef. Hec. p. xxxiii. hanc emendationem acutam et probabilem vocat, monens particulam *ἂν* saepissime in ista versus sede positam reperiri. Mihi tamen idem evenit, ac Musgravio, qui ipse postea Aldinam le-
41 ctionem retinendam judicavit allatis Homeri locis, Iliad. *I.* 684. *Εἰσὶ καὶ οἵδε τάδ' εἰπέμεν. Τ.* 140. *Δῶρα δ' ἐγὼ ὅδε πάντα παρασχεῖν.* Lasc. *νόσων.*

296. *ἰατρῷ* P.

297. *εἶεν* solemnis exclamatio est, ubi missis iis, quae jam dicta sint, ad alia se convertit oratio. Huic respondet apud vernaculam linguam interjectio *Well!* Vide Hec. 817. Med. 387. Male igitur Brunckius contra Edd. et MSS. edidit *ἶεν*, quae particula summam admirationem denotat. Hunc vero secutus sum reponentem *οὔ σε χρὴ* pro vulgato *οὐκ ἐχρῆν.* Similis est confusio infra 845.

298. Sic Valck. et Brunck. e duobus Codd. A. Fl. Vulgo *ἦν τι.*

299. Fors. leg. *Ἢ τοῖσί γ' εὖ λ.*

301. „*Sic Ion.* 184. *legendum est, εὐφάμους πόνους μοχθεῖν Οὐκ ἀποκάμνω. non εὐφάμοις πόνοις.*" R. P. Dixit paullo aliter *μόχθους ἐπόνησα* infra 1366. In Flor. *λόγους* pro *πόνους.*

ἴσον δ' ἄπεσμεν τῷ πρίν· οὔτε γὰρ τότε
λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται.
ἀλλ' ἴσθι μέντοι, (πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα
γίγνου θαλάσσης,) εἰ θανεῖ, προδοῦσα σοὺς
παῖδας, πατρώων μὴ μεθέξοντας δόμων,
μὰ τὴν ἄνασσαν ἱππίαν Ἀμαζόνα,

302. τῶν πρίν MSS. et Edd. omnes ante Musgravium, qui in 2da ed. dedit e Scaligeri conjectura τῷ πρίν: sed facilius permutantur τῶι et τῶν.

303. ἐθέλγεθ' Lasc. Ald. sed ἐτέγγεθ' MSS. omnes et sic Musgr. Valck. Brunck. τέγγειν proprie est *aqua adspersa mollire.* De metaphorico hujus verbi usu videnda sunt quae docte et eleganter disputavit Ruhnkenius ad Timaeum p. 248. Conferas Aesch. Prom. 1044. Τέγγει γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθάσσει κέαρ Λιταῖς. Hinc quoque ἄτεγκτος *durus, qui molliri nequit:* ut in Soph. Oed. Tyr. 336. Ἀλλ' ὧδ' ἄτεγκτος κἀτελεύτητος φανεῖ;

304. ἴσθι — εἰ θανεῖ, προδοῦσα σοὺς Παῖδας interpretatur Valcken. *Scias te prodidisse liberos quum morieris.* Graeci saepe conjungunt verba οἶδα, γιγνώσκω, μανθάνω, αἰσθά- 42
νομαι, etc. et ex his composita, cum participiis praesentis, et perfecti et futuri, ut in notis istis Ξύνοιδα σοφὸς ὤν. Ἴσθι δύσποτμος γεγώς. Et hunc Graecismum sumpsit Virgilius Aen. II. 376. *extemplo (neque enim responsa dabantur Fida satis) sensit medios delapsus in hostes.* Quin et pariter Miltonus nostras Parad. Amiss. IX. 792. Nonnunquam haec formula cum participio Aoristi invenitur; conferendi versus hujus fabulae 521. 896. Soph. Trach. 741. Τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι, τὸν δ' ἐμὸν λέγω Πατέρα, κατακτείνασα τῆδ' ἐν ἡμέρᾳ. Electr. 1200. Μόνος βροτῶν νυν ἴσθ' ἐποικτείρας ποτέ.

Verba π. τ. αὐ. Γ. θ. quae διὰ μέσου dicta sunt, illustrentur per similes fere sententias apud Nostrum, Med. 28. ὡς δὲ πέτρος, ἢ θαλάσσιος Κλύδων, ἀκούει νουθετουμένη φίλων. Androm. 538. Τί με προσπίπτεις ἁλίαν πέτραν, Ἢ κῦμα λιταῖς ὣς ἱκετεύων; Pari sensu intelligendus est versus Aeschyli Prom. 1037. Ὀχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅπως, παρηγορῶν. Shakespeare, *Merchant of Venice,* Act. 4. Sc. 1. *You may as well go stand upon the beach, And bid the main flood bate his usual height;* etc.

307. ἱππείαν vulgo contra metrum. ἱππίαν A. et Eustath. ad Il. Z. p. 656, 28 = 521, 31. indicante Porsono; et haec quidem forma plerumque in Euripide restituenda est. Extat tamen altera infra 1352. Similiter usi sunt Tragici vocibus

ἢ σοῖς τέκνοισι δεσπότην ἐγείνατο
νόθον, φρονοῦντα γνήσι', οἶσθά νιν καλῶς,
Ἱππόλυτον. ΦΑΙ. οἴμοι. ΤΡ. θιγγάνει σέθεν
τόδε.
ΦΑΙ. ἀπώλεσάς με, μαῖα, καί σε πρὸς θεῶν
τοῦδ' ἀνδρὸς αὖθις λίσσομαι σιγᾶν πέρι.
ΤΡ. ὁρᾷς; φρονεῖς μὲν εὖ, φρονοῦσα δ', οὐ θέλεις
παῖδάς τ' ὀνῆσαι, καὶ σὸν ἐκσῶσαι βίον.
ΦΑΙ. φιλῶ τέκν'· ἄλλῃ δ' ἐν τύχῃ χειμάζομαι.
ΤΡ. ἁγνὰς μέν, ὦ παῖ, χεῖρας αἵματος φέρεις.
ΦΑΙ. χεῖρες μὲν ἁγναί, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι.
ΤΡ. μῶν ἐξ ἐπακτοῦ πημονῆς ἐχθρῶν τινος;
ΦΑΙ. φίλος μ' ἀπόλλυσ' οὐχ ἑκοῦσαν οὐχ ἑκών.
ΤΡ. Θησεύς τιν' ἡμάρτηκεν εἴς σ' ἁμαρτίαν;
ΦΑΙ. μὴ δρῶσ' ἔγωγ' ἐκεῖνον ὀφθείην κακῶς.
ΤΡ. τί γὰρ τὸ δεινὸν τοῦθ', ὅ σ' ἐξαίρει θανεῖν;

δούλειος et δούλιος, Βακχεῖος et Βάκχιος, atque aliis ejusmodi.

312. Alio ordine habet Cod. A. τοῦδ' αὖθις ἀνδρός. Αὖθις, *posthac*. Hesychius, αὖθις· πάλιν, ἢ μετὰ ταῦτα. Vid. infra v. 896. et quae ibi notata sunt. Alibi dictum εἰς αὖθις.

43 315. χειμάζομαι proprie *tempestate jactor*. Usu metaphorico, ut hic, adhibetur in Suppl. 271. Ion. 985. Soph. Phil. 1460. Antig. 391. Aristoph. Ran. 361.

316. φορεῖς e duobus MSS. Brunckius, qui et in Soph. Oed. T. 1320. φορεῖν pro φέρειν edidit; utrumque male. αἱμάτων φέρεις Χ. Π. 702.

317. Orest. 1620. ΜΕ. Ἁγνὸς γάρ εἰμι χεῖρας. ΟΡ. ἀλλ' οὐ τὰς φρένας. Hic versus laudatur apud Athenaeum XII. p. 580. D. ubi μιάσματα.

318. Verte, *num e calamitate ab inimico aliquo tibi illata?* ἐπακτόν. ἔξωθεν ἐπηγμένον. Hesych. Exponit Scholiasta, ἐπακτὴ (l. ἐπακτὸς) πημονή, ἔξωθεν ἐπαγομένη γοητεία παρὰ τῶν ἐχθρῶν. Hunc et seq. versum inepte adhibuit Auctor Χ. Π. 706-7.

320. σ' omittit Fl.

322. ἐξαίρειν hic est *excitare, impellere*, ut in Alcest. 356. Οὔτ' ἂν φρέν' ἐξαίροιμι πρὸς Λίβυν λακεῖν Αὐλόν. qua significatione saepius dicitur ἐπαίρειν. Aristoph. Nub. 42. Ἥτις με γῆμαι 'πῆρε τὴν σὴν μητέρα. Vid. Ruhnken. ad Timaeum, p. 119.

ΦΑΙ. ἔα μ' ἁμαρτεῖν· οὐ γὰρ εἰς σ' ἁμαρτάνω.
ΤΡ. οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ', ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι.
ΦΑΙ. τί δρᾷς; βιάζει χειρὸς ἐξαρτωμένη.
ΤΡ. καὶ τῶνδε γονάτων οὐ μεθήσομαί ποτε.
ΦΑΙ. κάκ', ὦ τάλαινα, σοὶ, τάδ' εἰ πεύσει κακά.
ΤΡ. μεῖζον γὰρ ἢ σοῦ μὴ τυχεῖν, τί μοι κακόν;
ὀλεῖ. ΦΑΙ. τὸ μέντοι πρᾶγμ' ἐμοὶ τιμὴν φέρει.
ΤΡ. κἄπειτα κρύπτεις χρήσθ', ἱκνουμένης ἐμοῦ;
ΦΑΙ. ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν ἐσθλὰ μηχανώμεθα.

323. Corruptissime Fl. οὗ γαρ εἰσί μ' ἁμαρτεῖν.

324. Duportus, Scaliger, aliique corrigebant οὐδέ σου λελείψομαι; sed mutatione nihil opus. Sensus est, ut videtur, *Vincar igitur, si modo necesse est ut vincar, non volens, sed tua opera.* ἐν δὲ σοὶ λελ. *sed penes te est ut vincar.* Sic in Alcest. 289. Ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή. Contra Valckenaerius vertit ἐν σοὶ, *tuo judicio.*

326. Καὶ σῶν γε γονάτων vulgo. sed τῶνδε γονάτων, quod exhibent Codd. B. D. verum esse judicavit Valckenaerius, 44 et recepit Brunckius: recte. Conf. Hec. 746. ἱκετεύω σε τῶνδε γουνάτων. Androm. 893. Ἀγαμέμνονος παῖ, πρὸς σὲ τῶνδε γουνάτων, Οἴκτειρον ἡμᾶς. Alterum e Glossa natum esse ostendit lectio Codicis apud Valck. τῶν γονάτων.

328. μὴ τυχεῖν interpretatur Scholiasta στερηθῆναι.

329. ὀλεῖ. Haec vox vulgo Phaedrae tribuitur; sed eam recte Nutrici continuavit Brunckius, monente Valckenaerio. Sic quidem convenit Phaedrae responsio, τὸ μέντοι πρᾶγμα (scil. τὸ ὀλέσθαι) ἐμοὶ τιμὴν φέρει. Ceterum ὀλεῖς, quod in nota MSta probavit Musgravius, pene adductus eram, ut in textum reciperem, et integrum versum Phaedrae tribuerem. Scilicet in hujusmodi dialogis, perrara est singularis versus divisio.

330. Sic omnes Libri praeter Parisiensem apud Valck. qui habet ἐμοὶ, mendose. Nimis licenter emendavit Brunckius ἱκνουμένην ἐμέ. Graeci quidem κρύπτειν cum duplici accusativo saepissime construunt, ut infra 918. Suppl. 306. ubi recte edidit Gaisfordius, Αἰσχρόν γ' ἔλεξας, χρηστὰ ἐπικρύπτειν φιλούς. Hec. 574. Κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών. Sed neque ista exempla, neque alia quae protulit Brunckius ad Aesch. Prom. 630. huic nostro prorsus similia sunt. Equidem censeo Euripidem hic praelaturum fuisse genitivum, quem vocant, absolutum, ut in Hec. 276. praetulit Ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ', ἀπαιτούσης ἐμοῦ, Ἄκουσον. ubi, nisi quod participium adjiciendum erat, dixisset Ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σε ἐμοί.

331. Lasc. Ald. et Codd. habent Ἐκ τῶν γὰρ ἐσθλῶν αἰ-

ΤΡ. οὔκουν λέγουσα τιμιωτέρα φανεῖ;
ΦΑΙ. ἄπελθε, πρὸς θεῶν, δεξιάν τ' ἐμὴν μέθες.
ΤΡ. οὐ δῆτ', ἐπεί μοι δῶρον οὐ δίδως ὃ χρῆν.
ΦΑΙ. δώσω· σέβας γὰρ χειρὸς αἰδοῦμαι τὸ σόν.
ΤΡ. σιγῷμ' ἂν ἤδη· σὸς γὰρ οὐντεῦθεν λόγος.
ΦΑΙ. ὦ τλῆμον, οἷον, μῆτερ, ἠράσθης ἔρον.
ΤΡ. ὃν ἔσχε ταῦρον, τέκνον; ἢ τί φῂς τόδε;
ΦΑΙ. σύ τ', ὦ τάλαιν' ὅμαιμε, Διονύσου δάμαρ.
ΤΡ. τέκνον, τί πάσχεις; ξυγγόνους κακορροθεῖς;

αἰσχρὰ μὴ. contra sensum. Sed αἰσχρῶν ἐσθλά, quod pro varia lectione suprascriptum habet MS. B. agnoscit quoque Scholiasta; et sic ediderunt Musgr. Valck. Brunck. Audacius conjecit Musgravius ἄκη γὰρ αἰσχρῶν.

332. Sic hodie scribendum censeo: vid. Soph. Aj. 79. Orest. 1236. Vulgo οὐκοῦν sine interr.

333. Sic Cod. Flor. Ante Valck. editum erat δεξιᾶς τ' ἐμῆς μέθες, soloece. Statuit enim Dawesius Misc. Crit. p. 236. μεθιέναι cum accusativo, μεθίεσθαι cum genitivo ab Atticis conjunctum esse; et hanc regulam firmarunt Valcken. ad Phoen. 522. Porson. ad Med. 734.

336. Similis est versus Suppl. 110. Οἶδ'· ἀλλὰ τοῦδε μῦθος οὐντεῦθεν, τέκνον.

337. ἔρος Aeolicam esse formam pro ἔρως docent Hesychius v. ἔρον, Etymol. M. v. ἔρος. Gregorius Corinthus p. 286. Eustathius ad Il. Α. p. 136, 38=103, 8. Scholiasta Homeri Il. Α. 469. et alii Grammatici. Vid. Koen. ad Gregorium. Comparatur γέλος, quod Aeolicum est pro γέλως. Ἔρος frequens est apud Homerum, sed non nisi in nominativo vel accusativo; in Euripidis quidem senariis quinquies occurrit, in melicis, Soph. Electr. 197. Post hunc versum nota interrogationis in editionibus male ponitur: quod et infra 351. factum est. Ex his et sequentibus sumpta erant quae Ovidii Phaedra dixit, Epist. Heroid. IV. 53. *Forsitan hunc generis fato reddamus amorem; Et Venus e tota gente tributa petat. — Pasiphae mater, decepto subdita tauro, Enixa est utero crimen onusque suo. Perfidus Aegides, ducentia fila secutus, Curva meae fugit tecta sororis ope. En ego nunc, ne forte parum Minoïa credar, In socias leges ultima gentis eo.*

339. σὺ δ'. Fl.

340. τί πάσχεις; interrogatio est Atticis usitata, quam plerumque interpretantur *Quid facis?* Mihi potius videtur congruere cum nostratium locutione *What ails you?*

ΦΑΙ. τρίτη δ' ἐγὼ δύστηνος ὡς ἀπόλλυμαι.
ΤΡ. ἔκ τοι πέπληγμαι· ποῖ προβήσεται λόγος;
ΦΑΙ. ἐκεῖθεν ἡμεῖς, οὐ νεωστὶ δυστυχεῖς.
ΤΡ. οὐδέν τι μᾶλλον οἶδ' ἃ βούλομαι κλύειν.
ΦΑΙ. φεῦ· πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἁμὲ χρὴ λέγειν;
ΤΡ. οὐ μάντις εἰμὶ τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς.
ΦΑΙ. τί τοῦθ', ὃ δὴ λέγουσιν ἀνθρώπους ἐρᾶν;
ΤΡ. ἥδιστον, ὦ παῖ, ταὐτὸν, ἀλγεινόν θ' ἅμα.
ΦΑΙ. ἡμεῖς ἂν εἶμεν θατέρῳ κεχρημέναι.
ΤΡ. τί φῄς; ἐρᾷς, ὦ τέκνον, ἀνθρώπων τινός;
ΦΑΙ. ὅστις ποθ' οὗτός ἐσθ', ὁ τῆς Ἀμαζόνος.
ΤΡ. Ἱππόλυτον αὐδᾷς; ΦΑΙ. σοῦ τάδ', οὐκ ἐμοῦ, κλύεις.

341. Sic in Soph. Oed. Col. 331. legendum, Ὦ τῆσδε, κἀμοῦ. ΙΣΜ. δυσμόρου δ' ἐμοῦ τρίτης. ubi δυσμόρου δ' sine auctoritate edidit Brunckius. „Malim οὐδ' ἀπόλλυμαι. Confer Soph. Ant. 919. Aj. 426. Σάλωνα pro Δόλωνα Auct. in Rhes. 525. σώματα pro δώματα Herc. 826." Elmsl.

343. Videtur sensus esse, Ab ista re (amore scilicet) nos non 46 recenter, sed jam olim infelices sumus. Aliter ceperunt interpretes.

344. οὐδέν τοι Flor.

345. Vulgo ἅ μ' ἐχρῆν, perperam. Sed ἁμὲ χρὴ servavit Aristophanes in Equit. 16. ubi hic versus Imperatori Demostheni lepide adsignatur; et sic edidit Brunckius.

346. Hec. 737. Οὔ τοι πέφυκα μάντις, ὥστε μὴ κλύων, Ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.

347. ἀνθρώπους ἐρᾶν pro simplici τὸ ἐρᾶν dictum esse arbitror. Vertas, *Quid est illud tandem, quod vocant amare?* Recte contulit Valckenaerius Ovid. Metam. VII. 12. *mirumque, nisi hoc est, Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.* Vox autem ἀνθρώπους sine necessitate invecta Phaedrae cunctationem ac pavorem optime exprimit. Corrigere tentabat Reiskius ὃ δὴ λέγουσιν ἐν ἀνθρώποις ἐρᾶν, satis infeliciter: obsequentem tamen habuit Brunckium.

349. ἡμεῖς δ' sine causa maluit Valck. Deinde κεχρημένας Edd. et MSS. praeter Cod. A. qui recte exhibet κεχρημέναι. Porsonus ad Hecub. 515. „Meminerint tirones Dawesiani canonis: Si mulier, de se loquens, pluralem adhibet numerum, genus etiam adhibet masculinum; si masculinum adhibet genus, numerum etiam adhibet pluralem."

352. Vertit in sua Tragoedia Racinius, *Hippolyte? Grands Dieux!* Ph. *C'est toi qui l'as nommé.* Hunc versum respexe-

ΤΡ. οἴμοι, τί λέξεις; τέκνον, ὥς μ' ἀπώλεσας.
γυναῖκες, οὐκ ἀνασχέτ', οὐκ ἀνέξομαι
ζῶσ'· ἐχθρὸν ἦμαρ, ἐχθρὸν εἰσορῶ φάος.
ῥίψω, μεθήσω σῶμ'· ἀπαλλαχθήσομαι
βίου θανοῦσα· χαίρετ', οὐκέτ' εἰμ' ἐγώ.
οἱ σώφρονες γὰρ, οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὅμως,
κακῶν ἐρῶσι. Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεὸς,
ἀλλ' εἴ τι μεῖζον ἄλλο γίγνεται θεοῦ,
ἣ τήνδε, κἀμὲ, καὶ δόμους ἀπώλεσεν.
ΧΟ. ἀΐες ὤ, ἔκλυες ὤ, στροφή.
ἀνήκουστα τᾶς τυράννου πάθη
μέλεα θρεομένας.

runt Plato in Alcibiade I. Tom. II. p. 113. C. Aristides Tom. III. p. 27. C. quod notavit Valck.

47 353. τί λέξεις; monuit Valckenaerius eum scribendi modum pro τί λέγεις in talibus esse Euripidi peculiarem. Vid. Hec. 515. 1114. Phoen. 1289. Ion. 1182. Helen. 788. Med. 1307. Οἴμοι, τί λέξεις; ὥς μ' ἀπώλεσας, γύναι. Videtur Hermanno ad Viger. p. 735. ea formula proprie indicare: *Quo tandem progrederis, hoc facto initio?* Interrogatio post τέκνον vulgo posita erat: distinctionem recte mutavit Valck.

354. Verbum ἀνέχεσθαι cum participio apud Atticos scriptores saepe conjungitur. Med. 38. οὐδ' ἀνέξεται κακῶς πάσχουσ'. Aesch. Pers. 835. Μόνης γὰρ, οἶδα, σοῦ κλύων ἀνέξεται. Soph. Aj. 411. Electr. 1028. Plura hujus structurae exempla videas apud Valck. in Phoen. 550.

356. ἀπαλλαγήσομαι X. Π. 369. verum asperam formam, ut antiquam, praetulere Tragici. Non desunt tamen alterius exempla, etsi rariora. Vid. Porson. ad Phoen. 986.

358. Voces ἀλλ' ὅμως in fine senarii frequentabat Euripides: quem morem ridens saepe imitatus est Aristophanes.

359. Supprimitur μόνον, ut in Hec. 1111. Ἀπώλεσ', οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως. Phoen. 1510. Σὰ δ' ἔρις, οὐκ ἔρις, ἀλλὰ φόνῳ φόνος Οἰδιπόδα δόμον ὤλεσε. Alcest. 235. „*Hujus ellipseos exempla suppeditabunt Jos. Scaliger ad Varronem de R. R.* III. p. 244. *Dan. Fessel. Adversar. Sacr.* IV. 3. *Joan. Davis. ad Cicer. Tusc. Disput.* V. 6., *et ad Cicer. de Natur. Deor.* II. 64. *et Lambert. Bos. in voce.*" R. P.

362. His respondent metra antistrophica infra 665.

363-4. Hos versus ita divisi, ut fierent Dochmiaci, cujus
48 etiam generis sunt vv. 365. 366. 367. 371. 372. 374. Asynarteti sunt vv. 368. 369. e Cretico et Dochmiaco constantes. Conf.

ὀλοίμαν ἔγωγε, πρίν σᾶν, φίλα,
καθανύσαι φρενῶν.
ἰώ μοι, φεῦ, φεῦ.
ὦ τάλαινα τῶνδ' ἀλγέων.
ὦ πόνοι τρέφοντες βροτούς.

Aesch. Suppl. 117. *Τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρουμένα Λέγω λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ.* Quae, etsi vulgatum ordinem reliquit Burneius, in versus Dochmiacos distribuenda sunt. *θρουμένας* et in v. praec. *πάθη*, pro *θρεομένας* et *πάθεα*, ob numeros rescripsi.

365. In edit. prima, cum Valckenaerio et plerisque editoribus dederam, *πρὶν σὰν φίλαν Καταλῦσαι φρένα*, hac nota adjecta:

Haec vertit Ratallerus, *O utinam ante Inteream, quam domina ista tua Maesto perdat funere vitam.* Quae interpretatio, etsi Valckenaerio satis commoda visa est, mihi certe non satisfacit. Dixit quidem Noster Suppl. 1004. *καταλύσουσα βίοτον*; sed vereor ut *καταλῦσαι φρένα* idem valere possit ac *καταλῦσαι βίοτον*, nec dubito quin corruptela aliqua in his vocibus lateat: hanc opinionem firmat magna lectionum varietas. *φιλίαν* habent Codd. B. D., *φρενῶν* Ald. et B. pro var. lect. *φιλίαν κατανῦσαι φρενῶν* A. Fl. et Lasc. Hinc aliquis legendum arbitretur *καθανύσαι*, nam *ἀνύτω* asperum spiritum habet: nec tamen video quomodo ex ista lectione sensus idoneus exprimi possit. Hesychius explicat *καθανύσαι. συντελέσαι.* [*κατανύσαι* Hermannus de Metris p. 260. *Ex Addendis.*] *πρίν σ' ἂν φ. κ. φ.* quod edidit Musgravius, soloecum est. Graeci dicebant *πρίν σε θανεῖν*, et *πρὶν ἂν σὺ θάνῃς*, non item *πρὶν ἄν σε θανεῖν*. Praeterea non debebat pronomen inter *πρὶν* et *ἂν* interponi. Hunc locum, cum nihil certi habeam, quod in textum reponam, aliorum sagacitati commendo.

Postea vero, a doctissimo Elmsleio monitus, rescripsi *πρὶν σᾶν, φίλα, Καθανύσαι φρενῶν*, cum haec lectio librorum auctoritate satis defendatur, et eadem sit vocis *καθανύτειν* constructio in Soph. Electr. 1451. *Ἔνδον· φίλης γὰρ προξένου κατήνυσαν.*

367. Sic MSS. A. Fl. Aldus duplicat *μοι*. Lascaris *ἰώ μοι μοι φεῦ.*

369. Verbi *τρέφειν* videtur sensus esse, *prosequi more nutricis.* Comparat Musgravius Soph. Trach. 116. *Οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ Τρέφει, τὸ δ' αὔξει βιότου Πολύπονον, ὥσπερ πέλαγος Κρήσιον.* Philemonem Stobaei LXVI. p. 420, 47. p. 281. Ed. Grot. *Τὸν μόριον ὄντα καὶ κακῇ τύχῃ τρέφει*, ubi lectionem Gesneri et Bentleii *Τὸν δὲ μόνον ὄντα*, probavit Porsonus in

ὤλωλας, ἐξέφηνας εἰς φάος κακά.
τίς σε παναμέριος ὅδε χρόνος μένει;
τελευτάσεταί τι καινὸν δόμοις.
ἄσημα δ' οὐκέτ' ἐστὶν οἷ φθίνει τύχα
Κύπριδος, ὦ τάλαινα παῖ Κρησία.

ΦΑΙ. Τροιζήνιαι γυναῖκες, αἳ τόδ' ἔσχατον
οἰκεῖτε χώρας Πελοπίας προνώπιον,
ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ

Advers. p. 296. Casaubonus in Animadv. in Athenaeum VIII c. 18. p. 549. plurima dedit exempla verbi *τρέφειν* apud Sophoclem pro *ἔχειν* adhibiti; ut in *φόβον τρέφειν*, *νόσον τρέφειν*. Sed tales locutiones cum Euripideis nostris parum apte comparantur.

371. Adjectivum *πανημέριος* apud Homerum frequens est, et significat *per totum diem*, quo sensu Attici aliam formam *πανήμερος* usurpabant. vid. Aesch. Prom. 1061. Soph. Trach. 662. Aristoph. Ran. 387. *Παναμέριος* extat in Nostri Ion. 122. Hic autem sensu prorsus insolenti adhibetur, si modo vera sit Scholiastae interpretatio: *τίς ἄρα σε χρόνος ἐκ πασῶν τῶν ἡμερῶν οὗτος ἐξεδέχετο, ᾧ τὰ τοῦ ἔρωτος νοήσασα ἐξέφηνας*; ubi pro *νοήσασα* fortasse corrigendum *νοσήματα*. Ceterum Brunckius e Musgravii conjectura edidit *τίς σ' ὦ παναμέριος ὅδε πόνος μίμνει*; lingua et metro adversantibus.

372. Vulgo *τελευτήσεται*. sed *τελευτᾶσαι τε* Flor. unde vidit Valck. legendum esse *τελευτάσεται*. quod edidit Brunck. Inter *αι* et *ε* frequens est confusio. in hoc versu pro *καινὸν* Aldina habet *κενόν*. Deest *δόμοις* in E. et Lasc.

373. Vide supra ad v. 269. *οἷ φθίνει*, quo cadit. metaphora sumpta a Sole vel astro in occasum vergente.

376. *προνώπιον* Hesychius et Suidas exponunt per *πρόθυρον*, id est, *vestibulum*, ad hunc locum respicientes. Hesychius etiam *προνώπια*, *τὰ ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν· καθάπερ ἐνώπια, τὰ ἔνδον, ὅπου αἱ εἰκόνες τίθενται*. similia habet Pollux. Vid. Bacch. 639. *Εἰς προνώπι' αὐτίχ' ἥξει*. Docet Eustathius ad Il. *A*. p. 82, 35 = 62, 14. et rursus ad Il. *B*. p. 312, 14 = 236, 14. hanc vocem contractam esse e *προενώπιον*, quod si constaret, legendum esset *προύνώπιον*. sed profecto fluxit ab adjecti-
50 vo *προνωπής*, quod explicatur per *εἰς τοὔμπροσθεν φερόμενος*. Anglice, *forward*. Androm. 730. *Ἄγαν προνωπὴς εἰς τὸ λοιδορεῖν φέρει*. Alcest. 144. 187. Ceterum regio Troezenia Peloponnesi vestibulum dicitur, utpote quae prima ab Oriente peninsulae pars, Atticae objecta erat.

377. Haec ridet Aristophanes in Equit. 1287. apertius vero in Ran. 962. *Ἤδη ποτ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα*,

θνητῶν ἐφρόντισ' ᾗ διέφθαρται βίος.
καί μοι δοκοῦσιν οὐ κατὰ γνώμης φύσιν
πράσσειν κάκιον· ἔστι γὰρ τάγ' εὖ φρονεῖν
πολλοῖσιν· ἀλλὰ τῇδ' ἀθρητέον τάδε.
τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα, καὶ γιγνώσκομεν,
οὐκ ἐκπονοῦμεν δ'· αἱ μὲν ἀργίας ὕπο,
οἱ δ' ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ
ἄλλην τιν'· εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ βίου,
μακραί τε λέσχαι, καὶ σχολὴ, τερπνὸν κακὸν,
αἰδώς τε· δισσαὶ δ' εἰσὶν· ἡ μὲν οὐ κακὴ,
ἡ δ' ἄχθος οἴκων· εἰ δ' ὁ καιρὸς ἦν σαφὴς,

Τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρύω ζητῶν τίς ἐστιν ὄρνις, sic scripsi pro vulgato *ἱππαλεκτρυόνα*, quod metri leges violat, ex emendatione Porsoni, cujus notitiam debemus Dobraeo. Vid. Supplem. Praef. ad Hec. p. xlii. Epicharmi versus emendatos citat Porsonus in Addend. in Not. ad Hec. 1169. *Αἴτε τι ζητεῖ σοφόν τις, νυκτὸς ἐνθυμητέον. Καὶ, Πάντα τὰ σπουδαῖα νυκτὸς μᾶλλον ἐξευρίσκεται.* Eustathius haec citans ad Il. *B.* p. 168, 4=127, 16. monet respicere Nostrum ad locutionem proverbialem *ἐν νυκτὶ βουλὴ*, unde etiam Nox *εὐφρόνη* vocatur.

381. *τάδε* Ald. *τόδε* Lasc. et MSS. sed pluralem in talibus praetulere Tragici.

382. Eadem tautologia, si sit tautologia, legitur in Iphig. Taur. 490. *τὰς γὰρ ἐνθάδε θυσίας ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν.* Vv. 382—6. laudat Stobaeus XXX. p. 290, 47. Ed. Gesn. p. 133. Ed. Grot.

383. Aliam lectionem *Κοὐκ ἐκπονοῦμεν* habent E. P. et Lasc. Conf. Euripidis Fragm. Chrysippi II. *Αἶ, αἶ. τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακὸν, Ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.* Ovid. Met. VII. 20. *video meliora, proboque; Deteriora sequor.*

384. *προσθέντες* Fl.

386. „*μακραὶ δὲ* *Stoboeus Trincavelli* xxviii." R. P.

387. Haec adumbrata ex Homerico (Il. Ω. 44.) *οὐδέ οἱ αἰδὼς Γίνεται, ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι.* Eandem sententiam expressit Euripides in Fragm. Erecthei apud Clem. Alexandr. Strom. VI. p. 621. B. *Αἰδοῦς δὲ καὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι· Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν αὖ κακὸν μέγα*, ubi male legitur in Edit. Paris. *Αἰδοῦς καὶ αὐτός.* Nostra citat Plutarchus de Virtut. Moral. Tom. II. p. 448. F. Confert V. D. Jac. Tate Hesiod. Op. et D. 11. *Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἰσὶ δύω· τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας, Ἡ δ' ἐπιμωμητή· κ. τ. λ.*

οὐκ ἂν δύ᾽ ἤτην ταὔτ᾽ ἔχοντε γράμματε.
ταῦτ᾽ οὖν ἐπειδὴ τυγχάνω προγνοῦσ᾽ ἐγὼ,
οὐκ ἔσθ᾽ ὁποίῳ φαρμάκῳ διαφθερεῖν
ἔμελλον, ὥστε τοὔμπαλιν πεσεῖν φρενῶν.
λέξω δὲ καί σοι τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν.
ἐπεί μ᾽ ἔρως ἔτρωσεν, ἐσκόπουν ὅπως
κάλλιστ᾽ ἐνέγκαιμ᾽ αὐτόν. ἠρξάμην μὲν οὖν
ἐκ τοῦδε, σιγᾶν τήνδε καὶ κρύπτειν νόσον.
γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστὸν, ἣ θυραῖα μὲν
φρονήματ᾽ ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται,
αὐτὴ δ᾽ ὑφ᾽ αὑτῆς πλεῖστα κέκτηται κακά.
τὸ δεύτερον δὲ, τὴν ἄνοιαν εὖ φέρειν,
τῷ σωφρονεῖν νικῶσα, προὐνοησάμην.
τρίτον δ᾽, ἐπειδὴ τοῖσιδ᾽ οὐκ ἐξήνυτον

389. ἤστην vulgo: sed ἤτην Homeri Scholiast. Venet. ad Il. Α. 104. Pro γράμματα MSS. A. B. πράγματα. sed γράμματε Eustathius ad Il. Θ. p. 723, 15=618, 24. citans in exemplum Atticae syntaxeos, qua pro femininis dualibus masculina, in articulis praesertim et participiis, adhibentur. Praeivit Homerus Il. Θ. 455. ubi πληγέντε κεραυνῷ de Junone et Minerva dictum est. γράμματα legerat etiam Menander Athenaei XIII. p. 571. E. qui Nostrum imitatus est, observante Valckenaerio. Sensus est, *Si vero utriusque occasio certa esset, res duae non iisdem literis*, id est, *eodem nomine designarentur*. Perperam vulgo ταῦτ᾽. recte tamen Lascaris ταὔτ᾽. ἔχον γε Fl.

390. Vulgo φρονοῦσ᾽. sed προγνοῦσ᾽ e Codice A. ediderunt Musgravius et Brunckius.

391. διαφθείρειν significat *abolere*, hic vero usu metaphorico, *oblivisci*. Eodem modo usurpatur διολλύναι, Soph. Oed. Tyr. 317. ταῦτα γὰρ καλῶς ἐγὼ Εἰδὼς διώλεσ᾽· οὐ γὰρ ἂν δεῦρ᾽ ἱκόμην. Contra σώζειν est *recordari* in Helen. 274. σώζεσθαι Suppl. 916. Ἅιδ᾽ ἂν μάθῃ παῖς, ταῦτα σώζεσθαι φιλεῖ Πρὸς γῆρας. Soph. Trach. 684. et alibi. Vid. Porson. Suppl. Praef. ad Hec. p. xxxiii.

52 397—9. Habet Stobaeus XXXVI. p. 216, 52. Grot. p. 142. Optime vertit Grotius *Nam nullam habere convenit linguae fidem, Consilia cordi quae scit alieno dare, Suis laboret ipsa cum semper malis.*

400. Ovidii Phaedra, Heroid. IV. 151. *Et pugnare diu, nec me submittere culpae Certa fui, certi si quid haberet amor.* τὸ δεύτερόν τε Codd. A. Fl.

402. Vulgo τοῖσιν. Edidi post Brunckium τοῖσιδ᾽, quod

Κύπριν κρατῆσαι, κατθανεῖν ἔδοξέ μοι,
κράτιστον (οὐδεὶς ἀντερεῖ) βουλευμάτων.
ἐμοὶ γὰρ εἴη μήτε λανθάνειν καλὰ,
μήτ' αἰσχρὰ δρώσῃ μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν.
τὸ δ' ἔργον ᾔδη, τὴν νόσον τε δυσκλεᾶ,
γυνή τε πρὸς τοῖσδ' οὖσ' ἐγίγνωσκον καλῶς,
μίσημα πᾶσιν, ὡς ὄλοιτο παγκάκως,
ἥτις πρὸς ἄνδρας ἤρξατ' αἰσχύνειν λέχη
πρώτη θυραίους· ἐκ δὲ γενναίων δόμων
τόδ' ἦρξε θηλείαισι γίγνεσθαι κακόν·

extat in Orest. 1123. Heraclid. 968. Eandem correctionem adhibuit Porsonus Medeae v. 1299. ... pro ... reponendum est in Nostri Iphig. T. 747. et alibi. Vid. infr. ad v. 1391. De formis ἀνύτω et ἀρύτω, quae pro communibus ἀνύω et ἀρύω Atticis in usu erant, vide Porsonum ad Phoeniss. 463.

404. βουλευμάτων Flor.

407. ᾔδειν Lasc. Ald. Sed ᾔδη habent quatuor Codices, recte: nam haec est Attica plusquamperfecti forma; quod monuerunt omnes fere veteres Grammatici. Permulta loca ubi librariorum inscitia invexit communes formas ᾔδειν, ἐπεπόνθειν etc. jam correxerunt Viri docti. De hac re consulas Dawesium Miscell. Crit. p. 230. Piersonum ad Moerin p. 173.

408. γυνὴ δὲ unus Codex. Haec verba, Heathio et Marklando male intellecta, interpretatus est Valck. *Praeterea quoque me probe noveram esse mulierem, rem omnibus odiosam.* Similis est Creusae querela in Nostri Ion. 410. Τὰ γὰρ γυναικῶν δύσχερῆ πρὸς ἄρσενας· Κἀν ταῖς κακαῖσιν ἀγαθαὶ μεμιγμέναι Μισούμεθ'· οὕτω δυστυχεῖς πεφύκαμεν. Valckenaerius protulit satis nota quaedam Tragicorum loca, in quibus μῖσος, μίσημα, στύγος, et στύγημα de personis dicuntur: Med. 1320. Ὦ μῖσος, ὦ μέγιστον ἐχθίστη γύναι Θεοῖς τε, κἀμοὶ, παντί τ' ἀνθρώπων γένει. Soph. Electr. 289. Ὦ δύσθεον μίσημα. Horum autem ratio aliquantum diversa est: similis est constructio in Heliodori Aethiopic. VI. 9. Tom. II. p. 108. Ed. Mitschel. οὐκ ἐνθυμήσεις ἄνθρωπος οὖσα, πρᾶγμα ἀστάθμητον, καὶ ὀξείας ῥοπὰς ἐφ' ἑκάτερα λαμβάνον; De constructione dictum est supra ad v. 304.

409. ὥστ' ὄλοιτο e membranis, ut videtur, tacite edidit Brunckius: sed procul dubio recte se habet ὡς ὄλοιτο. nam particula ὡς cum optativo in initio sententiae constructa significat *utinam*, ut in versu Homeri Iliad. Σ. 107. Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν, ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο. Soph. Electr. 126. ὡς ὁ τάδε πορὼν Ὄλοιτ'.

ὅταν γὰρ αἰσχρὰ τοῖσιν ἐσθλοῖσιν δοκῇ,
ἦ κάρτα δόξει τοῖς κακοῖς γ' εἶναι καλά.
μισῶ δὲ καὶ τὰς σώφρονας μὲν ἐν λόγοις,
λάθρα δὲ τόλμας οὐ καλὰς κεκτημένας·
αἳ πῶς ποτ', ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι,
βλέπουσιν εἰς πρόσωπα τῶν ξυνευνετῶν,
οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην,
τέρεμνά τ' οἴκων, μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ;
ἡμᾶς γὰρ αὐτὸ τοῦτ' ἀποκτείνει, φίλαι,
ὡς μή ποτ' ἄνδρα τὸν ἐμὸν αἰσχύνασ' ἁλῶ,
μὴ παῖδας, οὓς ἔτικτον· ἀλλ' ἐλεύθεροι,
παρρησίᾳ θάλλοντες, οἰκοῖεν πόλιν
κλεινῶν Ἀθηνῶν, μητρὸς οὕνεκ' εὐκλεεῖς.
δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.

417–18. Hos versus sumpsit Eustathius de Ismenias et Ismenes Amor. X. p. 338. priorem leviter mutatum Xenarchus Comicus apud Athenaeum XIII. p. 569. D. quod indicavit Valck.

419–20. τέρεμνά τ' Lasc. κτλ. 419. 420. adhibuit Lucianus Adversus Indoctum Tom. III. p. 128, 54. Conferas infra v. 1077. Aeschyl. Agam. 37. οἶκος δ' αὐτός, εἰ φθογγὴν λάβοι, σαφέστατ' ἂν λέξειεν. Nostri Androm. 925. ὡς θωΰσσουσί μοι Δόμοι γ' ἐλαύνειν φθέγμ' ἔχοντες οἵδε με. Cicer. pro Caelio, 24. *Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eiiciat? non parietes conscios? non noctem illam funestam ac luctuosam perhorrescat?* Juvenal. Sat. IX. 102. *O Corydon, Corydon, secretum divitis ullum Esse putas? servi ut taceant, iumenta loquentur, Et canis, et postes, et marmora.* Non absimilia sunt in Shakespearii tragoedia *Macbeth*, Act. II. Sc. 1.

421. ἀποκτανεῖ Ald. sed ἀποκτείνει restituerunt ultimi editores ex A. Pl. et Lasc. Idem error sublatus est infra 1067. ἀποκτεῖναι Flor.

423. ἐλευθέροις Aldus, non male; sed paullo melior videtur altera lectio ἐλεύθεροι, quam exhibent A. D. P. Fl. Lasc. et receperunt Musgr. Valck. Brunck.

424. θάλλοντι Lasc.

426–27. Bis laudantur apud Plutarchum, de Liberorum Educatione Tom. II. p. 1. C. et de Audiendis Poetis p. 28. C. Sex versus 426—431. exhibet Stobaeus LXXXVIII. p. 501, 12. p. 365. Ed. Grot. Citat Diogenes Laertius, Bion. Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύστομός τις ᾖ.

μόνον δὲ τοῦτό φασ' ἁμιλλᾶσθαι βίῳ,
γνώμην δικαίαν κἀγαθὴν, ὅτῳ παρῇ.
κακοὺς δὲ θνητῶν ἐξέφην', ὅταν τύχῃ,
προσθεὶς κάτοπτρον, ὥστε παρθένῳ νέᾳ,
χρόνος· παρ' οἷσι μήποτ' ὀφθείην ἐγώ.
ΧΟ. φεῦ, φεῦ· τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλὸν,
καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται.

428. *μόνον δέ φασι τοῦθ' ἀμ. β.* Stobaeus Trincavelli, et Stobaei MS. quod edidit Brunck. Mox *ὅταν παρῇ* Stobaeus. Corrupte Fl. *φασὶν ἀμ.* et *παρῆν.* Vertit Grotius, *Unum sed aiunt esse par vitae bonum, Cum rectus animus nil sibi conscit mali.* Verbum *ἁμιλλᾶσθαι* hic significat *durando certare.* Quoad sententiam comparari possunt Sophocles Philoct. 1443. *οὐ γὰρ ηὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς· Κἂν ζῶσι, κἂν θάνωσιν, οὐκ ἀπόλλυται.* (Ita hunc locum dedere nuperi Editores pro *ἡ γὰρ εὐσέβεια οὐ, &c.* e correctione Dawesii Misc. Crit. p. 329. quam contra Tyrwhittum defendit Porsonus in Append. ad Toup. p. 448.) Euripides in Fragm. Temenid. apud Stobaeum Ecl. p. 1. 9. *Ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται, Ζῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ Ἅπαντα φροῦδα συνθανόντ' ὑπὸ χθονός.*

431. *προσθεὶς* Ald. Fl. et Stobaei Ed. Trincav. *προθεὶς* Lasc. cum plerisque MSS. solito librariorum errore, quem secuti sunt Musgr. et Brunck. Deinde vulgo *παρθένος νέα.* sed meliorem lectionem *παρθένῳ νέᾳ* servarunt A. Scholiast. et sic Musgr. Brunck. Stobaeus, Trincav. et Stobaei Cod. Sensus est, *Ut virgini ministra sua, ita menti hominis speculum affert tempus.* Conferunt Viri docti Terentium Adelph. Act. III. Sc. 3. 60. *denique Inspicere tanquam in speculum in vitas omnium Jubeo.*

433. *ἁπανταχοῦ* Aldus, ut vulgo; et sic X. *Π*, 547. *ἁπανταχῇ* E. P. Lasc. et Stobaeus, hunc et sequentem versum exhibens, V. p. 63, 49. p. 37. Grot. *τὸ σῶφρόν πως,* Lasc.

434. *καρπίζεται* Codd. A. B. D. E. et hoc quidem post Musgravium et Brunckium temere amplexus eram, vice alterius lectionis *κομίζεται,* quod habent Lasc. Ald. Stobaeus, et X. *Π.* 547. Cum autem ad *δευτέρας φροντίδας* ventum est, vidi *καρπίζεσθαι* pro *καρποῦσθαι* Tragicis haud usitatum esse. Spurius est versus Aesch. Theb. 607. *Ἄτης ἄρουρα θάνατος ἐκκαρπίζεται.* Verba Scholiastae Pindari, Nem. IX. 110. a Musgravio citata, *δόξαν εὐκλεᾶ καρπούμενος,* e tragoedia desumpta esse credo. Quin et Demosthenes Adv. Leptinem, 56. p. 478, 1. Ed. Reisk. *ὅσου γὰρ ἄν τις παρ' ὑμῶν ἀγαθοῦ τοῖς ἄλλοις αἴτιος γένηται, τούτου τὴν δόξαν τὸ τῆς πόλεως ὄνομα καρποῦται.*

ΤΡ. δέσποιν', ἐμοί τοι συμφορὰ μὲν ἀρτίως
ἡ σὴ παρέσχε δεινὸν ἐξαίφνης φόβον·
νῦν δ' ἐννοοῦμαι φαῦλος οὖσα· κἀν βροτοῖς
αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.
οὐ γὰρ περισσὸν οὐδὲν οὐδ' ἔξω λόγου
πέπονθας· ὀργαὶ δ' ἐς σ' ἀπέσκηψαν θεᾶς.
ἐρᾷς· τί τοῦτο θαῦμα; σὺν πολλοῖς βροτῶν.
κἄπειτ' ἔρωτος οὕνεκα ψυχὴν ὀλεῖς;

Credit Valck. Euripidem καρπίζεται in priore hujus fabulae editione scripsisse, mox autem mutasse in κομίζεται.

435. ἐμοί σε Flor.

437. De constructione vid. supra ad v. 304. φαῦλος, perinde ac alia quaedam adjectiva, modo duorum generum est, modo femininam formam φαύλη adsciscit. Extat quidem φαύλην apud Nostrum in Med. 803. Non aliter feminina sunt μάταιον Iphig. T. 628. ὀρφανὸν Hec. 150. στερρὸς Hec. 300. γενναῖος Hec. 596. δίκαιος Iph. T. 1202. μέλεος Orest. 207. βρύχιον Pers. 396. et alia nonnulla, quorum alibi leguntur feminae formae ματαία, δικαία, μελέα, etc.

438. Hic versus quasi e Nostri Cretensibus citatur apud Athen. XIV. p. 640. B. Proverbium, si quod aliud, tritum, extat iisdem fere vocibus apud Eustathium ad Il. *B.* p. 195, 24=148, 6. et ad Il. *H.* p. 689, 54=567, 13. utrobique Ed. Basil. mendose σοφότεραι. Versum citat idem ad Il. *B.* p. 164, 31=124, 31. Suppl. 1082. Ἀλλ' ἐν δόμοις μὲν ἤν τι μὴ καλῶς ἔχῃ, Γνώμαισιν ὑστέραισιν ἐξορθούμεθα. Citat Egertonus Cic. Philipp. XII. 2. *posteriores enim cogitationes, ut aiunt, sapientiores solent esse.*

440. ἐπέσκηψαν vulgo. Sed cum haberet Cod. A. εἴ σ' ἀπέσκηψαν, edidit Brunckius, monente Valckenaerio, εἰς σ' ἀπέσκηψαν: recte, ut opinor; ἐπισκήπτειν enim apud Tragicos plerumque sensu *mandandi* adhibetur. ἀποσκήπτειν, ἐνσκήπτειν, κατασκήπτειν, ἐγκατασκήπτειν de malis divinitus irruentibus dicuntur; quod exemplis ostendit Valck. Sic infra 1416. Ὀργαὶ κατασκήψουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας. In nostro versu non displiceret ἐνέσκηψαν.

441. Haec in usus suos converterunt Eumathius de Ism. Amor. III. p. 73. et Heliodorus Aethiopic. IV. 10. p. 289. Contulit Valck. Herodotum VI. 68. p. 469. οὔτε γάρ, εἴπερ πεποίηκάς τι τῶν λεγομένων, μούνη δὴ πεποίηκας, μετὰ πολλέων δέ. Conf. infr. 836. et ibi notata.

οὔ τἄρα λύει τοῖς ἐρῶσι τῶν πέλας,
ὅσοι τε μέλλουσ', εἰ θανεῖν αὐτοὺς χρεών.
Κύπρις γὰρ οὐ φορητὸν, ἢν πολλὴ ῥυῇ·
ἣ τὸν μὲν εἴκονθ' ἡσυχῇ μετέρχεται,
ὃν δ' ἂν περισσὸν καὶ φρονοῦνθ' εὕρῃ μέγα,

443. Vulgo οὐκ ἄρα γ' οὐ δεῖ, quae cum manifeste vitiosa essent, infelicibus conjecturis tentarunt Viri docti: Scaliger οὐκ ἄρα χοὐ δεῖ. Reiskius οὐκ ἐρᾶσετ' ἔτ' οὐδεὶς, οἵ τ'. Heathius οὐκ ἄρα γ' εὖ ἔχει. Musgravius οὐκ ἄρα γ' ἡδὺ, vel οὐκ ἄρα δεινόν. Scholiasta vero exponit per οὐ λυσιτελεῖ, οὐ συμφέρει: unde vidit tandem Valckenaerius eum legisse λύει: cumque plurimi MSS. cum Lasc. exhiberent οὔ τ' ἄρα, ipse correxit οὔ τ' ἄρα λύει, vero quidem quam proxime. In uno tantum leviter erravit Vir summus. Copula τε hic locum non habet. οὔτ' ἄρα est οὐ τοι ἄρα, diphthongo οι, quae elidi non potest, cum brevi vocali crasin efficiente: quod persaepe fit in Atticis poetis; praesertim in τοι ἄρα et τοι ἄν. vid. infra 482. 1032. 1411. Haec crasis, quam vix unquam librarii perceperunt, restituta est a Porsono Medeae v. 865. Sophoclis Ajaci v. 534. extat Trachin. 279. 322. Electr. 404. Aesch. Prom. 403. Theb. 556. Agam. 879. Nostri Iphig. Aul. 963. et alibi, licet plerumque vel a librariis corrupta, vel ab interpretibus parum percepta sit. Exempla hujus craseos apud Aristophanem plurima dedit Elmsleius ad Acharn. 323. Ceterum loci sententiam bene illustrat Ovidius Amor. II. 5. 1. *Nullus amor tanti est* (*abeas pharetrate Cupido*) *Ut mihi sint toties maxima vota mori.* λύει pro λυσιτελεῖ, *tanti est*, occurrit in Med. 566. 1109. 1359. Σάφ' ἴσθι· λύει δ' ἄλγος, ἤν σὺ μὴ 'γγελᾷς. (ubi vid. Porson.) Alc. 639. Sophocl. Electr. 1005. Plenius in Oedip. T. 316. Φεῦ, φεῦ· φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη λύει φρονοῦντι. Hesychius λύει· λυσιτελεῖ.

445. φορητὸς MSS. et Edd. ante Valckenaerium, qui e Stobaeo LXI. p. 386, 36. p. 239. Grot. reposuit φορητὸν, recte: hunc enim loquendi modum adamavit Euripides. Vid. supra, 108. Orest. 226. 228. Phoen. 367. 385. 976. ubique subauditur χρῆμα. Tritissima sunt hujus structurae exempla apud Latinos, *Triste lupus stabulis.* *Dulce satis humor.* *Varium et mutabile semper Femina.* Deinde comparant Editores Horatianum, Carm. I. 19. 9. *In me tota ruens Venus Cyprum deseruit.* πολλὴ est *vehemens, nimia.* ut Iph. Aul. 556. Καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδίτας, πολλὰν δ' ἀποθείμαν. ubi vulgo πολλάν τ'.

446. ἥκονθ' duo Codd. et Stobaeus Trincavelli.

447. περισσὰ Stobaeus loc. cit. male: vid. infra 952. De-

τοῦτον λαβοῦσα, πῶς δοκεῖς, καθύβρισεν.
φοιτᾷ δ' ἀν' αἰθέρ', ἔστι δ' ἐν θαλασσίῳ
κλύδωνι Κύπρις· πάντα δ' ἐκ ταύτης ἔφυ.
ἥδ' ἐστὶν ἡ σπείρουσα καὶ διδοῦσ' ἔρον,
οὗ πάντες ἐσμὲν οἱ κατὰ χθόν' ἔκγονοι.
ὅσοι μὲν οὖν γραφάς τε τῶν παλαιτέρων
ἔχουσιν, αὐτοί τ' εἰσὶν ἐν μούσαισιν ἀεὶ,
ἴσασι μὲν, Ζεὺς ὥς ποτ' ἠράσθη γάμων
Σεμέλης· ἴσασι δ', ὡς ἀνήρπασέν ποτε
ἡ καλλιφεγγὴς Κέφαλον εἰς θεοὺς Ἕως,
ἔρωτος οὕνεκ'· ἀλλ' ὅμως ἐν οὐρανῷ

inde σωφρονοῦνθ' Flor. pro quo Is. Vossius male proposuit σωφρονεῖν θ'. frequens est φρονεῖν μέγα apud Tragicos, praesertim Nostrum, et significat *superbire*: ut supra v. 6. Orest. 798. Phoen. 41. Electr. 1127. hinc etiam Phoen. 715. Ἤκουσα μεῖζον αὐτὸν ἢ Θήβας φρονεῖν. id est, *Thebas despicere*.

448. Voces πῶς δοκεῖς interpositae spiritum quendam orationi addunt. Sic Noster Hec. 1150. Κᾆτ' ἐκ γαλήνης, πῶς
58 δοκεῖς, προσφθεγμάτων Εὐθὺς λαβοῦσαι φάσγαν' ἐκ πέπλων ποθὲν Κεντοῦσι παῖδας. Aristoph. Ran. 54. ἐξαίφνης πόθος τὴν καρδίαν ἐπάταξε, πῶς οἴει, σφόδρα. Eccles. 399. Κᾆτ' εὐθὺς ὁ δῆμος ἀναβοᾷ, πόσον δοκεῖς. De his et similibus formulis egit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 475, 25.

449. Cuivis haec legenti in mentem veniet carminis Lucretiani initium. Valckenaerius laudat versus Sophoclis Phaedrae apud Stobaeum LXI. p. 388, 24. Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται, Οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω ψυχὰς ταράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται. Καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει Ζεὺς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται. Tres priores Euripidi adscribit Clemens Alex. Strom. VI. p. 633. D.

451-2. Habet Plutarchus in Erotic. Tom. II. p. 756. D. ἔγγονοι Ald. sed ἔκγονοι Lasc. Plutarch. X. Π. 49. cum MSS. nonnullis.

454. Locutionem ἐν μούσαις εἶναι de Poetis vel etiam Historicis intelligit Eustath. ad Il. B. p. 262, 2 = 198, 30. huc respiciens: ὥστε ἐν τῷ, Μῆνιν ἄειδε θεά, προσυπακουστέον τὸ, δι' ἐμοῦ ὃς ἀεὶ ἐν μούσαις εἰμί· ὃ δὴ περὶ τῶν ποιητῶν ἢ τῶν ἁπλῶς λογίων Εὐριπίδης φησί.

456. Aliter quidem Homerus Odyss. O. 249. Ἀλλ' ἤτοι Κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπασεν Ἠὼς, Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

458. Valckenaerius citat locum simillimum ex Herc. Fur. 1318.

ναίουσι, καὶ φεύγουσιν ἐκποδὼν θεοὺς
στέργουσι δ', οἶμαι, ξυμφορᾷ νικώμενοι·
σὺ δ' οὐκ ἀνέξει; χρῆν σ' ἐπὶ ῥητοῖς ἄρα
πατέρα φυτεύειν, ἢ 'πὶ δεσπόταις θεοῖς

459. θεοὶ pro θεοὺς Markland.

460. *στέργουσι, they acquiesce.* In hoc sensu *στέργειν* frequentatur, plerumque quidem cum accusativo constructum, ut infra 463. nec raro tamen cum dativo. ξυμφορὰς Flor. quod defendi possit per Aesch. Suppl. 1012. ἵμερου νικώμενος. Fragm. Dictyos apud Stob. XCI. p. 507, 26. χρημάτων νικωμένῳ. hujus fabulae v. 724. πικροῦ δ' ἔρωτος ἡσσηθήσομαι. Sed videtur dativus magis commodus, et in talibus usitatior. Noster Med. 1192. ξυμφορᾷ νικωμένη. Hec. 337. τῇ βίᾳ νικώμενοι. Heracl. 300. νικηθεὶς πόθῳ.

461. σὺ δ' οὐκ ἀνέξει; supprimitur νικωμένη. Plenius dixit Heracl. 358. *Νικωμένη γὰρ Παλλὰς οὐκ ἀνέξεται.* Vide supra ad v. 354. Deinde χρῆν σ' ἐ. ῥ. ἀ. Π. φ. vertas, *Debuerat igitur pater te certis et pactis conditionibus genuisse:* et conferas Iph. A. 29. *Οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς, Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς.* Huc respexit Eustathius ad Il. B. p. 235, 35 = 177, 6. Ceterum notent tirones exemplum brevis vocalis in fine vocis ante inceptivam ῥ productae: quod apud Atticos semper factum esse statuit Dawesius Misc. Crit. p. 160. inter alia exempla hunc versum afferens. Videas Aesch. Prom. 1059. *Διασπαράξαι σώματος μέγα ῥάκος.* Soph. Oed. T. 847. *Τοῦτ' ἐστὶν ἤδη τοὔργον εἰς ἐμὲ ῥέπον.* Oed. C. 900. Antig. 318. 712. Eur. Ion. 584. Iph. T. 253. Cyclop. 398. *Ἔσφαξ' ἑταίρων τῶν ἐμῶν τινι ῥυθμῷ.* Electr. 777. Suppl. 105. (Ed. Gaisford.) Helen. 1099. *Μέγας γὰρ ἁγών, καὶ βλέπω δύο ῥοπάς.* et loca plurima Comicorum apud Dawesium, Brunckium in Aristoph. Plut. 1065. Gaisfordium in Hephaestion. p. 219. Sed profecto Canon Dawesianus, etsi adstipulantibus Viris doctis, parum accurate traditus est: exceptiones enim quaedam notandae erant, quarum praecipuas congessit Gaisfordius ad Hephaest. p. 220. Verior profecto regula videtur, quam de hujus literae apud Iambicorum scriptores potestate statuit Censor Promethei Editionis Blomfieldianae (*Quarterly Review*, Vol. V. p. 225.) Si finalis syllaba natura brevis secunda pedis pars est, ut in eam ictus metricus cadat, tum ob consonantem ῥ in initio vocis sequentis producitur. Haec autem vis ἐκτατικὴ non obstat, quo minus syllaba in priore pedis parte brevis maneat, ut in Prom. 788. *Χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα.*

ἄλλοισιν, εἰ μὴ τούσδε γε στέρξεις νόμους.
πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν,
νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν;
πόσους δὲ παισὶ πατέρας ἡμαρτηκόσι
ξυνεκκομίζειν Κύπριν; ἐν σοφοῖσι γὰρ
τάδ' ἐστὶ θνητῶν, λανθάνειν τὰ μὴ καλά.
οὐδ' ἐκπονεῖν τοι χρὴ βίον λίαν βροτούς·
οὐδ' ἂν στέγην γάρ, ἧς κατηρεφεῖς δόμοι,
καλῶς ἀκριβώσειαν· εἰς δὲ τὴν τύχην
πεσοῦσ', ὅσην σύ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκεῖς;

468. στέργεις Lasc. Ald. et plerique Codices. Sed στέρξεις A. Fl. et sic Musgr. Valck. Brunck. quos secutus sum.

464. φρονεῖν pro φρενῶν Fl.

60 465. *μὴ δοκεῖν* et *οὐ δοκεῖν* pro *dissimulare* usurpantur: Med. 66. Ἤκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν. In hoc loquendi modo inter Graecos et nostrates prorsus convenit.

467. ξυνεκκομίζειν est *adjuvare*, quo sensu invenitur in Orest. 679. Electr. 73. Notat Valck. similiter adhiberi ξυνεκφέρειν in Fragm. Eur. Dictyos apud Stob. p. 474, 14. p. 347. Grot. Πατέρα τε παισὶν ἡδέως ξυνεκφέρειν Φίλους ἔρωτας, ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν, Παῖδάς τε πατρί.

469. χρῆν Valck. et Brunck. e duobus MSS. A. Fl. Sed aptius videtur vulgatum. βροτοὺς λίαν Fl.

470. Vulgo legitur οὐδὲ στέγην γάρ. Sed cum particulam ἂν sententia plane flagitet, post οὐδὲ inserui, scilicet hanc simplicissimam emendandi rationem arbitratus. Sensus est, *Nec debent profecto mortales in vita sua severe excolenda admodum elaborare; nam neque tectum, quo opertae sunt aedes, bene et accurate coagmentaverint.* Edidit Brunckius quod excogitaverat Musgravius καντὸν ἀκριβώσει' ἄν· parum probabiliter: haec enim conjectura nata erat e Scholiastae verbis, sententiam paullo fusius interpretantis. οὐδὲ στέγην γάρ, ὑφ' ἧς οἱ δόμοι κατηρεφεῖς γίνονται, ἀκριβώσειαν (supplendum ἄν,) οἱ τέκτονες δηλονότι· καὶ τὸ μέτρον τοῦ διαστήματος κ. τ. λ.— εἶτα πρὸς μὲν ξύλων συνθέσεις, καὶ κανόνας εὐ συνθέτους, οὐκ ἐφίκετο τῆς ἀκριβείας ἡ τέχνη· σὺ δὲ τηλικαύτην συμφορὰν κ. τ. λ. Musgravii conjectura ἀκριβοῦσ' αἰὲν pluribus de causis improbanda est. Deinde edidit Brunckius ad Valckenaerii sententiam, ἣ κατηρεφεῖς δόμοι. sed genitivum defendit Porsonus in Schedis, allato Archilochi loco apud Plutarch. Tom. II. p. 604. C. ubi de Thaso insula dictum est, ἥδε δ', ὥς ὄνου ῥάχις, Ἕστηκεν ὕλης ἀγρίας ἐπιστεφής.

472. δοκοῖς Ald. et pars MSS. ceteri cum Lasc. δοκεῖς. Hunc

ἀλλ' εἰ τὰ πλείω χρηστὰ τῶν κακῶν ἔχεις,
ἄνθρωπος οὖσα, κάρτ' ἂν εὖ πράξειας ἄν.
ἀλλ', ὦ φίλη παῖ, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν,
λῆξον δ' ὑβρίζουσ'· οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις
τάδ' ἐστί, κρείσσω δαιμόνων εἶναι θέλειν.
τόλμα δ' ἐρῶσα· θεὸς ἐβουλήθη τάδε·
νοσοῦσα δ' εὖ πως τὴν νόσον καταστρέφου.
εἰσὶν δ' ἐπῳδαί, καὶ λόγοι θελκτήριοι·

versum frustra sollicitarunt Viri docti. Heathius conjecit πεσοῦσας ἣν σύ. Marklandus σῶς ἂν ἐκν. Brunckius Valckenaerio 61
obsecutus edidit δοκοῖ, male; etenim particula ἂν ad ἐκνεῦσαι pertinet. „*Synesius Encom. Calvit.* p. 82. ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἴωνα δοκῶ τὸν ῥαψῳδὸν ἐξευρεῖν. *Ita lego pro* ἐξευρήσειν *ex Suida, contra quam statuit P. Leopardus Emendat.* II. 19. *vide Eurip. Hippol.* 475. (*ed. Musgr.*) *male a Valckenaerio et Brunckio tractatum. Aeschyl. Agam.* 944. *ubi similiter errant Heathius et Pauwius.*“ R. P. Vertas: *In calamitatem vero, quantam tu, lapsa, quomodo te enataturam exspectas?* Eadem metaphora infra v. 824. 825.

473. Vulgo ἔχοις, quod ob πράξειας ἂν in altero sententiae membro praetulere Valck. et Brunck. Sed Indicativum ἔχεις praebent Lasc. A. P. Fl. quae constructio nemini displicere debet; (vid. infra 483. Hec. 782. εἰ μὲν ὅσιά σοι παθεῖν δοκῶ, Στέργοιμ' ἄν.) et mihi quidem videtur paullo melius sententiae convenire.

474. Ἄνθρωπος de muliere dicitur Theocr. Adoniaz. 106. *Κύπρι Διωναία, τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς Ἀνθρώπω, ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκαν.* ad quem locum plura exempla citavit Valckenaerius. vide etiam Heliodorum supra citatum ad v. 408. Similiter Sulpicius ad Ciceronem Epist. Fam. L. IV. 5. *In unius mulierculae animula si jactura facta est, tanto opere commoveris? quae si hoc tempore non diem suum obiisset, paucis post annis tamen ei moriundum fuit; quoniam homo nata fuerat.* Pro κάρτα γ' εὖ π. ἂν librorum omnium lectione, quam ipse olim scripseram, mox edidi, monente Elmsleio, κάρτ' ἂν εὖ π. ἄν. Eadem confusio observata est infra ad v. 697.

476. λῆξον δ' Lasc. cum Codicibus omnibus. λῆξόν θ' Aldus, quem sequitur Valck.

477. θέλεις Flor.

480. Quivis comparabit Horatianum, Epist. I. 1. 33. *Fervet avaritia, miseraque cupidine pectus? Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem Possis, et magnam morbi deponere* 62

φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου.
ἦ τ' ἄρ' ἂν ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν,
εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν.

ΧΟ. Φαίδρα, λέγει μὲν ἥδε χρησιμώτερα
πρὸς τὴν παροῦσαν ξυμφοράν· αἰνῶ δὲ σέ.
ὁ δ' αἶνος οὗτος δυσχερέστερος λόγων
τῶν τῆσδε, καί σοι μᾶλλον ἀλγίων κλύειν.

ΦΑΙ. τοῦτ' ἔσθ' ὃ θνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας
δόμους τ' ἀπόλλυσ', οἱ καλοὶ λίαν λόγοι.
οὐ γάρ τι τοῖσιν ὠσὶ τερπνὰ δεῖ λέγειν,

pariem. Musgravii conjectura καὶ λόγος θελκτήριος Φανήσεταί τις, nemini, opinor, arrisura est.

482. Vulgatam lectionem Ἤ τ' ἄρα γ' ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξ. ἄν, mirum est probasse Valckenaerium. Codices A. Fl. exhibent ἢ γὰρ ἂν ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν, unde recte Brunckius ἂν duplicatum edidit. Haec particula cum optativis saepissime, nonnunquam etiam cum indicativis et infinitivis repetita est: (vid. vv. 270. 474. 497. 965.) quod ignorantes librarii, complura poetarum loca temere vitiarunt. Versus quosdam, in quibus ἂν male omissa erat, feliciter sanavit Porsonus ad Hecub. 736. Orest. 51. Videas Blomfieldium ad Aesch. Prom. 795. Addam ipse locum Aeschyli Choeph. 851. ubi hactenus editum est Οὔτοι φρένα κλέψειαν (κλέψει' ἂν) ὠμματωμένην, invito metro. Corrigendum arbitror, Οὔτοι φρέν' ἂν κλέψει' ἂν ὠμματωμένην. Ut ad versum Hippolyti redeamus, omnes editores, praeter Lascarem, dederunt ἤ τ' ἄρα, male, vide quae notavi supra ad v. 443.

486. δυστυχέστερος A. Fl. Mox Τῶν τῆδε καὶ σοῦ Fl. corrupte.

487. Duplicis comparativi exempla satis multa apud Tragicos invenies. Hec. 381. μᾶλλον εὐτυχεστέρος. Aesch. Sept. Theb. 679. τίς ἄλλος μᾶλλον ἐνδικώτερος; Suppl. 287. μᾶλλον ἐμφερέστεραι. Duplex superlativus Med. 1320. ὦ μεγίστον ἐχθίστη γύναι. Alcest. 802. Τίμα δὲ καὶ τὴν πλεῖστον ἡδίστην θεῶν Κύπριν βροτοῖσιν. Soph. Philoct. 631. Θᾶσσον ἂν τῆς πλεῖστον ἐχθίστης ἐμοὶ Κλύοιμ' ἐχίδνης. Hec. 624. κάλλιστά τ' εὐτεκνώτατε Πρίαμε. ubi contulit Porsonus, inter alia, Soph. Oed. C. 1190. κάκιστα δυσσεβεστάτων. Cf. infra v. 1419. Ὃς ἂν μάλιστα φίλτατος κυρῇ βροτῶν. Simile exemplum praebet Cicero Epist. ad Att. XII. 38. *sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime liberalissima, doctoque homine dignissima, laudari me etiam oportere* (credo.) Plura utriusque generis exempla inter legendum occurrent.

ἀλλ᾽ ἐξ ὅτου τις εὐκλεὴς γενήσεται.
ΤΡ. τί σεμνομυθεῖς; οὐ λόγων εὐσχημόνων
δεῖ σ᾽, ἀλλὰ τἀνδρός· ὡς τάχος διιστέον
τὸν εὐθὺν ἐξειπόντας ἀμφὶ σοῦ λόγον.
εἰ μὲν γὰρ ἦν σοι μὴ 'πὶ συμφοραῖς βίος
τοιαῖσδε, σώφρων δ᾽ οὖσ᾽ ἐτύγχανες γυνή,
οὐκ ἄν ποτ᾽ εὐνῆς οὕνεχ᾽, ἡδονῆς τε σῆς,
προσῆγον ἄν σε δεῦρο· νῦν δ᾽ ἀγὼν μέγας
σῶσαι βίον σὸν, κοὐκ ἐπίφθονον τόδε.
ΦΑΙ. ὦ δεινὰ λέξασ᾽, οὐχὶ συγκλείσεις στόμα,
καὶ μὴ μεθήσεις αὖθις αἰσχίστους λόγους;
ΤΡ. αἰσχρ᾽, ἀλλ᾽ ἀμείνω τῶν καλῶν τάδ᾽ ἐστί σοι·
κρεῖσσον δὲ τοὔργον, εἴπερ ἐκσώσει γέ σε,
ἢ τοὔνομ᾽, ᾧ σὺ κατθανεῖ γαυρουμένη.

493. ὡς τάχος e MS. A. edidere Musgr. Valck. Brunck. 63 pro vulgato εἰς τάχος. et sic profecto Lascaris editio. Deinde διοιστέον Ald. sed διιστέον omnes MSS. Lasc. et Scholiasta, qui exponit per διαγνωστέον. Videtur sensus esse, *Quam celerrime dignoscendi tibi sunt ii, qui recta de te declararunt.* Ἐξ εὐθείας λέγειν et ἀπ᾽ εὐθέος λέγειν sunt, *plane, aperte, sine ambagibus dicere.* Edidit ex ingenio Brunckius διζητέον, quod ne Graecum quidem esse arbitror. Porsonus, ut ab amico ejus accepi, forte legendum putabat διοπτέον, i. e. *circumspiciendum.*

495. εἰ μὴ γὰρ ἦν Lasc.

496. Maluit Valckenaerius σώφρων τ᾽, sine causa, ut opinor.

498. προσῆγον MSS. et Edd. ante Brunckium, qui e Scaligeri conjectura edidit προῆγον, fortasse recte: sed cum et alterum probum sit, textum mutare nolui.

500. συγκλήσεις ex uno Codice A. ediderunt Musgravius et Brunckius. Sed συγκλείσεις Lasc. Ald. et Auctor Χ. Π. qui hunc versum his adhibet, 110 et 438. Credo formas ἔκλῃσα, κλῇδες, κλῇθρον, recentioris esse Atticismi, et in Tragicorum scripta a Grammaticis invectas. Consulas notam Valckenaerii in Phoen. 268.

503. ἐκσώσει σε vulgo. ἐκσώσει γέ σε A. Flor. quod recepe- 64 runt Valck. et Brunck. recte. Porsonus ad Med. 819. monet particulam γε saepe in dialogis sequi εἴπερ, vel continuo, vel interposito alio vocabulo. Idem ad Phoen. 512. notat voces ὄνομα et ἔργον non raro a Tragicis opponi.

ΦΑΙ. καὶ μή σε πρὸς θεῶν, εὖ λέγεις γάρ, αἰσχρὰ δὲ,
πέρα προβῇς τῶνδ'· ὡς ὑπείργασμαι μὲν εὖ
ψυχὴν ἔρωτι· τἀισχρὰ δ' ἢν λέγῃς καλῶς,
εἰς τοῦθ', ὃ φεύγω νῦν, ἀναλωθήσομαι.
ΤΡ. εἴ τοι δοκεῖ σοι, χρῆν μὲν οὔ σ' ἁμαρτάνειν·
εἰ δ' οὖν, πιθοῦ μοι· δευτέρα γὰρ ἡ χάρις.
ἔστιν κατ' οἴκους φίλτρα μοι θελκτήρια
ἔρωτος, (ἦλθε δ' ἄρτι μοι γνώμης ἔσω,)
ἅ σ' οὔτ' ἐπ' αἰσχροῖς, οὔτ' ἐπὶ βλάβῃ φρενῶν,
παύσει νόσου τῆσδ', ἢν σὺ μὴ γένῃ κακή.

505. Hactenus legitur καὶ μή γε, πρὸς θεῶν. Emendat Porsonus καὶ μή σε, in Nota MSta ad Arist. Vesp. 1450. „*Aristoph. Vesp.* 1441. *pro* γε *lege* σε *ut tacite Schol. et Suid.* (*v.* ζηλῶ.) γε *et* σε *saepe permutantur, ut Eurip. Med.* 870. (867.) *ubi pro* φέρειν εἰκός γ', *recte ex MSS. edidit Brunckius* φέρειν εἰκός σ'. *Emenda obiter Eurip. Hippolyt.* 508. *Καὶ μή ΣΕ πρὸς θεῶν — confer Valcken. ad Phoeniss.* 1659. *Markland. ad Suppl.* 277. *et ad Iph. Aul.* 1283. *Brunck. ad Med.* 326. (*adde Alcest.* 1119.) *ad Apoll. Rhod.* III. 985. σ' *pro* γ' *in eadem fabula* 118. *ex MS. reposuit Musgravius.*" R. P.

507. τἀισχρὰ Lasc. Ald.

509. δοκεῖ omnes Editores ante Musgravium, qui ob imperfectum χρῆν edidit εἴ τοι 'δόκει σοι: postea vero sententiam mutavit, et δοκεῖ revocandum esse censuit. Imperfectum 'δόκει, id est ἐδόκει, praetulerunt etiam Valckenaerius et Brunckius. Mihi potius videtur servanda esse formula εἴ τοι δοκεῖ σοι, quae legitur in Nostri Electra, v. 77. et alibi. Totam autem sententiam sic interpretor: *Si quidem hoc tibi ita placet, debebas, fateor, non peccare: Si tamen in peccato, hoc est, in amore, revera implicita es, obsequere mihi; ea enim secunda est utilitas.* Aliter interpretantur Musgr. et Valck.

511. Observat Valckenaerius dictum esse φίλτρα θελκτήρια
65 ἔρωτος, sicut in Apollon. Rhod. III. 738. θελκτήρια φάρμακα κενύρων.

512. γνώμην ἔσω Lasc. male. Adverbia εἴσω et ἔσω, praepositionum vice fungentia, genitivum post se habent. Leguntur quidem apud Homerum Ἰλιον εἴσω, οὐρανὸν εἴσω, ubi εἴσω pro simplici εἰς positum est: dubito autem an hanc licentiam unquam adhibuerint Attici.

513. ἐπὶ φρενῶν βλάβη Cod. Fl. repugnante metro: nam vocalis in fine praepositionis, literis φρ proximam vocem inchoanti-

δεῖ δ' ἐξ ἐκείνου δή τι τοῦ ποθουμένου
σημεῖον, ἢ λόγον τιν', ἢ πέπλων ἄπο,
λαβεῖν, ξυνάψαι τ' ἐκ δυοῖν μίαν χάριν.

ΦΑΙ. πότερα δὲ χριστὸν, ἢ ποτὸν, τὸ φάρμακον;
ΤΡ. οὐκ οἶδ'· ὄνασθαι, μὴ μαθεῖν, βούλου, τέκνον.
ΦΑΙ. δέδοιχ', ὅπως μοι μὴ λίαν φανεῖ σοφή.
ΤΡ. πάντ' ἂν φοβηθεῖσ' ἴσθι· δειμαίνεις δὲ τί;

bus, brevis manet; sequentibus vero βλ, in Euripidis senariis, longa fit. De his metri legibus consulendus Porsonus ad Orest. 64. et ad Hec. 802.

516. Reiskii conjectura legentis ἢ πλόκον τιν', ἢ πέπλων λάκος, haud necessaria est, et lectoribus in Euripide versatis parum probabilis videbitur. Hinc tamen πλόκον sumpsit Brunckius. Repetendum est ἢ (τι σημεῖον) πέπλων ἄπο. Apponam verba Scholiastae, de duplici incantandi more disputantis. *Δεῖ, φησὶν, αὐτῇ φαρμάξει σημεῖον ἐκ τοῦ Ἱππολύτου τι λαβεῖν, ἢ λόγου μνημόνευμα, ἢ κρασπέδου ἀπόσπασμα· καὶ τῷ μὲν λόγῳ αὐτοῦ τὸν λόγον τῆς Φαίδρας συνάψαντας ἐπᾴδειν· τὸ δὲ ἀπόσπασμα ἐσθῆτος πάλιν ἐπαοιδαῖς ἀποσπάσματι τῆς ἐσθῆτος Φαίδρας συνάπτειν.* Citant Editores quae in re simili fecit Theocriti Pharmaceutria, Idyll. II. 53. *Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις, Ὡ 'γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.* et Virgiliana comparant, Eclog. VIII. 91. *Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit, Pignora cara sui.* Lucian. Tom. III. p. 288. 65. *δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια, ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν, ἤ τι τοιούτων.* In iis quae sequuntur Lucianus morem per nomina incantandi attigit.

518. Conf. Aesch. Prom. 488. *Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον, Οὐ χριστὸν, οὔτε πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων Χρείᾳ κατεσκέλλοντο.* Eurip. Suppl. 1119. *Μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν ἐκτείνειν βίον, Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι Παρεκτρέποντες ὀχετὸν, ὥστε μὴ θανεῖν.* De diversis φαρμάκων generibus apud auctores Graecos memoratis, omnino legenda est doctissima Blomfieldii 66 nota, quam ad Promethei locum in Glossario scripsit.

519. ὄνασθαι Flor.

520. φανῇς Editiones et Manuscripti, praeter Flor. qui exhibet φανῇ; unde edidi, juxta Atticorum normam, φανεῖ, quoniam particulae ὅπως μὴ plerumque cum futuro indicativi construuntur. Vid. Dawes. Misc. Crit. p. 227. cui si fides habenda sit, ὅπως μὴ cum aoristo secundo formae passivae conjungi nequit.

521. Monuit Dawesius Misc. Crit. p. 83. voculam ἂν participiis, perinde ac optativis et infinitivis, futuri temporis notionem

ΦΙΛ. μή μοί τι Θησέως τῶνδε μηνύσης τόκῳ.
ΤΡ. ἔασον, ὦ παῖ· ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς.
μόνον σύ μοι, δέσποινα ποντία Κύπρι,
ξυνεργὸς εἴης· τἄλλα δ', οἷ' ἐγὼ φρονῶ,
τοῖς ἔνδον ἡμῖν ἀρκέσει λέξαι φίλοις.

ΧΟ. Ἔρως, Ἔρως, ὁ κατ' ὀμμάτων στροφὴ ά.
στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν
ψυχᾷ χάριν, οὓς ἐπιστρατεύσῃ,
μή μοι ποτὲ σὺν κακῷ φανείης,

conferre. Interpretatur Musgravius, *scito te, si de hac re trepida es, nihil non fuisse formidaturam.* Hunc versum imitatus est, ut videtur, Auctor Rhesi, v. 80. *Πάντ' ἂν φοβηθεὶς ἴσθι, δειμαίνων τόδε.*

522. Pro τόκῳ aliam lectionem τέκνῳ exhibent C. E. P. Lasc.

527. Sic Aldus et Codices nonnulli. ὃς κατ' ὀμμάτων A. E. P. Fl. Lasc. et Eustathius ad Il. *Γ.* p. 432, 6 = 328, 17. et hoc edidit Valckenaerius, negans scilicet Homericum ὁ pro ὃς usquam Atticis poetis adhibitum esse. Sed proculdubio erravit Vir summus. Articulus enim praepositivus non in Homero tantum, sed in trium Tragicorum reliquiis vice relativi positus haud raro invenitur. Hoc quidem in Choricis praecipue fit: vid. Hec. 477. 638. Bacch. 574. sed etiam in senariis extant non pauca hujus usus exempla; Aesch. Sept. c. Theb. 36. *Σκοποὺς δὲ κἀγὼ καὶ κατοπτῆρας στρατοῦ Ἔπεμψα, τοὺς πέποιθα μὴ ματᾷν ὁδῷ.* 515. Agam. 535. 983. Sophocl. Oed. Tyr. 1055. 1379. 1427. Oed. Col. 304. 1258. Trach. 47. 381. 730. Electr. 1144. Eurip. Andr. 811. *κτείνασα τοὺς οὐ χρὴ θανεῖν.* Bacch. 712. in cujus fabulae
67 v. 468. legendum videtur *Οὐκ· ἀλλ' ὁ Σεμέλην ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις*, quod exhibent Codices, pro vitiosa Aldi lectione ὃς *Σεμέλης.* Electr. 280. In Aesch. Pers. 150. recte Brunckius, Heathium secutus, edidit *Βασίλεια δ' ἐμὴ, τὴν προσπιτνῶ.* Ceterum monuit Eustathius ad Il. *Α.* p. 28, 1 = 17, 42. articulo praepositivo, quoties pronominis vice fungitur, addendum esse accentum: et in Aldina profecto editum est ὃ κατ' ὀμμάτων. Mihi tutius visum est communem scribendi modum servare. Corrupte habet Cod. Flor. *ἔρον*, *ἔρον*; et mox *πάθον*.

529. *οἷς* pro *οὓς* B. D. Utramque constructionem probam esse ostendit Valckenaerius ad Phoen. 291. cui assentitur Porsonus. Iidem codices habent *ψυχαῖς*. Reposui, monente Elmsleio, *ἐπιστρατεύσῃ* pro *ἐπιστρατεύσει*. Subjunctivus est, subaudito *ἂν*, ut supra v. 429.

μηδ' ἄρρυθμος ἔλθοι.
οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ'
ἄστρων ὑπέρτερον βέλος,
τοῖον τὸ τᾶς Ἀφροδίτας
ἵησιν ἐκ χερῶν
Ἔρως ὁ Διὸς παῖς.

531. ἔλθῃς Lasc. soloece.

532. „*Eustath. ad Il.* Θ. p. 700, 15 = 581, 43." R. P.

533. ἄστρων βέλος interpretatur Musgravius de Siderum, vel Solis vi, quam incusabant veteres si quis exanimis repente concidisset. Citat ille Hesychii glossam, ἀστροβολήτους· τοὺς ὑπὸ τοῦ κυνὸς βαλλομένους. observans ad hanc opinionem alludere nomen apud Latinos *sideratorum*. Vertit Valck. ἄστρων βέλος, *fulminis telum*.

534—6. Editiones omnes οἷον τὸ τᾶς Ἀ. qua constructione offensus Valckenaerius plures correctiones in notis proposuit, et totum quidem locum sic scribendum censuit: *Οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ' Ἄστρων, ὑπέρτατον βέλος Οἷόν γ' ὁ τᾶς Ἀφροδίτας Ἵησιν ἐκ χερῶν Ἔρως ὀλίγος παῖς.* Sed in his quaedam sunt vulgatis longe deteriora: constructio enim magis impedita est: displicet etiam otiosa particula γ' ad explendum metrum advocata: neque credibile est dixisse Euripidem ὀλίγος παῖς pro παιδάριον. Dixerit quidem Theocritus, Idyll. I. 47. ὀλίγος τις κῶρος. dixerit etiam Ho- 68
merides Hymn. in Merc. 245. Παῖδ' ὀλίγον. sed talis locutio a Tragici nostri consuetudine plane abhorret. Leviorem equidem mutationem adhibui, legendo τοῖον pro οἷον; hae enim voces aliquando permutantur, ut in Aesch. Prom. 944. ubi recte conservavit Robortellus τοῖον ἐξαρτύεται Γάμον γαμεῖν, pro vulgato οἷον. Nostri vero sententiam sic interpretor: *Neque enim aut ignis aut siderum ictus potentior; tale scilicet est Veneris telum, quod e manibus jaculatur Amor, Jovis filius.* Poterat quidem legi *Τοιόνδ' ὁ τᾶς Ἀ.* ni displicerent ὁ τᾶς Ἀφροδίτας, et ὁ Διὸς παῖς intra tantillum spatium concurrentia. Ad ultimum Strophae versum defendendum citat Musgravius Virgilium, qui in Ciri v. 134. dixit, *Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater Iratum potuit, quem nec pater atque avus idem Jupiter.* Lactant. Institut. I. 17. *Venus genuit ex Jove Cupidinem.* Apuleium, Lib. VI. Negat autem Valckenaerius alibi apud veteres Graecos Jovem dictum esse patrem Cupidinis; idemque in disputatione de Amore, ac Patre ejus, in Diatribe, cap. XV. exquisitae suae eruditionis insigne specimen dedit. Sed Ἔρως ὁ Διὸς παῖς in suo Hippolyti exemplari certe legerat Eumathius, qui bis huc respexit, de Ismen. Amor. IX. p. 342. et X. p. 398. Nec minore jure

ἄλλως, ἄλλως παρά τ' Ἀλφεῷ, ἀντ. α'.
Φοίβου τ' ἐπὶ Πυθίοις τερέμνοις
βούταν φόνον Ἑλλὰς ἀέξει δή,
Ἔρωτα δὲ τὸν τύραννον ἀνδρῶν,
τὸν τᾶς Ἀφροδίτας
φιλτάτων θαλάμων
κλειδοῦχον, οὐ σεβίζομεν,

παῖς Διὸς vocatur Amor, quam παῖς Διώνης in Fragmento Antigonae Euripideae apud Scholiastam Pindari Pyth. III. 177. Ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεός. vid. Valck. Diatr. p. 154. C. quippe Dione mater fuisse Veneris perhibetur. Homer. Il. *E.* 371. ἦσ' ἐκ χειρῶν Lasc.

537. Pro ἄλλως, ἄλλως, malebat Brunckius μάτην, μάτην, ut versus cum Strophico melius congrueret. Sed non animadvertit ille primam vocis Ἔρως syllabam etiam in versibus 536. 540. longue respondere. Equidem existimo prius Ἔρως in v. 527. extra metrum esse habendum; unde versus fiet Ionicus a majore, cujus generis quinque alios habet eadem strophe, vv. 528. 529. 530. 531. 536, et cum antistrophico, ἄλλως παρά τ' Ἀλφεῷ, probe congruet: in hoc enim metro primae syllabae quantitas ἀδιάφορος est. vid. vv. 536. 540. 555. ἄλλους ἄλλως Flor. Ἀλφειῷ Lasc.

538. ἐν Πυθίοις Flor. Lasc. τεράμνοις Lasc. et Ald. De duplici hujus vocis scriptura egit Arnaldus in Miscell. Observ. Tom. VI. p. 595. et Valckenaerius ad Phoen. 335. addens; „τέρεμνα vel τέραμνα semper apud Euripidem et alios vel *tecta* sunt domorum, vel *aedes* ipsae, *tecta* quoque Latinis dictae."

539. Hunc versum ter respexit Eustathius, ad Il. *A.* p. 23, 6927=18, 10. p. 49, 2=36, 51. et ad Il. *Z.* p. 627, 15=481, 34. in primo loco adducit βούταν φόνον in exemplum Ionicae formae βούτας pro communi βότας, comparans νοῦσος pro νόσος, κοῦρος pro κόρος, et similia. In duobus reliquis interpretatur β. φ. de *hecatomba.* ἀέξει δή Aldus. δή omittunt Codices A. B. D. E. et Lasc. Musgravius ob metrum emendabat αὐξάνει δή: Heathius ἄρ' ἀέξει, quod incaute edidit Brunckius; si enim metro consuleret, saltem debebat ἄρ' ἀέξει. Legit Hermannus in Libro de Metris p. 445. Ἑλλὰς αἰ' ἀέξει.

540. Versum ex Euripidis Andromeda Σὺ δ', ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων, Ἔρως, habent Lucianus Tom. II. p. 2, 17. Athenaeus XIII. p. 561. B.

543. κληδοῦχον editiones: sed κλειδοῦχον, quod exhibet Cod. Paris. apud Valck. verius judico; vid. supra ad v. 500. „οὐ σεβίζομεν, non colimus publico certe cultu non dignamur Amo-

πέρθοντα καὶ διὰ πάσας
ἰόντα συμφορᾶς
θνατοῖς, ὅταν ἔλθῃ.
τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ στροφὴ β'.
πῶλον, ἄζυγα λέκτρων,
ἄνανδρον τὸ πρὶν καὶ ἄνυμφον, οἴκων
ζεύξασ' ἀπ' εἰρεσίᾳ δρομάδα,

rem, cui primus fertur Charmus, aetate Pisistrati, altare posuisse in Academia." Valck. Meminit Athenaeus XIII. p. 609. D. Ad hanc rem respexit idem XIII. p. 561. D. quem exscribam: *Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἀπέχουσι τοῦ συνουσίας τινὸς διαλείπειν προστάτην τὸν Ἔρωτα, ὥστε ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ ἐκδήλως τῇ Ἀθηνᾷ καθιερωμένης, αὐτόθι τὸν Ἔρωτα ἱδρυσάμενοι συνθύουσιν αὐτῇ.*

544. *πάσης* edebatur ante Brunckium, qui Doricam formam reposuit.

547. Omittitur praepositio *ἐν*, ut in Soph. Trach. 171. *Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.* Phoen. 617. *Μυκήναις.* Androm. 439. 795. *Τροίᾳ*, et alibi. Etsi *Οἰχαλίᾳ* habent Lascaris et Aldus cum codicibus quibusdam, prava lectio *Οἰχαλίαν* in vulgatas editiones ante Musgravianam irrepserat. Aptissime confert Elmsleius Helen. 381. *Ὦ μάκαρ Ἀρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε*, ut recte Aldus.

548. *πῶλον ἄζυγα λέκτρων*, explicat Scholiasta per *παρθένον, ἄπειρον γάμων*. *Πῶλος* apud Graecos modo de *juvene*, modo de *puella* dicebatur; quod monuit Hesychius in voce. In Rhes. 261. *ἐπὶ πῶλον*, scil. Helenam. In Androm. 621. Peleus, ad Hermionam, Helenae filiam, alludens, inquit, *μήτε δώμασιν λαβεῖν Κακῆς γυναικὸς πῶλον.* Eubulus Athenaei XIII. p. 568. *Ἐν πώλοις Κύπριδος.* Anacreon Od. LXI. *Πῶλε Θρηκίη.* Contra in Phoeniss. 961. Menoeceus vocatur *Οὗτος δὲ πῶλος τῇδ' ἀνειμένος πόλει.* In Lycophr. Alex. 1452. Teucer, *ὡς ὁ πατρίου φονεὺς Πώλου*, scil. Ajacis.

549. *οἴκω* e MS. C. male dedit Musgravius.

550 In omnibus editionibus praeter Brunckianam legitur *ζεύξασ' ἀπειρεσίαν δρομάδα*: sed vox *ἀπειρεσίαν* procul dubio corrupta est, et e Scholiastae verbis liquet scripsisse Poetam *οἴκων ζεύξασ' ἄπο*; exponit enim ille, *ἀποζεύξασα καὶ ἀποχωρίσασα τῶν οἴκων.* Similis locutio in Phoeniss. 338. *Ἀπήνας ὁμοπτέρου; Τᾶς ἀποζυγεῖσας δόμων.* Reliquam versus partem difficile est corrigere. Equidem olim conjiciebam *οἴκων ζεύξασ' ἀπ' Εὐρυτίων*: extat adjectivum *Εὐρύτειος* in Soph. Trach. 260. et 1221. nec minore jure dici potuit *Εὐρύτιος*, quam alibi dictum est *Βάκχιος* pro *Βακχεῖος*, *Ἀγαμεμνόνιος* pro *Ἀγαμεμνόνειος*; vid. supra ad

τὰν Ἄϊδος ὥστε Βάκχαν
σὺν αἵματι, σὺν καπνῷ,
φονίοις θ' ὑμεναίοις,
Ἀλκμήνας τόκῳ Κύπρις ἐξέδωκεν.
ὦ τλάμων ὑμεναίων.
ὦ Θήβας ἱερὸν ἀντιστρ. β'.
τεῖχος, ὦ στόμα Δίρκας,
ξυνείποιτ' ἂν ἁ Κύπρις οἷον ἕρπει.
βροντᾷ γὰρ ἀμφιπύρῳ τοκάδα

v. 547. Malint fortasse aliqui Εὐρυτίδαν; legitur enim Ἴφιτος Εὐρυτίδης in Hom. Odyss. Φ. 14. 37. Sed verisimilior videtur Blomfieldii nostri emendatio, οἴκων ζεύξασ' ἀπ' εἰρεσίᾳ; hoc est, remigio: Hercules enim, vastata Oechalia, Iolam ad Trachina deportandam navibus commisit. Vid. Soph. Trach. 658. Mihi vero visum est, ut in re dubia, literas, quas exhibent MSS. et Edd. obelo notatas, in textu relinquere. Amplectatur, velim, lector conjecturam Juvenis ingeniosi, aut ipse melius aliquid, si potest, excogitet. Nemini auguror arrisurum esse Brunckii ξ. ἀπὸ νεο-μερᾶν δ. aut Musgravii ζεύξασ' ἀπειρέσια συνδρομάδ' ἄταν.

551. In hoc etiam versu gravis corruptela diu inhaeserat. Vulgo legitur τὰν ναΐδ' ὅπως τε Βάκχαν, quod frustra defendere tentaveris. Deest ναΐδ' in tribus Codd. et Lasc. Cod. E. habet τὰν ἀΐδ' ὅπως τε Βάκχαν. Flor. ἀΐδαν et Βάκχαι. Ex his varietatibus Musgravius acute et feliciter conjecit τὰν Ἄϊδος ὥστε Βάκχαν, quod
71 probavit Valck. et recepit Brunck. Articulum vero retinendum esse judicavi. In Nostri Hecuba 1066. occurrit Βάκχαις Ἅιδου. vid. Herc. Fur. 1122. Ἅιδου Βάκχην interpretantur Furiam. Ceterum conferas Nostri Suppl. 1010. προσέβαν δρομὰς ἐξ οἴκων Ὀλ-κὰν ἐκβακχευσαμένα.

553. ὑμεναίοις Lasc.

554. ἔδωκεν Cod. Par. apud Valck.

555. ὦ τλᾶμον vulgo, contra metrum. Correxit Brunckius, praeeunte Heathio. Vid. infra 1458.

558. Hic versus in editionibus meam praecedentibus sic divisus est; Ξυνείποιτ' ἂν οἷον Ἁ Κύπρις ἕρπει. ubi metra strophica male respondent. Ego vero, ordine verborum leviter immutato, contraxi in unum versum, ab Hephaestione appellatum Pindaricum Hendecasyllabum, quales sunt vv. 554. 558. et antistrophicus noster 549. Vid. Hephaest. c. XIV. 46. p. 79, 10. ubi Gaisfordium. Flor. ξυνείποι... Conjecit Scaliger ἕρδει pro ἕρπει, et mox διγόνοισι. Priorem conjecturam, quod mireris, probavit Valckenaerius.

τὰν διογόνοιο Βάκχου
νυμφευσαμέναν, πότμῳ
φονίῳ κατεύνασεν.
δεινὰ γὰρ τὰ πάντ' ἐπιπνεῖ, μέλισσα δ'
οἷά τις πεπόταται.

ΦΑΙ. σιγήσατ', ὦ γυναῖκες. ἐξειργάσμεθα.
ΧΟ. τί δ' ἐστί, Φαίδρα, δεινὸν ἐν δόμοισι σοῖς;
ΦΑΙ. ἐπίσχετ', αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω.
ΧΟ. σιγῶ· τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε.

562. κατεύνασε Lasc. Ald. et Codices: neque contra eorum auctoritatem vocem mutare ausus sum. Brunckius, quo metra antistrophica sibi invicem melius responderent, edidit in v. 553. ὑμεναίοισιν, et in nostro versu κατακοίμασεν pro κατεύνασεν, satis probabiliter; dixit enim Euripides Hecub. 477. Τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ Κοιμίζει φλογμῷ Κρονίδας; et quoad significationem nihil differunt κοιμάω et κοιμίζω. Malim vero legere κατακοιμᾷ, et in Strophico ὑμεναίοις retinere, ut versus sint Ionici a Majore, qui vocantur, Hipponactii, quales vv. 531. 536.

563. δεινὸν vulgo. δεινὸς Fl. Recte Musgravius edidit e duobus MSS. δεινᾶ, formam scilicet Doricam pro δεινῆ. Mox πάντα γε πιτνεῖ Fl. πάντα γ' ἐπιπιτνεῖ A. δεινὰ γὰρ πάντ' ἐπιπνεῖ B.

564. Perperam hactenus editum est οἷα: postulatur enim neutrum plurale οἷα, i. e. velut; ut in Soph. Trach. 105. οἷά τιν' ἄθλιον ὄρνιν. Quod ad metrum attinet, versus est Pherecrateus, in quo genere eam sibi licentiam permittebant Poetae, ut in initio versus Spondeum et Trochaeum, perinde ac Iambum, nullo discrimine adhiberent. Sic infra v. 733. Κῦμα τᾶς Ἀδριηνᾶς antistrophico 743. Σεμνὸν τέρμονα ναίων opponitur. Adeant tirones Burneii Tentamen de Metris Aeschyli, Proleg. p. xxxiv. et Gaisfordium ad Hephaest. p. 302. Exempla Pherecrateorum dabit haec fabula vv. 142. 548. 555. 557. 733. 751. 851.

565. Habet X. Π. 847. ἐξειργάσμεθα, Gloss. ἀπολώλαμεν. vid. infr. 603.

566. ἐν δόμοισί σοι legit Elmsleius.

567. ὡς μάθω Cod. E. sed ἐκμάθω recte defendit Valck. monens idem significare, quod alibi μᾶλλον μάθω, et μάθω σαφέστερον.

568. τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε. In his respicit Chorus ad Phaedrae vocem ἐξειργάσμεθα. Confer Phoen. 1356. ΑΓ. Οἰχόμεσθ'· ΚΡ. οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἄρχει λόγου. Troad. 713. Τί δ' ἔστιν, ὡς μοι φροιμίων ἄρχει κακῶν; Hec. 183. Τί με δυσφημεῖς; φροίμιά μοι κακά.

ΦΑΙ. ἰώ μοι· αἰαῖ, αἰαῖ·
ὦ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων.
ΧΟ. τίνα θροεῖς αὐδάν; τίνα βοᾷς λόγον;
ἔνεπε, τίς φοβεῖ σε φάμα, γύναι,
φρένας ἐπίσσυτος;
ΦΑΙ. ἀπωλόμεσθα· ταῖσδ' ἐπιστᾶσαι πύλαις
ἀκούσαθ' οἵας κέλαδος ἐν δόμοις πίτνει.
ΧΟ. σὺ παρὰ κλεῖθρα, σοὶ μέλει πομπίμα
φάτις δωμάτων.
ἔνεπε δ', ἔνεπέ μοι, τί ποτ' ἔβα κακόν;
ΦΑΙ. ὁ τῆς φιλίππου παῖς Ἀμαζόνος βοᾷ
Ἱππόλυτος, αὐδῶν δεινὰ πρόσπολον κακά.
ΧΟ. ἰαχὰν μὲν κλύω,

569. Vulgo αἴ quater repetitur; in Fl. bis; in MS. Paris. apud Valck. quas credo esse Brunckii membranas, ter legitur.

570. ἀλγημάτων citat X. Π. 603.

571. Versus, quos in hac scena cecinit Chorus, in quatuor Dochmiacorum systemata distribui. Dochmii quidem simplices cum
73 duplicibus permixti leguntur; quod in omnibus Tragicorum scriptis persaepe fit: nusquam vero hoc metrorum genus frequentius, quam in nostra fabula usurpavit Euripides. Vide notata supra ad v. 363. vide etiam v. 811. et seq. Neque haec metrorum observatio prorsus inutilis est, siquidem hinc refutantur conjecturae, quae versuum legibus officiunt, quales sunt Heathii φήμα, ὦ γύναι, v. 572. Brunckii ἐπίσυτος, v. 573. Valckenaerii ξύνεπε δή, ξύνεπέ μοι, v. 579. Hic versus legitur in X. Π. 133.

573. Perperam Brunckius ἐπίσυτος. Est in senario ἐπίσσυτος, Aesch. Agam. 896. Valck. monet ordinem verborum esse τίς ἐπίσσυτος φάμα φοβεῖ σε φρένας;

574. Divisim ἐπὶ στᾶσαι Ald. τοῦδ' ἐ. πόλεις Fl. et mox περὶ pro παρά.

576. Vulgo κλῇθρα. Vid. supr. ad v. 500.

577. Pro μέλει Musgravius conjecit μόλει, quae vox apud Graecos nunquam erat audita. ἔμολον est aoristus verbi, cujus praesens in usu non erat. πόμπιμα φάτις δωμάτων exponit Schol. ἡ ἐκ τῶν οἴκων πεμπομένη φωνή. Fl. πομπίμως.

579. Vulgo ξύνεπέ μοι. Utraque forma Tragicis usurpata est: sed hic alteram metrum flagitat. Sic in Bacch. 1041. legendum Ἔνεπέ μοι, φράσον τινὶ μόρῳ θνῄσκει. ubi vulgo ξύνεπέ μοι.

582. Paullo numerosius esset Κλύω μὲν ἰαχάν. σαφῶς A. Fl. Ἰαχὰν κλύω mavult Elmsleius ad Heracl. 752.

σαφὲς δ' οὐκ ἔχω· γεγωνεῖν ὄπα,
διὰ πύλας ἔμολεν, ἔμολέ σοι βοά.

ΦΑΙ. καὶ μὴν σαφῶς γε τὴν κακῶν προμνήστριαν,
τὴν δεσπότου προδοῦσαν ἐξαυδᾷ λέχος.

ΧΟ. ὤμοι ἐγὼ κακῶν· προδέδοσαι, φίλα.
τί σοι μήσομαι;
τὰ κρυπτὰ γὰρ πέφηνε, διὰ δ' ὄλλυσαι,

588. ὄπα, quod exhibent Lasc. Ald. et Codd. quidam, Doricum est pro ὄπη. Vertas, *non tamen pro certo dicere habeo quanam via venerit foras clamor.* Male vulgo editum erat ὄπα. Mirum est profecto Valckenaerio in mentem venisse γέγωνόν τ' ὄπα: hunc vero secutus Brunckius versus scripsit Euripideis nostris immane quantum discrepantes, Σαφῆ δ' οὐκ ἔχω Γέγωνόν τ' ὄπα. Γεγωνεῖν exponit Scholiastes per εἰπεῖν, ut in Aesch. Prom. 812. 1026. Soph. Oed. Col. 212 et alibi. Verterint Nostrates *to declare*: verbum enim proprie denotat *alta et clara voce eloqui*; quod illustrant Dorvillius Critic. Vann. p. 160. Heringa Observ. p. 64.

589. προμνήστρια proprie est *nuptiarum conciliatrix* (Anglice *a match-maker*) exponente Hesychio ἡ συνιστῶσα ἀλλήλοις τοὺς γαμοῦντας, et mox προξενοῦσα νυμφίους ἢ νύμφας. Similiter explicat Pollux III. 31. In hoc sensu vox usurpatur ab Aristophane, Nub. 41. Εἴθ' ὤφελ' ἡ προμνήστρι' ἀπολέσθαι κακῶς, Ἥτις με γῆμαι 'πῆρε τὴν σὴν μητέρα. Eadem postea dicebatur προξενήτρια, testante Scholio in Aristoph. Nub. quod exscripsit Suidas v. προμνήστρια. In nostro versu metaphorice dicitur *malorum conciliatrix*. Ceterum observat Valckenaerius ad Theocr. Adoniaz. p. 196. multa verba in ΤΡΙΑ desinentia praebere Comicum, quae nusquam alibi reperias, et existimat haec fuisse in sermone quotidiano usitata. Occurrunt quidem in Aristophane πανδοκεύτρια Plut. 426. Ran. 114. Vesp. 35. συκοφάντρια Plut. 970. συμπαίστρια Ran. 411. λαχανοπωλήτρια Thesm. 387. συσκηνήτρια 624. [illegible] Acharn. 529. 537. νυμφεύτρια 1056. συνθεάτρια in Fragm. ap. Jul. Polluc. X. 67. et quaedam alia. Nec desunt apud Tragicos exempla harum formarum, licet rariora. Extat πενθήτρια infra 805. ἀγύρτρια Aesch. Agam. 1282. φαιδρύντρια Choeph. 757. εὐνήτρια Soph. Trach. 924. θηλάστρια pro τροφὸς, et μαιεύτρια pro μαῖα citantur e Sophoclis Alexandro in Lex. MS. Sangerm. Vid. Brunckii Lex. Sophocleum.

587. φίλαν Fl. μνήσομαι A.

689. Poteris duplicem Dochmiacum efficere, mutando Πέφηνεν τὰ κρυπτὰ, διὰ δ' ὄλλυσαι, sed nihil opus est, siquidem

ΦΑΙ. αἶ, αἶ, ἔ, ἔ.

ΧΟ. προδότος ἐκ φίλων.

ΦΑΙ. ἀπώλεσέν μ' εἰποῦσα συμφορὰς ἐμὰς,
φίλως, καλῶς δ' οὐ, τήνδ' ἰωμένη νόσον.

ΧΟ. πῶς οὖν; τί δράσεις, ὦ παθοῦσ' ἀμήχανα;

ΦΑΙ. οὐκ οἶδα, πλὴν ἓν, κατθανεῖν ὅσον τάχος
τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον.

ΙΠ. ὦ γαῖα μῆτερ, ἡλίου τ' ἀναπτυχαί,
οἵων λόγων ἄρρητον εἰσήκουσ' ὄπα.

ΤΡ. σίγησον, ὦ παῖ, πρίν τιν' αἰσθέσθαι βοῆς.

ΙΠ. οὐκ ἔστ' ἀκούσας δείν' ὅπως σιγήσομαι.

hemistichia Iambica cum Dochmiis saepe conjunguntur. Corrigit
75 Seidlerus in Libro de Dochmiacis Τὰ κρύπτ' ἄρα πέφηνε.

592. Participium praesentis ἰωμένη conatum exprimit; ut λύουσα Phoen. 79. θάπτων et κωλύων Suppl. 505. Versum vulgate certe minus numerosum praebent E. P. Lasc. Φίλως μὲν, οὐ καλῶς δ', ἰωμένη νόσον, quem probavit Valckenaerius, recepit Brunckius; male, ut opinor. Eleganter enim supprimitur μὲν, ut in Androm. 584. Δρᾶν σὺ, κακῶς δ' οὐ. Orest. 190. Ὀρθῶς ἔλεξας, οὐ φίλως δ' ἐμοὶ λέγεις. Citat Scholiasta proverbium Εὖνοι ἄκαιρος οὐδὲν διαλλάσσει ἐχθρᾶς. haec verba videntur mutata esse a senario apud Apostolium aliosque, Ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει, quem inter Fragmenta Hippolyti Καλυπτομένου immerito inseruerunt Euripidis Editores. Vid. Porson. Suppl. Praef. ad Hec. p. xix.

594. πῶς οὖν; τί δράσεις; haec verba inchoant etiam versum, Hec. 870. Non ferri potest Piersoni conjectura, cui patrocinatur Valckenaerius, Οἶσθ' οὖν τί δράσεις; talem enim formulam nescivit Euripides. Haud infrequens est οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; sed et illud a nostro loco prorsus esset alienum. τί γοῦν, τί δράσεις; Conditor Χ. Π. 609. 1886. qui et duos seq. vv. adhibet, 610. 611.

595. οὐκ οἶδα, πλὴν ἕν. Idem senarii initium habet Noster Suppl. 943. Ion. 811.

597-8. Leguntur in Χ. Π. 226-7. Huc respexit Eustathius ad Il. Η. p. 679, 49=551, 12. exponens ἡλίου ἀναπτυχαὶ, τοῦ ἀναπτύσσοντος δηλαδὴ τὰ ἐν σκότῳ. Hesychius ἀναπτυχαὶ, ἀνατολαί. Sic Ion. 1446. λαμπρᾶς αἰθέρος ἀναπτυχαί. Ejusdem generis est metaphora in Phoen. 82. Ἀλλ', ὦ φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτύχας Ζεῦ, σῶσον ἡμᾶς. Ion. 1538. ἐν φαενναῖς ἡλίου περιπτυχαῖς.

76 600. Aristoph. Plut. 18. Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι.

ΤΡ. ναὶ πρός σε τῆς σῆς δεξιᾶς εὐωλένου.
ΙΠ. οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, μηδ' ἅψει πέπλων;
ΤΡ. ὦ πρός σε γονάτων, μηδαμῶς μ' ἐξεργάσῃ.
ΙΠ. τί δ', εἴπερ, ὡς φῄς, μηδὲν εἴρηκας κακόν;
ΤΡ. ὁ μῦθος, ὦ παῖ, κοινὸς οὐδαμῶς ὅδε.

601. δεξιᾶς τ' E. P. Lasc. Ald. unde conjiciebat Marklandus forte legendum esse Ναὶ πρός σε γένυος, δεξιᾶς τ' εὐωλένου. sed recte observavit Valckenaerius vocem γένυς in formulis adjurandi nusquam adhiberi. Conjecit ipse Valck. τῆσδε δεξιᾶς, quod recipiendum esset, nisi bene se haberet vulgata lectio τῆς σῆς δεξιᾶς, in qua consentiunt omnes Edd. et MSS.

602. Valgo προσοίσῃς, quod exhibet quoque X. II. 1273. Primus emendavit Heathius προσοίσεις, recte: mox vero ἅψεις, haud pari successu. ἅπτεσθαι quidem in media voce est tangere; ἅπτειν autem necotere significat. Contrario errore Valckenaerius ex duobus Codd. edidit προσοίσῃ. Legitur etiam in Bacch. 343. Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα; Cui notam interrogandi addiderim, dictum est supra ad v. 213.

603. Porsoni Adversaria indicant sequentia Euripidis loca, in quibus eadem adhibetur obtestandi formula, quae hic et supra v. 601. „Phoen. 951. 1708. Med. 328. Hippol. 610. 612. Alcest. 673. Androm. 893. Suppl. 279. Iph. A. 1243. Iph. T. 1075. Troad. 1042. Hel. 1257." R. P. In his omnibus exemplis pronomen σε inter praepositionem et nomen inseritur; in plerisque verbum ἄντομαι, vel ἱκνοῦμαι, vel tale quiddam supprimitur; ut etiam supra v. 505. Addas Alcest. 1117. Sophocl. Oed. Col. 250. 1333. Trach. 436. Philoct. 468. Apollon. Rhod. III. 985. ubi e MS. edidit Brunckius Πρός σ' αὐτῆς Ἑκάτης μειλίσσομαι, ἠδὲ τοκήων, Καὶ Διός. Hunc scribendi morem imitabilibus saepe imitati sunt Latini. Exempla dabunt Terent. Andr. III. 3. 6. Per te Deos oro, et nostram amicitiam, Chreme. Ibid. V. 1. 15. Plautus Menaechm. V. 7. 1. Per ego te haec genua obtestor. Virgil. Aen. X. 369. per vos et fortia facta, Per ducis Evandri nomen, devictaque bella, — Fidite ne pedibus. Tibull. I. 5. 7. III. 1. 15. IV. 5. 8. Liv. XXIII. 9. Per ego te, inquit, fili, quaecunque jura liberos jungunt parentibus, precor quaesoque, ne ante ora patris facere et pati omnia infanda velis. Deinde olim edideram ἐξεργάσει, Valckenaerio incaute obsecutus, qui verbum esse futurum statuit. Postulatur subjunctivus, ut infra 607. ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς. ἐξεργάζεσθαι est perdere, ut διεργάζεσθαι infra v. 609. Hesychius habet ἐξεργάσει· διαφθερεῖ. ubi legendum censuit Kusterus διαφθείρεις. aut si ad nostrum versum respexit glossa, ἐξεργάσῃ· διαφθείρῃς. 77

ΙΠ. τά τοι καλ' ἐν πολλοῖσι κάλλιον λέγειν.
ΤΡ. ὦ τέκνον, ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς.
ΙΠ. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.
ΤΡ. ὦ παῖ, τί δράσεις; σοὺς φίλους διεργάσει;
ΙΠ. ἀπέπτυσ'· οὐδεὶς ἄδικος ἔστι μοι φίλος.
ΤΡ. ξύγγνωθ'· ἁμαρτεῖν εἰκὸς ἀνθρώπους, τέκνον.
ΙΠ. ὦ Ζεῦ, τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν,

608. Ob hanc sententiam, Hippolyti persona plane indignam, et ab ipso mox repudiatam, Euripides saepius in Aristophanis comoediis exagitatus est; vide Ran. 102. 1471. Thesmoph. 275. quin et impietatis crimine, tanquam perjurii suasor, ab Hygiaenonte quodam in jus vocatus, teste Aristotele Rhetor. III. c. 15: Ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ ἀντιδόσει κατηγοροῦντα, ὡς ἀσεβής, ὅς γ' ἐποίησε, κελεύων ἐπιορκεῖν, Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Ἔφη γὰρ αὐτὸν ἀδικεῖν τὰς ἐκ Διονυσιακοῦ κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν δεδωκέναι λόγον, ἢ δώσειν, εἰ βούλεται κατηγορεῖν. Sententiam tamen defendit et quodammodo laudat Cicero de Offic. III. 29. *Quod ita juratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est: quod aliter, id si non feceris, nullum est perjurium. — Non enim falsum jurare, pejerare est; sed quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est. Scite enim Euripides: „Juravi lingua, mentem injuratam gero.“* Ad hunc versum respexere Plato Theaeteto p. 154. D. Symposio p. 199, A. Ovidius Heroid. XXI. 135. *Quae jurat mens est; nil conjuravimus illa: Illa fidem dictis addere sola potest.* Lucian. Vit. Auct. Tom. I. p. 549, 69. Athenaeus III. p. 122. B. Citant Scholiasta Aristophanis ad utrumque Ranarum locum; Eustathius ad Il. Δ. p. 443, 37 = 337, 28. comparans Homericum ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ, et ad Il. Τ. p. 1175, 29 = 1239, 16. Suidas v. ἀνώμοτος. Sophoclis Scholiasta ad Oed. C. 238. ubi ὀμώμοκεν.

610. ἀπέπτυσα, respuo, legitur in Nostri Hecub. 1266. Iph. Taur. 1161. Aristoph. Pac. 527. suppresso, ut hic, λόγον vel μῦθον. Plenius in Iph. Aul. 874. Πῶς; ἀπέπτυσ', ὦ γεραιέ, μῦθον. Helen. 672. Ἀπέπτυσα μὲν λόγον. Imitari videtur Plautus Asinaria I. 1. 26. *Tequе hercle obsecro, ut quae locutus despuas.* ἔσται μοι E. Lasc. unde conjicio legendum ἔστ' ἐμοὶ φίλος.

78 611. ἁμαρτεῖν δ' εἰκὸς ἄνθρωπον X. Π. 817. ἀνθρώποις Flor. quae syntaxis est infra v. 1431. ἀνθρώποισι δὲ, Θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.

612. κίβδηλος proprie de nummo adulterino dictum erat, teste Hesychio v. ἀκίβδηλον, κιβδηλεύοντες, ubi legitur ἔστι δὲ

γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας;
εἰ γὰρ βρότειον ἤθελες σπεῖραι γένος,
οὐκ ἐκ γυναικῶν χρῆν παρασχέσθαι τόδε·
ἀλλ' ἀντιθέντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς
ἢ χαλκὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χρυσοῦ βάρος,
παίδων πρίασθαι σπέρμα, τοῦ τιμήματος
τῆς ἀξίας ἕκαστον· ἐν δὲ δώμασι
ναίειν ἐλευθέροισι, θηλειῶν ἄτερ.
νῦν δ' εἰς δόμους μὲν πρῶτον ἄξεσθαι κακὸν

Κιβδηλὶς, ἐν τοῖς μετάλλοις σκωρία. In ista significatione Nostro usurpatur in Med. 516. Ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ᾖ, Τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ, κ. τ. λ. Septem versus 612—8. habet Stobaeus Floril. in Sermone cui Titulus Γυναικῶν ψόγος, LXXI. p. 432, 51. p. 309. Grot. duos priores Dio Chrysost. Or. LXXIII. p. 642. A.

614. Conferendus est Noster Med. 573. χρῆν γάρ ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς Παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος· Χ' οὕτως ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν. et, qui Nostrum imitatus est, Miltonus, Parad. Amiss. X. 888. *O! why did God, Creator wise, that peopled highest heaven With spirits masculine, create at last This novelty on earth, this fair defect Of nature, and not fill the world at once With men, as angels, without feminine; Or find some other way to generate Mankind?*

616. ἐντιθέντας Ed. prima Stobaei; quae et mox habet πόσιν πρίασθαι. Huc respexit Lucianus Amor. Tom. II. p. 439, 19.

617. Alio ordine quem praebent duo Codd. A. Fl. haec verba dedere Valcken. et Brunck. ἢ χρυσὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χαλκοῦ βάρος. Sed vulgatum praetulimus, quia in talibus enumerandis ad rariora adscendere solet oratio: ut in Aesch. Prom. 511. Χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε, τίς Φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ; Cod. A. habet χαλκοῦν.

618. τοῦ τιμήματος τῆς ἀξίας, *pro aestimatione justi pretii.* ἡ ἀξία, *the value*: ut in Xenoph. Memor. I. vi. 11. καίτοι τό γε ἱμάτιον, ἢ τὴν οἰκίαν, ἢ ἄλλο τι, ὧν κέκτησαι, νομίζων ἀργυρίου ἄξιον εἶναι, οὐδενὶ ἂν μὴ ὅτι προῖκα δοίης, ἀλλ' οὐδ' ἔλαττον τῆς ἀξίας λαβών. Brodaeus in Miscell. IV. 15. male interpretatus est, *pro census amplitudine.*

621. Proprie dicebatur ἄγεσθαι, *γυναῖκα ducere uxorem*: solennem igitur phrasin adhibiturus Hippolytus, κακὸν pro γυναῖκα, indignationi suae obsecutus, intulit. Non inficeti sunt versus, qui Susarioni, Comicorum principi, adsignantur: Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται, Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ. 79

μέλλοντες, ὄλβον δωμάτων ἐκθύομεν·
τούτῳ δὲ δῆλον, ὡς γυνὴ κακὸν μέγα·
προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε κἀκθρέψας πατὴρ
φερνὰς, ἀπῴκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ.
ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτὸν
γέγηθε, κόσμον προστιθεὶς ἀγάλματι
καλὸν κακίστῳ, καὶ πέπλοισιν ἐκπονεῖ,

Convitiis, quibus in hac oratione muliebrem sexum lacessit Euripides, festive respondet Chorus Mulierum apud Aristophanem, Thesmoph. 786.

622. ὄλβον δωμάτων ἐκτίνομεν hactenus exhibent editiones, pessimo metri vitio: ἐκτίνειν enim secundam necessario corripit. ἐκπίνομεν, quod corrigere voluit Piersonus, nullis commendatur exemplis, et a Tragoediae indole respuitur. Musgravii emendatio, ἐκτίομεν, loci sententiae non convenit. Lectio, quam nos e conjectura dedimus, debetur Scholiastae explicationi, πρῶτον μὲν τὴν θυσίαν ὑπὲρ κακοῦ δίδομεν. videtur igitur ille in suo Euripidis exemplari legisse ἐκθύομεν. Extat hoc compositum in Orest. 188. Cyclop. 371.

623. τούτῳ δὲ Flor.

624. Haec attigit Eustathius ad Il. *I.* p. 742, 56 = 639, 24. agens de diversa significatione vocum ἕδνα et φερνή. Habet autem προθείς. frequens est haec confusio, ob similitudinem scripturae πρὸ θεὶς et προθείς. vid. v. 384. 432. 714. καὶ θρέψας vulgo. sed praeferenda videtur lectio Codicum B. D. κἀκθρέψας. Confer Med. 1346. Οὓ παῖδας, οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην. Eur. Oedipi Fragm. XVII. Τίκτουσιν ἡμῖν πάντα κἀκτρέφουσ' ἅμα. Addit Vir doctus (*Quart. Rev.* Vol. viii. p. 222.) Aristoph. Pac. 628. ἣν ἐγὼ 'φύτευσα κἀξεθρεψάμην. Plat. Criton. 13. ἡμεῖς γάρ σε γεννήσαντες, ἐκθρέψαντες, παιδεύσαντες.

626. φυτὸν quod praebent A. B. D. et Schol. pro vulgato κακὸν, edidere Musgr. Valck. Brunck. Legitur quidem in Androm. 354. εἰ γυναῖκές ἐσμεν ἀτηρὸν κακόν. Cum tamen mulieres quater intra tantillum spatium jam dictae essent κακὸν, alteram vocem, quae non minus Euripidea est, praetuli. vid. Med. 80232. Πάντων δ', ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει, Γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον φυτόν. Opinatur Valckenaerius in prima fabulae editione scriptum fuisse κακὸν, postea vero ipsum Poetam crebra vocis repetitione offensum correxisse φυτόν.

628. πέπλοισιν ἐκπονεῖ citat Eustath. ad Il. *B.* p. 170, 7 = 128, 48.

δύστηνος, ὄλβον δωμάτων ὑπεξελών.
ἔχει δ' ἀνάγκην, ὥστε κηδεύσας καλοῖς
γαμβροῖσι, χαίρων σώζεται πικρὸν λέχος·
ἢ χρηστὰ λέκτρα, πενθεροὺς δ' ἀνωφελεῖς,
λαβὼν, πιέζει τἀγαθῷ τὸ δυστυχές.
ῥᾶστον δ' ὅτῳ τὸ μηδὲν, ἀλλ' ἀνωφελὴς
εὐηθίᾳ κατ' οἶκον ἵδρυται γυνή.
σοφὴν δὲ μισῶ· μὴ γὰρ ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις
εἴη φρονοῦσα πλεῖον, ἢ γυναῖκα χρή.
τὸ γὰρ πανοῦργον μᾶλλον ἐντίκτει Κύπρις
ἐν ταῖς σοφαῖσιν· ἡ δ' ἀμήχανος γυνὴ

629. Hunc versum forsan omitti potuisse censuit Valckenaerius.

631. Proprie γαμβρὸς erat Mariti, πενθερὸς Uxoris cognatus; quod monuit Jul. Pollux III. 31. addens haec nomina a Poetis confusa esse. Eustathius etiam ad Il. E. p. 572, 44 = 435, 19. hunc locum advocat in exemplum mutatae significationis; ἡ δὲ τραγῳδία ἐν τῷ, Κηδεύσας καλοῖς γαμβροῖς, τοὺς πενθεροὺς δηλοῖ. Idem notat, quod Oedipus apud Sophoclem Creontem, qui uxoris frater erat, γαμβρὸν suum appellat. Soph. Oed. T. 70. Videtur sane γαμβρὸς quemlibet affinem nonnunquam denotare: plerumque tamen apud Tragicos est *gener*. vid. Phoen. 438. Andr. 642. Suppl. 143. Iph. A. 986. χαῖρον Ald.

633. Male Lascaris τῷ 'γαθῷ. Monuit Porsonus ad Phoen. 903. articulum cum α brevi semper in α longam coalescere.

634. τὸ μηδὲν subaud. οὖσα. *res nihili, nullius momenti*; de persona dictum est, ut in Nostri Cyclop. 353. Ζεῦ ξένι', ὅρα τάδ'· εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπεις, Ἄλλως νομίζει, Ζεῦ, τὸ μηδὲν ὢν, θεός. Tro. 416. Οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἄρα. ubi participium, ut hic, supprimitur. Consulendus est Elmsleius ad Heracl. 168.

635. εὐηθία Lasc. Ald. In voce ἵδρυται alludere videtur Hippolytus ad ipsius locutionem ἀγάλματι supra v. 627.

637. χρῆν Ald. γυναῖκ' ἐχρῆν Lasc. χρὴ ex uno Cod. A. 81 reposuit Musgr.

638. Pro vulgato πανοῦργον Brunckius e MSS. A. B. D. Fl. edidit κακοῦργον, quod probaverat Valck. Sed alterum, mea quidem sententia, longe melius est, et vel ob v. 1398. praeferendum, Κύπρις γὰρ ἡ πανοῦργος ὧδ' ἐμήσατο.

639. ἀμήχανος exponit per εὐήθης Eustath. ad Il. Z. p. 646, 8 = 507, 31. hunc respiciens.

γνώμη βραχεία μωρίαν ἀφηρέθη.
χρῆν δ' εἰς γυναῖκα πρόσπολον μὲν οὐ περᾶν,
ἄφθογγα δ' αὐταῖς ξυγκατοικίζειν δάκη
θηρῶν, ἵν' εἶχον μήτε προσφωνεῖν τινα,

640. μωρία impudicitia, vel libido, qua significatione adhibetur etiam in Nostri Ion. 557. Sic quoque τὸ μῶρον infr. v. 970. Fragm. Dictyos apud Stobaeum p. 149. Ed. Grot. καί μ' ἔρως ἕλοι ποτέ, Οὐκ εἰς τὸ μῶρον οὐδέ μ' εἰς Κύπριν τρέπων. Androm. 674. ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ Γυναῖκα μωραίνουσαν ἐν δόμοις ἔχων. Comparari potest locus Troad. 996. Τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς.

641. γυναῖκα Brunckius, ex uno Cod. A. qui et χρὴ pro χρῆν exhibet.

642. δάκη θηρῶν, dicitur pro θῆρας. Hinc citat Eustathius ad Il. Γ. p. 427, 29 = 324, 36. ἄφθογγα δάκη θηρῶν. Eandem periphrasin habet Aeschylus Sept. c. Theb. 564. θηρὸς ἐχθίστου δάκους Εἰκὼ φέροντα. Similis est sententia in Androm. 945. Ἀλλ' οὔποτ', οὔποτ', οὐ γὰρ εἰς ἅπαξ ἐρῶ, Χρὴ τούς γε νοῦν ἔχοντας, οἷς ἐστὶν γυνή, Πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἄλοχον εἰσφοιτᾶν ἐᾶν Γυναῖκας· αὗται γὰρ διδάσκαλοι κακῶν. Nostrum locum forsan respicere Aristophanem Thesm. 415. opinatur eruditus Jac. Tate.

643. Vulgo μηδέ. sed μήτε, lectionem Codicis A. Valckenaerio probatum, recepit Brunckius. Similem correctionem adhibui supr. v. 75. Flor. μήποτε. Satis notum est particulas ἵνα, ὡς, ὅπως, ὄφρα, cum indicativi temporibus praeteritis aliquando conjungi. Hujus vero constructionis rationem in gratiam tironum explicabo. Quum significare vellent Graeci aliquid futurum fuisse, si alia quaedam res contigisset, tum
82 conjunctiones istas praefigebant indicativi temporibus, prout res postularet, imperfecto, aoristis, plusquam perfecto. Et haec sane structura ab usibus particularum ὡς, ἵνα, etc. cum subjunctivo et optativo prorsus distinguenda est. Dixissent quidem χρὴ πρόσπολον οὐ περᾶν — ἵν' ἔχωσι μήτε κ. τ. λ. i. e. *that they may be able neither* etc. Dixissent etiam οὐκ εἴων πρόσπολον περᾶν — ἵν' ἔχοιεν μήτε κ. τ. λ. *that they might be able neither* etc. Diversa autem ratio est sententiae χρῆν πρόσπολον οὐ περᾶν — ἵν' εἶχον μήτε κ. τ. λ. *in which case they would be able neither*, etc. Vid. Hermann. ad Viger. p. 805. Exempla quaedam apponam, quibus haec syntaxis, Atticorum fere propria, melius percipiatur. Soph. Oed. Tyr. 1386. ἀλλ' εἰ τῆς ἀκουούσης ἔτ' ἦν Πηγῆς δι' ὤτων φραγμός, οὐκ ἂν ἐσχόμην Τὸ μὴ 'ποκλεῖσαι τοὐμὸν ἄθλιον δέμας, Ἵν' ἦν τυφλός τε

μήτ' ἐξ ἐκείνων φθέγμα δέξασθαι πάλιν.
νῦν δ' αἱ μὲν ἔνδον δρῶσιν αἱ κακαὶ κακὰ
βουλεύματ', ἔξω δ' ἐκφέρουσι πρόσπολοι.
ὡς καὶ σύ γ' ἡμῖν πατρὸς, ὦ κακὸν κάρα,
λέκτρων ἀθίκτων ἦλθες εἰς ξυναλλαγάς.
ἁγὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι,
εἰς ὦτα κλύζων· πῶς ἂν οὖν εἴην κακὸς,
ὃς οὐδ' ἀκούσας τοιάδ', ἁγνεύειν δοκῶ;
εὖ δ' ἴσθι, τοὐμόν σ' εὐσεβὲς σώζει, γύναι·
εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν, ἄφρακτος, εὑρέθην,

καὶ κλύων μηδέν. 1391. τί μ' οὐ λαβὼν Ἔκτεινας εὐθὺς, ὡς ἔδειξα μήποτε Ἐμαυτὸν, ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦν γεγώς; Electr. 1131. Aesch. Prom. 158. Εἰ γάρ μ' ὑπὸ γῆν, νέρθεν θ' Ἅιδου Τοῦ νεκροδέγμονος εἰς ἀπέραντον Τάρταρον ἧκεν — ὡς μήτε θεὸς, Μήτε τις ἄλλος τοῖσδ' ἐγεγήθει. 774. Choeph. 193. Eur. Iph. T. 354. Nostrae fabulae v. 934. 1082. Arist. Pac. 135. Eccl. 151. Quaedam Oratorum loca congessit Valck. in Diatrib. p. 149. A. Quatuor versus emendatos exscribam, quos ex Hippolyto primo servavit Stobaeus LXXX. p. 472, 38. p. 345. Grot. Φεῦ, φεῦ· τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν Φωνὴν, ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λόγοι. Νῦν δ' εὐτρόχοισι στόμασι τἀληθέστατα Κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν ἃ χρὴ δοκεῖν. In secundo versu Valck. ἦσαν pro ὦσι legendum esse monuit ex Plutarch. Tom. II. p. 802. A. Tertium emendavit Porsonus in Nota MSta. Exhibet quidem Stobaeus νῦν δ' εὐρύθμοις πιστώμασι. Sed Clemens Alex. Strom. I. p. 340. εὐρόοισι στόμασι: unde restituit Criticorum Princeps Νῦν δ' εὐτρόχοισι στόμασι, conferri jubens Eur. Bacch. 268. Plutarch. Vit. Pericl. Tom. I. p. 155. C.

644. ἐκείνου Ald. Sed ἐκείνων e Codicibus et Lasc. recte edidere Valck. et Brunck.

647. ὦ κακὸν πατρὸς κάρα Fl.

649. ἐξομόρξομι Lasc. νάμασιν ἀπομόρξομαι Χ. Π. 222. 83 Aquae fontanae, quia stagnantibus puriores essent, in lustrationibus adhibebantur. Virgil. Aen. II. 719. *donec me flumine vivo Abluero.*

650. Vertit Grotius, *qui fiam malus, Qui nec, quod audivi ista, me purum puto?*

652. Hunc versum ob sigmatismum notavit Valck. Vid. infr. 1162.

653. Interpretatur Valck. post Reiskium, *Nam si jurejurando circumventus non fuissem, haud armatus adversus insi-*

οὐκ ἂν ποτ' ἔσχον μὴ οὐ τάδ' ἐξειπεῖν πατρί.
νῦν δ' ἐκ δόμων μὲν, ἔς τ' ἂν ἔκδημος χθονὸς
Θησεὺς, ἄπειμι· σῖγα δ' ἕξομεν στόμα.
θεάσομαι δὲ, σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ,
πῶς νιν προσόψει καὶ σὺ, καὶ δέσποινα σή.
τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος.
ὄλοισθε· μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι

dias. Speciosa sane correctio est summi poetae Joannis Miltoni, quam margini sui exemplaris Euripidis adscripsit, εἰ μὲν γὰρ ὅρκοις θεῶν ἄφρακτος εὑρέθην. Sed nihil mutandum. ἄφρακτος, subaudito ὢν, *incautus*; ut in Aristoph. Thesm. 580. μή τι προσπέσῃ Ὑμῖν ἀφράκτοις πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα. ὅρκοις θεῶν infra v. 1040. Homerica est locutio, Odyss. B. 377. γρηῢς δὲ θεῶν μέγαν ὅρκον ἀπώμνυ. Eandem sumpsit Pindarus Olymp. VI. 119. θεῶν δ' ὅρκον μέγα μὴ παρφάμεν. Sophocles Oed. Tyr. 647. Μάλιστα μὲν τόνδ' ὅρκον αἰδεσθεὶς θεῶν. Ad εὑρέθην scribit Schol. interpretamentum ἐλήφθην καὶ εὑρέθην. Piersoni emendationem ᾑρέθην, contra Valckenaerii sententiam, recepit Brunckius.

654. μὴ τάδ' ἐ. π. vulgo, omissa altera particula, quam ex Cod. A. reposuit Brunckius: recte. et sic quidem Scholiasta.

655. Emendari jussit Dawesius Misc. Crit. p. 332. ἢ κδημος; cui paruerunt Valck. et Brunck. ἕς τε significans *quamdiu* cum indicativo, ἕς τ' ἂν cum subjunctivo construitur: quod monuit Valckenaerius. Monuit autem Elmsleius subjunctivum νομίζῃ subaudiri in Med. 1150. post ἕς τ' ἄν. pristinam lectionem in nostro igitur versu demum reposui.

656. ἕξω μὲν στόμα corrigere voluit Valck. et correxit Brunck. sine causa, ut videtur. De numerorum permutationibus supra diximus ad v. 268. Legit Elmsleius σῖγα θ' ἕξομεν στόμα.

84 657. σὺν πατρὶ edebatur ante Musgravium, metro et sententia repugnantibus. πατρὸς e quatuor MSS. et Lasc. restituit Musgr. σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ, *quando cum patre reverso rediero*; ut recte interpretatur Valck. cum Marklando ad Suppl. 90. Conf. Orest. 1215. παρθένου δέχου πόδα, *expecta virginis reditum.*

658. χὴ δέσποινα σή. Markland.

659. Χ. Π. 217. et 223. γεγευμένος Schol. πεπειραμένος. Sic Noster in Herc. F. 1356. Ἀτὰρ πόνων δὴ μυρίων ἐγευσάμην. Hec. 379. οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν. Soph. Trach. 1103. Ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην.

660—4. Leguntur hi quinque versus apud Stobaeum LXXI. p. 431, 37. Grot. p. 307. ubi ὄλλυσθε pro ὄλοισθε, et οὕτως

γυναῖκας, οὐδ' εἰ φησί τις μ' ἀεὶ λέγειν·
ἀεὶ γάρ οὖν πως εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί.
ἢ νύν τις αὐτὰς σωφρονεῖν διδαξάτω,
ἢ κἄμ' ἐάτω ταῖσδ' ἐπεμβαίνειν ἀεί.

ΧΟ. τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς ἀντιστρ.
γυναικῶν πότμοι· τίνα νυν ἢ τέχναν
ἔχομεν, ἢ λόγον
σφαλεῖσαι κάθαμμα λύειν λόγου;

ΦΑΙ. ἐτύχομεν δίκας,

pro οὖν πῶς v. 662. Odium, quo mulieres prosequebatur, pari sententia exprimit Euripides in Fragm. Aeoli apud Stobaeum LXXI. p. 432, 6. Grot. p. 308. Γυναῖκα δ' ὅστις παύσεται λέγων κακῶς, Δύστηνος ἆρα, κοὐ σοφὸς κεκλήσεται. Verbum ἔμπλημαι eadem significatione cum participio adhibetur in Fragm. Nostri Sylei 2. ἐμπλήσθητί μου Πίνων κελαινὸν αἷμα. Arist. Vesp. 601. Ἔμπλησο λέγων. Acharn. 235. Ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκεῖνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις.

665. τάλαινες Lasc. Ald. mendose. Versus est Paeonicus Dimeter, vel, si mavis, Creticus. De reliquis hujus antistrophae metris; videnda sunt quae ad strophica notavimus, supra v. 363. Totum hoc canticum Phaedrae tribuit A.

666. Aesch. Agam. 1145. Ἰώ, ταλαίνας κακόποτμοι τύχαι.

667. νῦν τέχναν Cod. A. adversante metro, non postulante, quod credidit Brunckius. Si quid mutandum esset, legerem, τίνας νυν τέχνας ἔχομεν ἢ λόγους; λόγους enim duo MSS, A. B. sed nil opus videtur: tantum dedi νυν. τίνας νῦν τέχνας Herman. 85

668. καθ' ἅμμα λύσειν Ald. καθ' ἅμμα λύσιν λόγου Lasc. et λόγων pro varia lectione. Cum λύσιν exhibeant MSS. etiam nonnulli, teste Musgravio, primus edidi ex ejus conjectura λύειν, quod credo, ob similitudinem literarum ε et c, in λύσιν mutatum fuisse; mox e corrigentis librarii manu profectam esse Aldinae lectionem λύσειν. Hesychio quidem recte restituerunt Viri docti κάθαμμα λύεις, sic enim MS. a Schowio collatus. glossa vero e Suida, ut videtur, adscripta est; ἐπὶ τῶν δυσλυτόν τι λύειν ἐπιχειρούντων. Proverbialis erat locutio, ut patet ex Zenobio IV. 46. Displicet Brunckio aliisque vox λόγου, pro qua νόσου proposuit Luzacius, Exercit. Academ. p. 19. φόβου G. Burges. Sed verbi repetitionem, a qua alibi Euripides minime abstinebat, in hoc loco data opera sectatus esse videtur. Nodus enim, sive difficultas, quae ab argumento profecta esset, argumento quoque solvi debebat.

669. ἔτυχον δίκας E. F. Lasc.

ἰὼ γᾶ, καὶ φῶς,
πᾶ ποτ' ἐξαλύξω τύχας;
πῶς δὲ πῆμα κρύψω, φίλαι;
τίς ἂν θεῶν ἀρωγὸς, ἢ τίς ἂν βροτῶν
πάρεδρος, ἢ ξυνεργὸς ἀδίκων ἔργων
φανείη; τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν πάθος
παρὸν δυσεκπέρατον ἔρχεται βίου.
κακοτυχεστάτα γυναικῶν ἐγώ.
ΧΟ. φεῦ, φεῦ· πέπρακται, κοὺ κατώρθωνται τέχναι,
δέσποινα, τῆς σῆς προσπόλου· κακῶς δ' ἔχει.
ΦΑΙ. ὦ παγκακίστη, καὶ φίλων διαφθορὰ,

670. ὦ γᾶ Lasc. Ald. Correxit Heathius ἰὼ γᾶ, καὶ φῶς, ob versum Antistrophicum 367. ἰώ μοι, φεῦ, φεῦ.

671. ἐξαλεῖξω MS. A. quod forte pro ἐξαλείψω scriptum esse putavit Musgravius.

672. Ita recte Cod. Paris. Vulgo contra metrum legebatur πῶς δὲ κρύψω, φίλαι, πῆμα; Alteram scripturam e conjectura restituendam esse monuerat Marklandus.

673. Haec imitatus est, ut videtur, Aristophanes Thesm. 715. Τίς οὖν σοι, τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν Ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις;

676. δυσεκπέραντον Ald. δυσεκπέρατον tres MSS. Lasc. et Schol. quod proculdubio verum est. ut infra v. 887. βίον habent C. E. Lasc. et A. pro var. lect. Musgravio placuit verborum 86 constructio, quam in Scholiis invenerat, τὸ γὰρ πάθος βίου παρ' ἡμῖν παρόν. Mihi potius videtur genitivus βίου pendere ab adjectivo verbali δυσεκπέρατον.

677. ἐγὼ deest in Lasc.

678. κοὺ κατώρθωται τέχνη auctoritate Codicis A. edidit Brunckius. Sed praestant, mea quidem sententia, quae vulgo leguntur, pluralia. Dubitari potest, utri lectioni faveat Scholiasta. Hunc et sequentem versum Nutrici tribuendos esse monuit Reiskius; frustra.

680. Aliam lectionem διαφθορεῦ, quam exhibent duo Codices et X. Π. 348, in textum intulerunt Valck. et Brunck. Sed multo melior est ad sententiam, et plus auctoritatis prae se fert vulgata διαφθορά. Res pro persona ponitur, quod apud omnes fere scriptores, praesertim Atticos, saepissime factum est. Comparat Musgravius Platonicum, λώβη καὶ διαφθορὰ τῶν ξυγγιγνομένων. Adde Nostri Androm. 299. Μεγάλαν Πριάμου πόλεως λώβαν, i. e. Parin. In Sophoclis Philoct. 622. ἡ πᾶσα βλάβη de

οἵ᾽ εἰργάσω με. Ζεύς σ᾽ ὁ γεννήτωρ ἐμὸς
πρόῤῥιζόν ἐκτρίψειεν, οὐτάσας πυρί.
οὐκ εἶπον; οὐ σῆς προὐνοησάμην φρενὸς,
σιγᾷν ἐφ᾽ οἷσι νῦν ἐγὼ κακύνομαι;
σὺ δ᾽ οὐκ ἀνέσχου· τοιγὰρ οὐκέτ᾽ εὐκλεεῖς
θανούμεθ᾽. ἀλλὰ δεῖ με δὴ καινῶν λόγων.
οὗτος γὰρ, ὀργῇ νῦν τεθηγμένος φρένας,

Ulysse,„ in Electr. 301. de Aegistho dicitur. In ejusdem Philoct. 927. compellatur Neoptolemus, *Ὦ πῦρ σὺ, καὶ πᾶν δεῖμα, καὶ πανουργίας Δεινῆς τέχνημ᾽ ἔχθιστον, οἷά μ᾽ εἰργάσω, Οἷ᾽ ἠπάτηκας.* Sed nihil attinet exempla notissimae figurae colligere. Ceterum verborum ordinem inverterunt Valck. et Brunck. secuti Florentinum, ubi *διαφθορεῦ φίλων.* At vero plura sunt ibi in pejus mutata, quam ut in re dubia isti Codici fides habeatur. Neque de hiatu in fine versus timendum est; eum eundem in Hippolyti, quae praecesserat, oratione, octies admiserit Euripides.

681. Ita MSS. Parisienses omnes, Lasc. Schol. et *X. Π.* 341. Aldus habet *Ζεὺς ὁ γ. ἐ. Π. ἐκτρίψειέ σ᾽.* Pejus Flor. *Ζεύς γ᾽ ὁ γεννήτωρ—.*

682. *οὐτεύσας X. Π.* 342. *πρόῤῥιζον ἐκτρίβειν* proprie de urbe vel familia dicebatur: ut in Prologo Rhesi apud Valck. Diatrib. p. 90. *Εἰ μὴ κατασκαφεῖσαν ὄψομαι πόλιν Πριάμου, βίᾳ πρόῤῥιζον ἐκτετριμμένην.* Verum de homine dictum legitur etiam in loco Herodoti, quem cum nostro apte conferunt VV. DD. Lib. VI. 86. *Γλαύκου νῦν οὐκέτι ἀπόγονόν ἐστι οὐδὲν, οὔθ᾽ ἱστίη οὐδεμία νομιζομένη εἶναι Γλαύκου· ἐκτέτριπταί τε πρόῤῥι-* 87
ζος ἐκ Σπάρτης. Vid. Aristoph. Ran. 587. *Πρόῤῥιζος αὐτὸς, ἡ γυνὴ, τὰ παιδία, Κάκιστ᾽ ἀπολοίμην,* et ibi Spanhemium, qui docet solenne Atheniensium juramentum respici, in quo imprecabantur, ut non ipsi solum, sed uxores, liberi, et totum insuper genus funditus perirent, si pejerassent. *πρόῤῥιζον* Hesych. *σὺν ταῖς ῥίζαις ἀνασπώμενον.* Idem Latini dicebant *cum stirpe,* ut Virg. Aen. XI. 394. *Evandri totam cum stirpe videbit Procubuisse domum.*

683. Hunc et duos seq. versus adhibuit *X. Π.* 196—8. In Exercit. Academ. quae sub Luzacii auspiciis Lugduni prodierunt, p. 19. emendatum est, *οὐκ εἶπον, ὡς σῆς προὐνοησάμην φρενὸς,* frigide sane. Vulgatum defendere poterit Baccharum versus 649. *Οὐκ εἶπον; οὐκ ἤκουσας, ὅτι λύσει μέ τις;*

685. *σὺ δ᾽ οὐκ ἀνέσχου·* subaud. *σιγῶσα,* et vid. supra ad vv. 354. 361.

687. *συντεθηγμένος* vulgo. Emendavit Piersonus *νῦν τε-*

ἐρεῖ καθ' ἡμῶν πατρὶ σὰς ἁμαρτίας,
πλήσει τε πᾶσαν γαῖαν αἰσχίστων λόγων.
ὄλοιο καὶ σὺ, χὤστις ἄκοντας φίλους
πρόθυμός ἐστι μὴ καλῶς εὐεργετεῖν.

ΤΡ. δέσποιν', ἔχεις μὲν τἀμὰ μέμψασθαι κακά·
τὸ γὰρ δάκνον σου τὴν διάγνωσιν κρατεῖ·
ἔχω δὲ κἀγὼ πρὸς τάδ', εἰ δέξει, λέγειν·
ἔθρεψά σ', εὔνους τ' εἰμί· τῆς νόσου δέ σοι
ζητοῦσα φάρμαχ', εὗρον οὐχ ἃ βουλόμην.
εἰ δ' εὖ γ' ἔπραξα, κάρτ' ἂν ἐν σοφοῖσιν ἦν·
πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.

θηγμένος, quod, Valckenaerii judicium secutus, admisi. — Idem fecerat Brunckius, etsi postea ipsum sui facti poenituit. Verum neque praepositio σὺν hic locum habet; neque compositum συνθήγω alibi reperire potui. Contra λῆμ' ἔχων τεθηγμένον est in Nostri Orest. 1641. cui plura similia apud Tragicos invenias.

688. τὰς ἁμαρτίας Lasc. Ald. et MSS. praeter A. cujus auctoritate correxit Musgravius σὰς ἁμ. Post hunc vulgo sequitur versus, quem omittit ille Codex, ἐρεῖ δὲ Πιτθεῖ τῷ γέροντι συμφορὰς, quemque ut ab interpolatoris manu profectam, cum Brunckio delevi. Mox idem praebet πλήσει δὲ, quod recepto minime praeferendum videtur. πλήσει τε, praeter Lasc. Ald. et MSS. habet etiam X. Π. 212. et 964.

88 696. Ita Lasc. et MSS. rectius quam quod Aldine exhibet ζητοῦσά γ' εὗρον φάρμακ'.

697. Proponunt Heathius et Musgravius εἰ δ' εὖ γ' ἔπραξ' ἂν, quod plane barbarum est; particulae εἰ ἂν nusquam in eodem sententiae membro leguntur, nedum cum Verbo indicativo conjunctae. Falluntur etiam Valckenaerius et Brunckius, cum voculam ἂν aeque ad ἔπραξα quam ad ἦν referendam esse cogitent. Constructione nihil expeditius aut facilius; eadem est in Orest. 241. Εἰ μόνος ἐσώθη, μᾶλλον ἂν ζηλωτὸς ἦν. Hom. Il. Ε. 679. Καί νυ κ' ἔτι πλέονας Λυκίων κτάνε δῖος Ὀδυσσεὺς, Εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ. Codd. A. Fl. solito librariorum errore exhibent κάρτα γ' ἐν σ. ἦν. ἔπραττον pro ἔπραξα Schol.

698. „Eustathius ad Iliad. Κ. p. 786, 7=698, 36." R. P. πρὸς τὰς τύχας bene vertit Musgravius *pro rerum exitu*, conferens Helen. 329. Πρὸς τὰς τύχας τὸ χάρμα, τοὺς γόους τ' ἔχε. τὰς φρένας κεκτήμεθα, *prudentiae opinionem possidemus*; in hoc sensu adhibetur κτᾶσθαι in Med. 220. Δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ

ΦΑΙ. ἦ γὰρ δίκαια ταῦτα κἀξαρκοῦντά μοι,
τρώσασαν ἡμᾶς εἶτα συγχωρεῖν λόγοις;
ΤΡ. μακρηγοροῦμεν· οὐκ ἐσωφρόνουν ἐγώ.
ἀλλ' ἔστι κἀκ τῶνδ' ὥστε σωθῆναι, τέκνον.
ΦΑΙ. παῦσαι λέγουσα· καὶ τὰ πρὶν γὰρ οὐ καλῶς
παρῄνεσάς μοι, κἀπεχείρησας κακά·
ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπελθε, καὶ σαυτῆς πέρι
φρόντιζ'· ἐγὼ γὰρ τἀμὰ θήσομαι καλῶς.
ὑμεῖς δὲ, παῖδες εὐγενεῖς Τροιζήνιαι,
τοσόνδε μοι παράσχετ' ἐξαιτουμένῃ,
σιγῇ καλύπτειν, ἅνθάδ' εἰσηκούσατε.
ΧΟ. ὄμνυμι σεμνὴν Ἄρτεμιν Διὸς κόρην,
μηδὲν κακῶν σῶν εἰς φάος δείξειν ποτέ.
ΦΑΙ. καλῶς ἔλεξας· ἓν δὲ προτρέπουσ' ἐγὼ

ῥαθυμίαν. Iph. T. 676. Καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι, et alibi.

699. ἦ καὶ δίκαια Cod. Par. κοὐξαρκοῦντά μοι Lasc. Vid. supr. ad v. 278.

700. Nonnulla in hoc versu interpretando exorta est difficultas, quod verba συγχωρεῖν λόγοις alium postulare sensum videntur, alium supra v. 299. Ἢ τοῖσιν εὖ λεχθεῖσι συγχωρεῖν λόγοις. Interpretatio quidem, quam olim protuleram, hodie mihi parum satisfacit. Vertendum puto, *After having injured me, then to meet me in argument.* De usu τοῦ εἶτα inter participium et verbum positi, vide Koen. ad Gregorium p. 62. τρώσαντες Flor.

705-6. Χ. Π. 228-9. Euripidem reprehendit Brumoeus, 89
quod in reliqua fabula quid de Nutrice factum sit, ne verbo quidem indicaverit. Distinctionem inter formulas τἀμὰ θήσομαι καλῶς, et ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς, supra v. 523. notavit Kusterus de Verbis Mediis Sect. I. 47. De locutione εὖ θέσθαι vel καλῶς θέσθαι τὸ παρὸν, luculente disseruit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 405.

708. τοσόνδ' ἐμοὶ Brunckius, qui et infra 727. τῆσδ' ἐμοί.

709. καλύψειν B. D. καλύψαθ' Lasc. Ald. καλύπτειν A. Fl. et sic Musgr. Valck. Brunck.

712. Vulgo ἐλέξασθ'. sed ἔλεξας e Cod. Flor. certissime reposuit Valckenaerius, indicans quatuordecem alia Euripidis loca, in quibus eadem formula καλῶς ἔλεξας legitur. Deinde προτρέπουσ' Lasc. Ald. ut vulgo editur, sed Brunckius dedit προστρέπουσ', i. e. *obsecrans*, quod pro varia lectione habet MS. B. fir-

εὕρημα δή τι τῆσδε συμφορᾶς ἔχω,
ὥστ' εὐκλεᾶ μὲν παισὶ προσθεῖναι βίον,
αὐτή δ' ὄνασθαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα.
οὐ γάρ ποτ' αἰσχυνῶ γε Κρησίους δόμους,
οὐδ' εἰς πρόσωπον Θησέως ἀφίξομαι
αἰσχροῖς ἐπ' ἔργοις, οὕνεκα ψυχῆς μιᾶς.
ΧΟ. μέλλεις δὲ δή τι δρᾶν ἀνήκεστον κακόν;
ΦΑΙ. θανεῖν· ὅπως δὲ, τοῦτ' ἐγὼ βουλεύσομαι.
ΧΟ. εὔφημος ἴσθι. ΦΑΙ. καὶ σύ γ' εὖ με νουθέτει.

mantibus aliis Codicibus; nam προστρέπτουσ' D. προστρέπω σ' E. Visum est vulgatam lectionem in textu retinere, etsi, fateor, neque haec, neque προστρέπουσ' mihi satisfacit: neutri certe convenit Scholiastae interpretatio ἀντὶ τοῦ. ζητοῦσα καὶ ἐξερευνῶσα; nec dubito quin aliter scripserit Euripides: conjicio equidem προσκοποῦσ', quod a vestigiis literarum in Codd. non longe recedit. Sed judicabit eruditus Lector. προσβλέπουσα vel προβλέπουσα conj. Wakefield.

713. δῆτα pro δή τι e duobus Codd. Brunckius. Conf. Heraclid. 534. Εὕρημα γάρ τοι μὴ φιλοψυχοῦσ' ἐγὼ Κάλλιστον εὕρηκ', εὐκλεῶς λιπεῖν βίον.

90 714. προθεῖναι Lasc. Vide notata supra ad v. 624.

715. αὐτή τ' Lasc. Ald. et MSS. Correxit Canterus αὐτὴ δ', quod ob praecedentem particulam μὲν requiritur: et sic profecto edebatur, donec veterem errorem revocavit Musgravius. In locutione πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα censet Valckenaerius tesserarum ludum respexisse Euripidem. Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 486. afferens Sophoclem Stobaei CVI. p. 570, 42. Grot. p. 456. Στέργειν δὲ τἀμπεσόντα καὶ θέσθαι πρέπει Σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ στένειν τύχην. male emendavit κεὖ θέσθαι: correxit eum Porsonus ad Phoen. 1422. monens καὶ nunquam crasin facere cum εὖ, nisi in compositis; et insuper legendum esse τἀκπεσόντα ex Ed. Trincav. Conferre possis Nostri Electr. 848. 1107. τὰ μὲν γὰρ εὖ, Τὰ δ' οὐ καλῶς πίπτοντα δέρκομαι βροτῶν. Med. 54. Aesch. Agam. 32.

716. αἰσχηνῶ Lasc. qui simile habet vitium supra v. 246. Κρησίου Ald.

720. ἐγὼ τοῦτο β. Lasc. Ald. sed Codd. recte τοῦτ' ἐγὼ β. quod sine Codicibus legendum esse monuerat Canterus. θανεῖν γ' mavult Elmsleius ad Heraclid. 141.

721. εὔφημος ἴσθι. Eadem est formula in Orest. 1320. et in Tragici alicujus senario apud Ammonium p. 76. similis autem εὔφημα φώνει in Iph. T. 687. Herc. F. 1188. Soph. Aj. 362.

ἐγὼ δὲ Κύπριν, ἥπερ ἐξόλλυσί με,
ψυχῆς ἀπαλλαχθεῖσα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ,
τέρψω· πικροῦ δ' ἔρωτος ἡσσηθήσομαι.
ἀτὰρ κακόν γε χἀτέρῳ γενήσομαι
θανοῦσ', ἵν' εἰδῇ μὴ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς κακοῖς
ὑψηλὸς εἶναι· τῆς νόσου δὲ τῆσδέ μοι
κοινῇ μετασχὼν σωφρονεῖν μαθήσεται.

ΧΟ. ἀλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν, στροφὴ α'.
ἵνα με πτεροῦσσαν ὄρνιν

Electr. 1211. Marklandus conjecit καὶ σύ γ' εὖ με νουθετεῖς, et καὶ σὺ μή με νουθέτει, utrumque frustra: omnino enim sana sunt vulgata; meminerint tantum tirones σύ γ' esse *tu saltem*.

724. ἡττηθήσομαι Lasc. Ald. et MSS. praeter Fl. Sed ττ91 pro σσ in vocibus ἥττων, πράττω, θάλαττα et similibus, recentioris erat Atticismi, nunquam a Tragicis adhibiti. Hoc post alios monuit Porsonus ad Hec. 8.

725. Male θατέρῳ duo Codices. „*In Danae* 16. *vulgo* Ὃς τῆσδέ γ' ἄρξει θατέρας πολλῆς χθονός. χἀτέρας *recte Heathius, probante Valckenaerio ad Hipp.* 728. *Sed neuter vidit* γ' *in* τ' *mutandum. Vid. Hec.* 361. (365) Τὴν Ἕκτορός τε, χἀτέρων πολλῶν κάσιν. *Eur. Electr.* 434. Ὁ πλούσιός ΤΕ, χὠ πένης ἴσον φέρει." R. P.

729. ὑπαὶ Lasc. ἠλίβατος epitheton est Homericum, de cujus etymo et significatione nihil certi statui potest. Vertitur quidem plerumque *excelsus et praeruptus*, ex Etymologo M. p. 427, 39. Ἠλίβατος, δύσβατος καὶ ὑψηλὸς τόπος· μέγας καὶ ἄβατος. — ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν, ἀλιτόβατος, καὶ συγκοπῇ ἀλίβατος, καὶ ἐκτάσει ἠλίβατος. Idem mox nostrum locum citans habet ἠλιβάτοις κευθμῶσι, βαθυτάτοις· ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν τῆς βάσεως. Sic etiam Hesychius v. ἠλίβατον. Schol. Apollon. Rh. II. 169. et alii Scholiastae. Verum talibus Grammaticorum commentis parum fidei habendum est. Magis etiam a verisimilitudine abhorret interpretatio, quam cum aliis Grammaticis affert Photius Lex. MS. ἠλίβατος, ὑψηλή, ἐφ' ἧς πρῶτον διὰ τὸ ὕψος ὁ ἥλιος βαίνει. Aliorum interpretationes nihilo meliores, habet Etymologus. Rectius fortasse Musgravius intelligit *immensus, ingens*. Apud Homerum quidem vox cum πέτρῃ semper jungitur; vid. Il. Ο. 273. 619. Π. 35. Odyss. Ι. 243. Κ. 88. Ν. 196. Ita quoque Pindarus Olymp. VI. 109. Ἵκοντο δ' ὑψηλοῖο πέτραν ἀλίβατον Κρονίου. Noster Suppl. 80. ἐξ ἀλιβάτου πέτρας. Theocr. Idyll.

θεὸς ἐν πταναῖς ἀγέλαισι θείη·
ἀρθείην δ' ἐπὶ πόντιον
κῦμα τᾶς Ἀδριηνᾶς
ἀκτᾶς, Ἠριδανοῦ θ' ὕδωρ,
ἔνθα πορφύρεον σταλάσσουσ'
εἰς οἶδμα πατρὸς τριτάλαιναι

XXVII. 10. Stesichorus vero, ab Etymologo et Hesychio citatus, *Τάρταρον ἠλίβατον*. Hesiod. Theog. 483. *Ἄντρῳ ἐν ἠλιβάτῳ*. Damoxenus Athenaei III. p. 102. C. corrigente Porsono, *Αἱ μεταβολαὶ γάρ, αἵ τε κινήσεις κακὸν Ἠλίβατον ἀνθρώποισιν, ἀλλοιώματά τε*. Dorice *ἀλιβάτοις* demum scripsimus.

92 731. *ποταναῖς* Ald. A. *πταναῖσιν* Lasc. P. *Ποτανὸς* quidem apud Nostrum satis frequens est. Vid. Suppl. 630. 1152. Helen. 1498. 1507. Electr. 463. Orest. 981. sed, ob secundam syllabam productam, ab hoc loco necessario exulat. Versus noster in duos male divisus est a Musgravio et Valckenaerio, quos per incuriam, ut ipse ait, secutus est Brunckius; verum ille *ποταναῖς* anapaestum esse credidit. *ἀγέλῃσιν* Ald. *ἀγέλαισι* Lasc. et sic Musgr. metro repugnante. recte *ἀγέλαισιν* A.

732. Edidit Barnesius *ἀρθείην γάρ*, errore scilicet typographico, quem summa fide repeti curavit Beckius.

733. Huc respexit Eustathius ad Il. Γ. p. 405, 34=307, 28. In ed. Rom. legitur *Ἀδριηνῆς*, in Basil. *Ἀδρηνῆς*, mendose.

735. *πορφυρὸν* Ald. sed *πορφύρεον* Lasc. cum Codd. omnibus. Deinde *σταλάσσουσιν* Lasc. Ald. quos seculi sunt Musgravius et Brunckius, planissime contra metrum. Versus est una syllaba Glyconeo procerior, vocatus *Σαπφικὸς ἐννεασύλλαβος*, ἢ *Ἱππωνάκτειος*, teste Hephaest. Cap. X. p. 56, 12. Vid. supr. v. 67. Haec metri species licentiam habet, quam de Pherecrateis supra memoravi, ad v. 564. scilicet ut ab Iambo, Spondeo, et Trochaeo, pari jure versus incipiat: quod videre est apud plurima Hipponacteorum exempla, a Gaisfordio allata. Idem prorsus de Glyconeis intelligendum est. vid. vv. 63. 64. 65. 732. 734. 742. 744. 749. 750. 762. 763. Recte igitur atque ordine versui nostro opponitur antistrophicus 745. *κρῆναί τ' ἀμβρόσιαι χέονται*. Si Viri eximii, et de Graecis literis optime meriti, hisce minutiis aliquantulum curae impendissent, non toties, opinor, Euripidis numeros praeposteris et noxiis auxiliis violassent: certe non legisset in hoc versu Marklandus *ἔνθα τε πορφύρεον σταλάσσουσ'*, neque edidisset Valckenaerius *ἔνθα γε π. σ.* contra metri legem et sententiae rationem.

736. *τάλαιναι* MSS. plerique cum Lasc. et sic Brunckius, de metro scilicet securus.

κόραι, Φαέθοντος οἴκτῳ,
δακρύων τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.
Ἑσπερίδων δ' ἐπὶ μηλόσπορον ἀκτὰν — ἀντ. α΄.
ἀνύσαιμι τᾶν ἀοιδῶν,
ἵν' ὁ ποντομέδων πορφυρέας λίμνας
ναύταις οὐκ ἔθ' ὁδὸν νέμει,
σεμνὸν τέρμονα ναίων
οὐρανοῦ, τὸν Ἄτλας ἔχει,

740. ἀνύσαιμι subaud. ὁδὸν, vertas *festinem*, vel *iter celeriter conficiam.* vid. Hemsterhusium ad Aristoph. Plut. 607. Similiter Sophocles Trach. 659. πρὶν τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσειε. Paullum aliter in Aj. 606. Ἔτι μέ ποθ' ἀνύσειν Τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν. Antig. 805. Eurip. Suppl. 1152. ubi praepositio quoque supprimitur. Ex mea correctione edidi τᾶν ἀοιδῶν; nam vulgatum τᾶν ἀοιδᾶν esset *cantilenarum*; ἀοιδὸς vero de *cantatore* et *cantatrice* dicitur; vid. Phoen. 1522. Σφιγγὸς ἀοιδοῦ σῶμα φονεύσας. Ceterum Hesperides ut ἀοιδοὶ celebrantur etiam in Herc. Fur. 393. Ὑμνῳδούς τε κόρας Ἤλυθεν ἑσπέριον ἐς αὐλὰν, Χρυσέων πετάλων ἄπο μηλοφόρον Χερὶ καρπὸν ἀμέρξων. ubi sequentia cum nostris conferas. Apollon. Rh. IV. 1399. ἀμφὶ δὲ νύμφαι Ἑσπερίδες ποίπνυον ἐφίμερον ἀείδουσαι. Hesiod. Theog. 274. Γοργούς θ', αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο, Ἐσχατιῇ πρὸς νυκτὸς, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι. et 516. Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης, Πείρασιν ἐν γαίης, πρόπαρ Ἑσπερίδων λιγυφώνων, Ἑστηὼς, κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτοισι χέρεσσι. Milton. Comus 980. *There I suck the liquid air, All amidst the gardens fair Of Hesperus and his daughters three, That sing around the golden tree.* Quae de Hesperidum fabula apud Poetas et Mythographos extant, congessit Heynius in Observ. ad Apollodorum p. 166. seq. τὰν ἀοιδὰν Lasc.

741. Vid. supr. v. 147. et ibi notata. Vulgo editur λίμνης, etsi Doricam terminationem recte exhibent Lasc. et Ald.

743. Ita Valck. ex quatuor Codd. A. B. D. Fl. Pro ναίων exhibent Lasc. Ald. κυρῶν, quod et B. pro var. lect. Hinc opinatur Valckenaerius primum scripsisse Euripidem σεμνῷ τέρμονι κύρων, imitatione Aeschyli, qui in Nioba apud Plutarch. Tom. II. p. 603. A. Strabon. XII. sub fin. dederat οὐρανῷ κύρων ἄνω. mox autem in secunda editione, ad morem sui temporis, scripsisse σεμνὸν τέρμονα ναίων.

744. De articulo praepositivo vice postpositivi adhibito vide quae diximus supra ad v. 527. et vid. infra v. 1274.

κρῆναί τ' ἀμβρόσιαι χέονται
Ζανὸς μελάθρων παρὰ κοίταις,
ἵν' ἁ βιόδωρος αὔξει
ζαθέα χθὼν εὐδαιμονίαν θεοῖς.
ὦ λευκόπτερε Κρησία — στροφὴ β'.
πορθμὶς, ἃ διὰ πόντιον
κῦμ' ἁλικτυπον ἅλμας
ἐπόρευσας ἐμὰν ἄνασσαν,
ὀλβίων ἀπ' οἴκων,
κακονυμφοτάταν ὄνασιν.
ἦ γὰρ ἀπ' ἀμφοτέρων, ἦ
Κρησίας ἐκ γᾶς, δύσορνις

94 Atlantis fabulae meminerunt Homerus Odyss. *Α*. 51. Hesiod. Theog. 516. Pindar. Pyth. IV. 515. Aeschyl. Prom. 355. 483. Eurip. Ion. 1. Herc. F. 402. Virgil. Aen. IV. 246. 480. VI. 796. et alii Poetae.

746. κοίτας Lasc.

747. Ita cum Brunckio edidi, e Codice A. qui exhibet ἵνα βιόδωρος. Vulgo ἵν' ὀλβιόδωρος, probante Valckenaerio; sed vocem ὀλβιόδωρος nusquam alibi legisse memini, et dubito an tale compositum adhibere potuisset Tragicus. Analogiae magis convenientes sunt formae ὀλβοδότας Bacch. 572. ὀλβοδότειρα Bacch. 419. ὀλβοφόρος Iph. A. 596. Contra βιόδωρος est epitheton Terrae in Soph. Phil. 1161. Μηκέτι μηδενὸς κρατύνων ὅσα πέμπει βιόδωρος αἶα. quem locum Brunckius emendationibus suis pessime corrupit. Adumbratum est ab Homerico ζείδωρος ἄρουρα. Deinde ἄξει Ald. Correxit Canterus in Nov. Lectt. I. 18. αὔξει, quod exhibent omnes MSS. et Lasc. Conjecerat Miltonus ἀέξει, et sic Reiskius, frustra. Utraque forma αὔξειν et ἀέξειν usi sunt Pindarus et Tragici; sed illa usitatior, et nostri versus metro necessaria est. Solam ἀέξειν adhibuit Homerus. De his verbis egit Casaubonus Animadv. in Athenaeum p. 287, 35.

748. Valde probabilis est Brunckii conjectura θνατοῖς, quae vox, ob scripturae compendia, cum θεοῖς facile confundi poterat. Metro certe melius conveniret, et dubito annon sensui aptius esset θνατοῖς.

752. πορεύσας Lasc. ἁμὰν Fl.

755. Exponit Musgravius; „Vel utrobique male ominata fuit, vel certe a parte Cretae, tum cum Athenas advolavit.“

95 756. Sex ultimos hujus Strophae versus in metra Trochaica distribui, quibuscum optime congruunt antistrophica. Qua-

ἔπτατο κλεινὰς Ἀθήνας,
Μουνύχου δ' ἀκταῖσιν ἐκδή-
σαντο πλεκτὰς πεισμάτων ἀρ-
χὰς, ἐπ' ἀπεί-
ρου τε γᾶς ἔβασαν.
ἀνθ' ὧν οὐχ ὁσίων ἐρώ- ἀντ. β'.
των δεινᾷ φρένας Ἀφροδί-

tuor priores sunt dimetri; ultimus est dimeter brachycatalecticus, qui vocatur Ithyphallicus; quales vv. 169. 753. praeeunte monometro sive basi. In ceteris editionibus haec scribuntur numeris durissimis, et metris sibi invicem male respondentibus.

757. Quatuor MSS. habent ἔπτατ' ἐπὶ κλ. Ἀ. Poteris quidem metro consulere legendo ἔπτατ' εἰς κλεινὰς Ἀθήνας. Malui autem, ut Poeticae licentiae in Choricis nonnihil concedamus, vocalem in fine vocis ἔπτατο, ob mutam et liquidam in κλεινὸς, productam habere.

758. Μουνυχίου MSS. et Edd. metro invito. Μουνύχου emendatio est Hermanni, de Metris p. 445. Portus quidem iste vocabatur Μουνυχία vel ὁ ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμὴν, ab Heroe Munycho: Harpocratio, Μουνυχία· τόπος παραθαλάσσιος ἐν τῇ Ἀττικῇ. Ἑλλάνικος δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς Ἀτθίδος, ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνύχου τινὸς Βασιλέως τοῦ Πανταλέους. Ita pro Μουνυχίου et Πανταλέους correxerunt VV. DD. ex Etymol. M. p. 589, 48. ἐπ' ἀκταῖς habet Aldina, contra metrum. ἐπ' ἀκταῖσιν E. Lasc. Recte autem Μ. δ' ἀκταῖσιν Codd. A. B. D. Fl. et sic quidem recentes editiones. Praepositio e librarii explicatione in textum invecta erat. Citat Valckenaerius in exemplo similis constructionis Apollon. Rh. II. 177. γαίῃ Βιθυνίδι πείσματ' ἀνῆψαν. IV. 244. πρυμνήσια νηὸς ἔδησαν Παφλαγόνων γαίῃ. Mox πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχὰς vertit Marklandus *tortas funium extremitates*, probante Valckenaerio ad Herod. IV. 60. p. 308, 46. ubi σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου.

760. Haec bis attigit Eustathius ad Il. Γ. p. 427, 29 = 324, 38. et ad Il. Η. p. 690, 48 = 568, 19. Marklandus delere voluit ἐπ', vetantibus metro et sermone. ἐπιβῆναι ἠπείρου est Homericum; Odyss. Ε. 399. Νῆχε δ' ἐπειγόμενος ποσὶν ἠπείρου ἐπιβῆναι. Ι. 85. Ἔνθα δ' ἐπ' ἠπείρου βῆμεν, καὶ ἀφυσσάμεθ' ὕδωρ. Ceterum ἤπειρος, cujus forma Dorica est ἄπειρος, apud Homerum et Tragicos simpliciter denotat *terram*, mari scilicet oppositam. Rariore autem licentia usus Noster conjunctim dixit ἀπείρου γᾶς.

763. δεινᾷ Lasc. Ald. Mox χαλεπᾷ Lasc.

τας νόσῳ κατεκλάσθη·
χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος οὖσα
συμφορᾷ, τεράμνων
ἄπο νυμφιδίων κρεμαστὸν
ἅψεται ἀμφὶ βρόχον λευ-
κᾷ καθαρμόζουσα δείρᾳ,
δαίμονα στυγνὸν καταιδεσ-
θεῖσα, τάν τ' εὔδοξον ἀνθαι-
ρουμένα φάμαν, ἀπαλλάσ-
σουσά τ' ἀλγει-
νὸν φρενῶν ἔρωτα.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ἰοὺ, ἰού.
βοηδρομεῖτε πάντες οἱ πέλας δόμων.

764. κατεκλύσθη conj. Musgr.

765. ὑπέραντλος. de vi hujus vocis fuse egit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 108, 73. cujus notam adeant lectores: nobis satis erit monuisse, quod navis ὑπέραντλος dicebatur, cujus ἄντλος, h. e. *sentina*, tanta copia exundabat, ut exhauriri, vel compesci non posset. Hinc ad Phaedram calamitate oppressam, ac pene submersam, vox translata est. Ex locis ab Hemsterhusio citatis, unum describam Dion. Cass. LII. p. 473. A. verba sunt Maecenatis ad Augustum de Republica loquentis — μήτε οὖν χειμαζομένην ἔτ' αὐτὴν περιΐδῃς· ὁρᾷς γὰρ ὡς ὑπέραντλός ἐστι· μήτε περὶ ἕρμα περιῤῥαγῆναι ἐάσῃς.

766. τεράμνων Edd. omnes, vid. supr. ad v. 538.

768. βρόχον ἀμφὶ λ. Lasc. E. Fabulae nostrae oeconomia, in ceteris egregia, hoc nomine inculpatur, quod Chorus praesenserit Phaedrae facinus, nec tamen prohibere conatus sit. Idem profecto vitium in aliis Euripidis Tragoediis conspicitur; et forsan, ob partes Choro tuendas, quae eum a scena abesse non sinebant, aegre vitari potuit. In illo autem magis peccasse videtur Tragicus, quod ipse necis modus, quem initura esset Phaedra, a Choro praedictus sit.

769. δέρᾳ vulgo: δείρᾳ, Marklando jubente, recepere Valck. et Brunck.

771. ἔνδοξον et φήμαν Lasc.

774. φρεσὶν pro φρενῶν Flor.

97 775. Ἐξαγγέλου personam praefixerunt Valck. et Brunck. e membranis. Idem codex versus 778. 779. Nutrici tribuit.

ἐν ἀγχόναις δέσποινα, Θησέως δάμαρ.
ΧΟ. φεῦ, φεῦ, πέπρακται· βασιλὶς οὐκέτ' ἔστι δὴ
γυνὴ, κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη.
ΘΕ. οὐ σπεύσετ'; οὐκ οἴσει τις ἀμφιδέξιον
σίδηρον, ᾧ τόδ' ἅμμα λύσομεν δέρης;
ΗΜΙΧ. φίλαι, τί δρῶμεν; ἢ δοκεῖ περᾶν δόμους,
λῦσαί τ' ἄνασσαν ἐξ ἐπισπαστῶν βρόχων;
ΗΜΙΧ. τί δ'; οὐ πάρεισι πρόσπολοι νεανίαι;
τὸ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίου.

778. οὐκέτ' ἔστι, *non amplius est in vivis.* Haec phrasis, cum loquendi modo apud nostrates apprime congruens, legitur in vv. 357. 866. 1157. et saepissime alias; legenda etiam, monente Porsono, in Aristoph. Nub. 1471. Ζεὺς γάρ τις ἔστιν; ΣΤ. ἔστιν. ΦΕΙ. οὐκέτ' ἔστ', ἐπεὶ Δῖνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς. ubi vulgatur οὐκ ἔνεστ'. Brunck. οὐκ ἔστιν γ'.

779. Χ. Π. 231. 1426.

780. Gladius *anceps*, i. e. *utrinque acutus*, qui alibi ἀμφηκὴς, δίστομος, hic audaci sane metaphora dicitur ἀμφιδέξιος σίδηρος. Id observavit Erotianus in Lex. Hippocr. nostrum versum citans. Metaphoricum hujus vocis usum, non multum quidem diversum, indicat Valckenaerius apud Herodotum V. p. 421, 50. ἀνδρωθέντι δὲ καὶ μαντευομένῳ Κυψέλῳ ἐγένετο ἀμφιδέξιον χρηστήριον ἐν Δελφοῖσι.

782. Comparat Valckenaerius Orest. 1554. ΗΜ. Τί δρῶμεν; ἀγγέλλωμεν εἰς πόλιν τάδε, Ἢ σῖγ' ἔχωμεν; ΗΜ. ἀσφαλέστερον, φίλαι.

785. τὰ πολλὰ πράσσειν de eo dicitur, qui res ad se nihil attinentes agit. Noster Suppl. 576. (586.) Πράσσειν σὺ πόλλ' εἴωθας, ἥ τε σὴ πόλις. Herc. F. 265. cum interrogatione legendum, Κἄπειτα πράσσω πόλλ' ἐγὼ, φίλους ἐμοὺς Θανόν- 98
τας εὖ δρῶν, οὗ φίλων μάλιστα δεῖ; Aristoph. Ran. 228. Pac. 1058. πολλὰ πράττεις, ὅστις εἶ. Herod. V. 33. p. 388, 2. τί πολλὰ πρήσσεις; Fragm. Eurip. Antiopae ap. Stobaeum LVI. p. 374, 38. Grot. p. 21. Ὅστις δὲ πράσσει πολλὰ, μὴ πράσσειν παρὸν, Μωρὸς, παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα. Alia hujus phraseos exempla videas ap. Markland. in Suppl. Similis est notio vocum πολυπράγμων, πολυπραγμονεῖν, πολυπραγμοσύνη. Eadem significatione dixit Sophocles περισσὰ πράσσειν, Antig. 68. τὸ γὰρ Περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα. contraria Democritus apud M. Antonin. IV. 24. ὀλίγα πρῆσσε, φησὶν, εἰ μέλλεις εὐθυμήσειν. ubi plura habet Gatakerus. βίῳ pro βίου Lasc. et E. P. pro v. l. unde receperunt Valck. et Brunck.

ΘΕ. ὀρθώσατ' ἐκτείναντες ἄθλιον νέκυν.
πικρὸν τόδ' οἰκούρημα δεσπόταις ἐμοῖς.
ΧΟ. ὄλωλεν ἡ δύστηνος, ὡς κλύω, γυνή·
ἤδη γὰρ ὡς νεκρόν νιν ἐκτείνουσι δή.

ΘΗΣΕΥΣ.

γυναῖκες, ἴστε τίς ποτ' ἐν δόμοις βοή;
ἠχὼ βαρεῖα προσπόλων μ' ἀφίκετο.
οὐ γάρ τι μ' ὡς θεωρὸν ἀξιοῖ δόμος,
πύλας ἀνοίξας, εὐφρόνως προσεννέπειν.

786. Male Ald. hunc et seq. v. Ἀγγέλῳ tribuit. οἰκτείροντες pro ἐκτείναντες habet D. νεκρὸν P.

787. οἰκουρὸς dicebatur materfamilias, cui, absente marito, demandata erat domus custodia; ut Clytaemnestra in Hecub. v. 1267. Κτενεῖ νιν ἡ τοῦδ' ἄλοχος, οἰκουρὸς πικρά: et ipsa custodia domus erat οἰκούρημα. Nunc vero Ministra de suo officio domestico, in dominae scil. cadavere curando, loquitur. Censet Valckenaerius οἰκούρημα pro οἰκουρὸς poni, ut in Orest. 918. sed diversa esse videtur ejus loci ratio.

790-1. Transponendos esse hos versus suspicor. In altero pronomen μ', quod vulgo abest, jubentibus Marklando et Valckenaerio, inserui.

792. θεωροὶ dicebantur, qui de rebus vel publicis, vel privatis consulturi, ad Deorum oracula profecti erant. Hujus vocis usum doctissime illustravit Valckenaerius in Animadv. ad Ammo-
99 nium p. 92. Consulas etiam Dukerum ad Thucyd. V. 16. Theseus autem, qui in hac fabula Delphis reversus fingitur, videtur in priore Hippolyti editione, non a Delphis sed ab inferis isto die rediisse. Haec Valckenaerii conjectura admodum verisimilis est, ob locum Latini Tragici, qui priorem Nostri fabulam passim imitatus est; Senec. Hipp. 850. *Quis fremitus aures flebilis pepulit meas? Expromat aliquis: luctus, lacrymae, et dolor, In limine ipso moesta lamentatio, Auspicia digna prorsus inferno hospite.* et ob versus, quos ex ista fabula conservavit Stobaeus CXVIII. p. 601, 26. Grot. p. 408. Ὦ λαμπρὸς αἰθὴρ, ἡμέρας θ' ἁγνὸν σέβας, Ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς τε πράσσουσιν καλῶς; Καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν, ὧν πέφυκ' ἐγώ. ubi male Valck. post Grotium τοῖς γε πράσσ. Haec scilicet videntur verba fuisse Thesei ab inferorum tenebris in scenam prodeuntis. Ceterum vocula τι post οὐ γὰρ legitur πλεοναστικῶς, ut supra v. 490. Οὐ γάρ τι τοῖσιν ὧσι τερσνὰ δεῖ λέγειν. Plurima hujus formulae exempla ex Sophocleis protulit Valck. Male igitur Marklandus legere voluit Οὐδ' ἄρτι μ'.

μῶν Πιτθέως τι γῆρας εἴργασται νέον;
πρόσω μὲν ἤδη βίοτος· ἀλλ' ὅμως ἔτ' ἂν
λυπηρὸς ἡμῖν τούσδ' ἂν ἐκλίποι δόμους.
ΧΟ. οὐκ εἰς γέροντας ἥδε σοι τείνει τύχη,
Θησεῦ· νέοι θανόντες ἀλγυνοῦσί σε.
ΘΗ. οἴμοι· τέκνων μοι μή τι συλᾶται βίος;
ΧΟ. ζῶσιν, θανούσης μητρὸς ὡς ἄλγιστά σοι.
ΘΗ. τί φής; ὄλωλεν ἄλοχος; ἐκ τίνος τύχης;
ΧΟ. βρόχον κρεμαστὸν ἀγχόνης ἀνήψατο.
ΘΗ. λύπῃ παχνωθεῖσ', ἢ 'πὸ συμφορᾶς τινός;
ΧΟ. τοσοῦτον ἴσμεν· ἄρτι γὰρ κἀγὼ δόμοις,

794. Πιτθέως γῆρας pro *Pittheo Sene*. In personis designandis circumlocutiones frequentabant Tragici; eas tamen potissimum sectabantur, quae dignitatem aut virtutem aliquam denotarent: scilicet imitati Homerica ista, βίη Ἡρακληείη, Αἰνείαο βίη, ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο, Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ, μέγα σθένος Ἠετίωνος. Legimus igitur in Nostri Phoen. 55. κλεινήν τε Πολυνείκους βίαν. in Aeschyl. Theb. Τυδέως, Πολυφόντου, Ἀμφιάρεω, Πολυνείκους, Λασθένους βία. Eumen. 27. Ποσειδῶνος κράτος. Theb. 494. Ἱππομέδοντος σχῆμα, καὶ μέγας τύπος. et plura ejusmodi, ipsas personas significantia. Similia sunt Καδμείαν μερίμναν, i. e. *Cadmum*, Phoen. 1079. et Τηρείας μήτιδος, i. e. *Tereos*, Aesch. Suppl. 62. Harum quidem circumlocutionum pleraque adoptarunt Latini Poetae. Lucret. V. 28. *tripectora tergemini vis Geryonai*. Virgil. Aen. XI. 376. *violentia Turni*. Horat. Carm. I iii. 36. *Perrupit Acheronta Herculeus labor*. III. xxi. 11. *Catonis—virtus*. Sat. II. 1. 72. *Virtus Scipiadae, et mitis sapientia Laeli*. Hoc secutus est Miltonus Par. Am. V. 371. VI. 355. 371. Nostrae autem simillima est locutio Juvenalis Sat. IV. 81. *venit et Crispi jucunda senectus*.

796. ἐκλίπῃ Ald. ἐκλίποι recte MSS. et Lasc. vid. supra ad v. 482.

803. λ. π. Schol. ἀντὶ τοῦ κακωθεῖσα· ἀπάντων γὰρ τῶν φυτῶν φθαρτική ἐστιν ἡ πάχνη. Aeschylum, ut videtur, secutus est Noster; Choeph. 81. κρυφαίοις πένθεσιν παχνουμένη. Vid. Ruhnk. Ep. Crit. I. p. 120. Eleganter etiam Ovidius Heroid. XV. 112. *Adstrictum gelido frigore pectus erat*. Hinc sumpta sunt quaedam in X. Π. 233. 1825. 2007. 2008.

804. τοσοῦτον. subaudi μόνον, quod supprimitur post τοσόνδε v. 708. δόμοις edidit Musgravius e Cod. Fl. et sic dudum ediderat Lascaris. δόμοις πάρειμι. est *aedibus adsum*. Pessime, mea quidem sententia, Aldinam δόμους revocarunt Valckenaerius

Θησεῦ, πάρειμι, σῶν κακῶν πενθήτρια.
ΘΗ. αἰ, αἰ· τί δῆτα τοῖσδ' ἀνέστεμμαι κάρα
πλεκτοῖσι φύλλοις, δυστυχὴς θεωρὸς ὤν;
χαλᾶτε κλεῖθρα, πρόσπολοι, πυλωμάτων·
ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν

et Brunckius; quasi πάρειμι esset compositum ab εἶμι, *ibo*. Neque enim Chorus aedes intrabat, neque a statione decedebat. Praeterea non opinor δόμους πάρειμι interpretationem capere posse, quam ei donandam putat Valck. *domum tuam advenio*. εἶμι cum compositis apud Atticos poetas futuri temporis notionem habet. In Helen. 459. ἀλλ' ἔσω πάρειμι, *sed intrabo*. In nostra fabula εἶμι significat *ibo* vv. 215. 292. 1068. ἄπειμι *abibo* v. 656. εἴσεισιν *ingredietur* v. 864. ἔσειμι *subibo* v. 1070. Moeris p. 16. ἄπεισιν Ἀττικῶς· ἀπελεύσεται Ἑλληνικῶς. ubi quaedam adnotavit Piersonus.

805. Vide supra ad v. 585.

806. Discimus etiam ex Soph. Oed. T. 82. morem fuisse eos, quibus laeta fuerant responsa, Delphis laurea coronatos domum redire: ibi Sacerdos de Creonte adveniente ait, Ἀλλ' εἰκάσαι μὲν ἡδύς· οὐ γὰρ ἂν κάρα Πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης. Sophoclis Scholiasta testem hujus moris citat Aristophanem, apud
101 quem (Plut. 21.) servus, Delphis reversus, hero suo dicit, Οὐ γάρ με τυπτήσεις, στέφανον ἔχοντά γε. Respondet herus, Μὰ Δί', ἀλλ' ἀφελὼν τὸν στέφανον, ἢν λυπῇς τί με, Ἵνα μᾶλλον ἀλγῇς. Citat Valckenaerius Livium XXIII. c. 11. ubi Q. Fabius Pictor *dixit, se oraculo egressum extemplo his omnibus Divis rem divinam fecisse: jussumque ab antistite, sicut coronatus laurea corona et oraculum adisset, et rem divinam fecisset; ita coronatum navim adscendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset: se quaecunque imperata sint, cum summa religione ac diligentia executum, coronam Romae in ara Apollinis deposuisse.*

809. Hic versus, ut nunc editus est, vulgo legitur post v. 826. Sed ibi interpolatus est, ut cuivis ejus loci rationem inspicienti facile patebit: de quo mox dicendum erit. In hac sede usque ad Valckenaerii tempora edebatur versus manifesto vitiosus, Ἐκλύσαθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω δυσδαίμονα. Is quidem reposuit ἐκλύεθ' recte; nam legitur quoque in Med. 1312. Ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν. Helen. 1200. Ὠή· χαλᾶτε κλεῖθρα, λύεθ' ἱππικὰς Φάτνας, ὀπαδοί. Pergit autem scribere ὡς ἴδω τὸν δαίμονα Γυναικὸς, ex Cod. Fl. Sed patebit ex aliorum Codicum lectionibus, quidnam his turbis ortum dederit. Vocibus πικρὰν θέαν adscripta fuisse videtur in antiquiore quodam Codice interpretatio τὸν δυσδαίμονα νεκρὸν, quae, expulsa vera lectione,

γυναικὸς, ἥ με κατθανοῦσ᾽ ἀπώλεσεν.
ΧΟ. ἰὼ ἰὼ, τάλαινα μελέων κακῶν·
ἔπαθες, εἰργάσω
τοσοῦτον, ὥστε τούσδε συγχέαι δόμους.
αἶ αἶ τόλμας, ὦ
βιαίως θανοῦσ᾽,
ἀνοσίῳ τε συμφορᾷ, σᾶς χερὸς
πάλαισμα μελέας.
τίς ἄρα σὰν, τάλαιν᾽, ἀμαυροῖ ζόαν;

textum occupavit. Postea istum tam enormem versum describentes librarii, ad senarium recidere aggressi sunt. Alius igitur vulgatam reliquit ὡς ἴδω δυσδαίμονα Γυν. alius lectionem effinxit quae, teste Valckenaerio, erat in Cod. Paris. ὡς ἴδω δυσδαίμονα Νεκρὸν γυναικὸς, ἥ με θανοῦσ᾽ ἀπώλεσεν. alius pro sua liberalitate reliquit τὸν δυσδαίμονα, ut in MS. E. alius denique, qui Florentinum exaravit, τὸν δαίμονα. Brunckius retinuit ἐκλύσαθ᾽, sed recte dedit πικρὰν θέαν.

811. Acute et probabiliter conjicit Elmsleius delendas esse personarum notas ad vv. 811. 819. 849. 858. et omnia, quae in hac scena leguntur, melica Theseo tribuenda. Cum tamen versus 855-6-7. Choro paullum melius quam Theseo convenire videantur, satius duxi, ut in re dubia, nihil novare.

814-5. ὦ deest in Codice Paris. qui mox omittit χερός. 102
Verba αἶ αἶ τόλμας — συμφορᾷ parentheseos signis incluserunt recentes editores Heathio obsecuti. Non multum quidem refert utrum in simplices an in duplices Dochmiacos hi versiculi distribuantur: Contraxissem tamen in unum vv. 814. 815. nisi numeri versuum hactenus in notis citatorum subinde mutati molestias lectori facturi essent. Idem dictum puta de vv. supra 576-7: quod nos idcirco monuimus, ne ab aliis objiciatur. βιαίῳ legit Elmsleius.

818. Vulgo legitur hic versus, ut in Aldina, τίς ἄρα σὰν τάλαιναν ἀμαυροῖ ζωάν; Omittit τάλαιναν Lasc. „*Forsan legendum ἠμαυροῖ ζωάν; ut sit integer senarius.*" R. P. Verum haec nota Porsono admodum juveni, ut videtur, excidit: certe eam nunquam scripsisset, si animadvertisset Codicem Paris. habere τίς ἄρα σὰν, τάλαιν᾽, ἀμαυροῖ ζωάν; versum scilicet praeeuntibus et sequentibus similem. Reposui tantum ζόαν, Porsoni exemplum secutus, qui in Hec. 1098. ζόης pro vulgato ζωῆς edidit, et duo loca Stobaei indicavit, ubi eandem medicinam metrum flagitat. Cum igitur constet utramque formam ζωή et ζόη adhibuisse Tragicos, praeferendam duxi eam, quae nume-

ΘΗ. ὤμοι ἐγὼ παθέων· ἔπαθον, ὦ τάλας,
τὰ μάκιστ' ἐμῶν κακῶν· ὦ τύχα,
ὥς μοι βαρεῖα καὶ δόμοις ἐπεστάθης,
κηλὶς ἄφραστος ἐξ ἀλαστόρων τινός·
κατακονᾷ μὲν οὖν ἀβίωτος βίος·

ris Dochmiacis paullo melius inservit. Pro τίς Musgravius primum conjecit τί σ': mox, ea sententia repudiata, proposuit ἅτις ἄρα, quod longe deterius. Scholiast. λείπει τὸ δαιμόνων. Τίς ἄρα δαιμόνων ἀμαυροῖ, ἤτοι ἀφανῆ καθιστᾷ τὴν σὴν ζωήν. Hinc forsan scribendum τὶς, sine interrogatione. Vid. infra ad v. 877. Legere vult Censor Anglus (*Quart. Rev.* Vol. viii. p. 223.) Τίς ἄρα σὰν, τάλαινα, μαυροῖ ζόαν; citans in exempla verbi μαυρόω Aesch. Agam. 297. Eumen. 358.

819. ὦ τάλαινα Aldus, adversante metro. ὦ τάλας E. P. Lasc. ὦν ἔπαθον omnes libri praeter A. qui insigni varietate habet ὤ μοι ἐγὼ πόνων, ὦ ἔπαθον, ὦ πόλις. ultima vox e versu 858. sumpta esse videtur. Brunckius e Codice edidit πόνων, et ex ingenio οἷ' ἔπαθον, τάλας. Concinniorem, uti spero,
103 lectionem effeci, delendo ὦν, quod metro et sententiae perinde incommodum est.

820. Pro vulgato τὰ κάκιστ', quod metrum violat, Brunckius, monente Valckenaerio, e tribus MSS. A. B. Fl. reposuit τὰ μάκιστ'. Haec vox, utpote apud Tragicos rarior, in illam facile mutari poterat. μάκιστος a Poetis usurpatur, ut opinor, pro μέγιστος, quemadmodum μάσσων pro μείζων in Aesch. Prom. 650. Pers. 440. 706. μάκιστος exstat in Soph. Oed. T. 1300. τίς ὁ πηδήσας Μείζονα δαίμων τῶν μακίστων; ubi Codex unus exhibet contra metrum κακίστων. Philoct. 849. Indicat Valckenaerius Aeschylum apud Longin. Sect. iii. Καὶ μὴ καμίνου σχῶσι μάκιστον σέλας.

821. Valck. sine causa, ut videtur, malebat ἐπεστάθη.

822. MS. D. ἄφρακτος, mendose.

823. Diversa fuit in quibusdam antiquis libris hujus versus lectio κατακονὰ μὲν οὖν ἀβίωτος βίου. Utramque memorat Scholiasta. βίου exhibent A. Fl. Etymol. M. p. 50, 26. Haec in Scholiis explicatur καταφθορὰ ζωῆς ἀβιωτοποιὸς κατέλαβέ με. Quum vero duriusculum videretur κατακονὰ ἀβίωτος, alteram lectionem, in qua consentiunt Lasc. Ald. et MSS. quidam, servare malui. Satis frequens est ἀβίωτος βίος. Arist. Plut. 970. Ἀβίωτον εἶναί μοι πεποίηκε τὸν βίον. ad quem locum videas Hemsterhusium, et Valck. ad Theocriti Adoniaz. p. 217. Interpretatur Schol. μαραίνει με ἡ δυστυχία τοῦ βίου. et rursus, γράφεται καὶ Κατακονᾷ μὲν οὖν, ἀντὶ τοῦ καταναλίσκει. Eustathius ad Il. Γ. p. 381, 22=

κακῶν δ', ὦ τάλας, πέλαγος εἰσορῶ
τοσοῦτον, ὥστε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν,
μηδ' ἐκπερᾶσαι κῦμα τῆσδε συμφορᾶς.
τίνα λόγον τάλας, τίνα τύχαν σέθεν
βαρύποτμον, γύναι, προσαυδῶν τύχω;

288, 40. ad hanc varietatem respiciens, et nomen κατακονὰ, et verbum κατακονᾶν inter ἅπαξ λεγόμενα Euripidea recenset. Vocem corruptam esse putat Blomfieldius, et scribendum suspicatur Καταμονὰ μ. οὐν ἀ. βίου. *Manere in vita intolerabile est.* vid. v. 871. Scribendum censet Elmsleius hic et infr. 871. ἀβίοτος, notans, „Legendum in Ion. 764. Οἴμοι ξυμφορᾶς. Ἔλαβον, ἔπαθον ἄχος ἀβίοτον, φίλαι."

824. Ita recte Lasc. Quod vulgatur, ὁ τάλας, versus ferre nequit. Brunckius, qui Lascaris editionem videtur nunquam inspexisse, emendationem suam κακῶν δ' ὁ τλήμων in textum intulit. Locutiones κακῶν πέλαγος, κύματα, κλυδὼν, et ceteras ejus generis adamarunt Tragici. Aesch. Prom. 771. Δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης. 911. Στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης. 1051. Οἷός 104
σε χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία Ἔπεισ' ἄφυκτος. Pers. 433. Αἰ, αἰ· κακῶν δὴ πέλαγος ἔῤῥωγεν μέγα. Med. 363. Ὡς εἰς ἄπορόν σε κλυδῶνα θεὸς, Μήδεια, κακῶν ἐπόρευσε. Suppl. 824. (834.) Ἴδετε κακῶν πέλαγος. Herc. F. 1090. κακῶν δὲ πέλαγος εἰς τόδ' ἤγαγες. Aesch. Theb. 764. Tritissima sunt Shakespearii verba, Hamlet Act. III. Sc. 1. — *Or to take arms against a sea of troubles, And by opposing end them.* Hunc versum cum duobus sequentibus adhibuit X. Π. 419.

825. Vide supra v. 472. ἐκπνεῦσαι Lasc. Flor. ὡς μήποτ' A. Flor. qui et mox μήτ' ἐκπερᾶσαι.

826. Post hunc vulgo sequitur versus ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν, quem utpote ex sede sua supr. 809. male repetitum, cum Brunckio delevi. Abest quidem a Codd. A. Fl. et in hoc loco, si sententiam spectes, prorsus absurdus esset. Praeterea notandum est quod in vv. 819—830. tria senariorum disticha totidem dochmiacorum distichis singula singulis subjiciantur; quodque his duodecim versus 837—848. uti antistropha strophae suae, fere opponantur: unde constat istum versiculum hanc sedem male occupasse.

827. τίνα τίνα λόγον Fl.

828. γύναι pro vulgato τλῆμον ex MSS. A. Fl. Brunckium secutus, recepi. Deinde recte, ut mihi quidem videtur, interpretatus est Musgravius τύχω, i. e. σκοπῶ, *verum attingam,* comparans Aesch. Choeph. 12. Ἢ πατρὶ τῷ 'μῷ τάσδ' ἐπεικάσας τύχω Χοὰς φερούσας; Comparari etiam possunt Iph. T.

ὄρνις γὰρ ὥς τις ἐκ χερῶν ἄφαντος εἶ,
πήδημ᾽ ἐς Ἅιδου κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι.
αἶ, αἶ, αἶ, αἶ, μέλεα, μέλεα τάδε πάθη.
πρόσωθεν δέ ποθεν ἀνακομίζομαι
τύχαν δαιμόνων,
ἀπλακίαισι τῶν πάροιθέν τινος.
ΧΟ. οὐ σοὶ τάδ᾽ ὦ ᾽ναξ, ἦλθε δὴ μόνῳ κακὰ,
πολλῶν μετ᾽ ἄλλων δ᾽ ὤλεσας κεδνὸν λέχος.
ΘΗ. τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας

1321. Ὦ θαῦμα· πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω; Aesch. Agam. 1241. τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος Τύχοιμ᾽ ἄν;

829. Eadem comparatione utitur Sophocles Oed. Tyr. 175. Ἄλλον δ᾽ ἂν ἄλλῳ Προσίδοις, ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν, Κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρὸς ὅρμενον Ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ. ubi perperam Brunckius ἅπερ, scilicet haud suspicatus istos versus esse antistrophicos, et metrum requirere ἅπερ i. e. *Sicut.* Similia sunt in Aristoph. Ran. 1351. Nostri Herc. F. 509.

830. Aliam lectionem πικρὸν pro κραιπνὸν habet Aldus, et
105 sic vulgo. Sed Lascaris cum omnibus MSS. Scholiasta, et *X. Π.* 232. servat κραιπνὸν, quod receperunt Musgr. et Brunck.

831. Aldus πάθη τάδε contra metrum. Correxit e Codd. Musgravius.

833. Vulgo distinctio posita erat post τύχαν, ut conjungerentur δαιμόνων τῶν πάροιθεν, satis inepte. Recte Valckenaerius monuit τύχαν δαιμόνων dictum esse pro simplice τύχαν vel δαίμονα, ut in Fragm. Eur. Aeoli ap. Stob. p. 568, 38. Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας Ὅστις φέρει κάλλιστ᾽, ἀνὴρ οὗτος σοφός.

834. ἀμπλακίαισι editiones nostram praecedentes. Altera vero forma, qua semper usos esse Tragicos arbitror, in hoc versu vel ob numeros reponenda erat. Vid. supra ad v. 145. Respexit quidem Theseus eadem majorum delicta, quae Hippolytus infra v. 1377.

836. δ᾽, quod vulgo abest, ex Codd. A. Fl. interjecit Valckenaerius, recte; similis est verborum structura in Herodoti loco supra citato ad v. 441. Scholiasta comparat ea, quibus Admetum consolatur Chorus in Alcest. 429. Οὐ γάρ τι πρῶτος, οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν Γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες. Vide Brunckii notam ad Soph. Electr. 153. cujus exemplis addas fabulae ejus v. 289. καινὸν mendose pro κεδνὸν Fl.

837-8. *X. Π.* 899-900. σκότου sine auctoritate edidit Brunck. θανεῖ Lasc. Doricam formam τλάμων ex A. restituit Valck. ὁ τλάμων Elmsleius, provocans ad Porsoni notam infra v. 1458.

μετοικεῖν σκότῳ θανὼν ὁ τλάμων,
τῆς σῆς στερηθεὶς φιλτάτης ὁμιλίας·
ἀπώλεσας γὰρ μᾶλλον, ἢ κατέφθισο.
τίνος δὴ κλύω, πόθεν θανάσιμος
τύχα σὰν ἔβα, γύναι, καρδίαν;
εἴποι τις ἂν τὸ πραχθὲν, ἢ μάτην ὄχλον
στέγει τύραννον δῶμα προσπόλων ἐμῶν;
ἰώ μοι σέθεν·
μέλεος, οἷον εἶδον ἄλγος δόμων,
οὐ τλητὸν, οὐδὲ ῥητόν. ἀλλ' ἀπωλόμην.

840. *X. Π.* 954.

841 - 2. Hi versus vulgo juxta Aldinam scribuntur *Τίνος* 106 *κλύω; πόθεν θανάσιμος τύχα, Γύναι, σὰν ἔβα τάλαιναν καρδίαν;* in quibus ne minimum quidem metri vestigium deprehendas. Credit sane Beckius priorem debere senarium esse. Sed recte Musgravius edidit *τίνος δὴ κλύω;* ex E. Lasc. Gloss. *λείπει ἡ παρά.* Brunckius delevit *τάλαιναν*, utpote inutile, et e versu 818. profectam, et *γύναι* transposuit; recte faciens, ut opinor, nisi quod lectionem Codicis A. *ἐπέβα* pro *ἔβα* in textum intulerit; simplex enim verbum metro convenientius est, et per se longe melius. Notent tirones *κλύω* subjunctivum esse: *τίνος κλύω* verterint nostrates *from whom must I hear?* Verum aliter hosce dochmiacos concinnavit doctissimus Elmsleius: *Τίνος δὴ, πόθεν, θανάσιμος τύχα, Γύναι, σὰν, τάλαιν', ἔβα καρδίαν;* scilicet ob glossam *λείπει ἡ παρὰ*, suspectum habet verbum *κλύω;* quo ejecto construit *παρὰ τίνος — θανάσιμος τύχα*, comparans supr. v. 318. *Μῶν ἐξ ἐπακτοῦ πημονῆς ἐχθρῶν τινος;* ubi Scholiast. interpretatur, *παρὰ τῶν ἐχθρῶν.* Deinde, cum MSS. A. et Flor. habeant *τάλαινα* pro *τάλαιναν*, transpositis vocibus legit, *Γύναι, σὰν, τάλαιν', ἔβα καρδίαν;*

844. *στέγοι* Aldus, mero operarum errore, qui tamen usque ad Musgravii tempora permansit, neque a Valckenaerio sublatus est. Hinc *ὄχλον στέγει δόμος* citat Eustathius ad Il. Z. p. 640, 8=499, 15. *στύγει* MS. A. *ἐμὸν* maluit Valck.

845. Vulgo *ἰώ μοι μοι σέθεν· μέλεος.* Brunckius *μοι ἔμοι* ex membranis suis, in quibus recte dividuntur hi versiculi: et sic olim edideram; postea vero, ab Elmsleio monitus, reposui *Ἰώ μοι σέθεν*, et infra v. 1381. *Ἰώ μοι, τί φῶ;* Conf. supr. v. 367. *Ἰώ μοι, φεῦ, φεῦ·* ubi Lascaris et Aldus perperam duplicant *μοι.*

847. Editiones habent *ἀπωλόμαν*, perperam, ut in senario. *ἀπωλόμην* servant Fl. et *X. Π.* 904.

ἔρημος οἶκος, καὶ τέκν' ὀρφανεύεται.
ΧΟ. ἔλιπες, ἔλιπες, ὦ φίλα γυναικῶν,
ἀρίστα θ', ὁπόσας ἐφορᾷ
φέγγος ἀελίου τε
καὶ νυκτὸς ἀστερωπὸς σελάνα.
ἰὼ τάλας,
ὦ τάλας, ὅσον κακὸν ἔχει δόμος.
δάκρυσί μου βλέφαρα

848. Suppl. 1132. (1142.) Ἐγὼ δ' ἔρημος ἀθλίου πατρὸς τάλας, Ἔρημον οἶκον ὀρφανεύσομαι λαβών. ubi nostrum versum attulit Marklandus, notans, „Tragicis, ἔρημος οἶκος dicitur, 107 quando principalis aliqua persona ex familia moritur." Ab isto Supplicum loco versus Hippolyti satis defenditur contra Musgravium, qui audacter conjicit Ἔρημον οἰκοῦ καὶ τέκν' ὄρφαν' εὐνέτᾳ Ἔλιπες, ἔλιπες.

849. ἔλιπὲς semel tantum Lasc.

850. Hec. 638. Ἑλένας ἐπὶ λέκτρα, τὰν καλλίσταν ὁ χρυσοφαὴς Ἅλιος αὐγάζει. Quae verba, cum ab Eustathio sine nomine auctoris forte citata essent, Brunckius, Hecubae quondam editor, Fragmentis Helenae Sophocleae inseruit.

851. Brunckius, homo, vel se judice, metri imperitissimus, quo tamen nemo unquam in versibus propter metrum concidendis audacius egit, copulam τε delet, et versum inde effictum Φέγγος ἀελίου dochmiacum appellat, satis infeliciter. Vide Hermannum de Metris p. 242. Pherecrateus profecto est v. 851. Sequitur vero asynartetus e duplici Iambica penthemimeri constans, quales sunt hujus fabulae vv. 128. 138. 160.

852. ἀστεροπὸς Lasc. Conjicit Musgravius καὶ νυκτὸς ἀστερωποῦ σελάναι; Jacobs, Exercit. Crit. p. 51. 52. ἀστερωπὸν σέλας vel σέβας.

853. ὦ τάλας, ἰὼ τάλας Lasc. ὦ τάλας, ὦ τάλας A. Scripsit fortasse Poeta ἰὼ ἰὼ τάλας, integrum scilicet dochmium. In talibus non multum auctoritatis Codicibus tribuendum est; in exclamationibus enim repetendis vel omittendis ludere solebant librarii, de metrorum rationibus parum solliciti.

855. Pulchrum habet senarium X. Π. 723. Δάκρυσί τε βλέφαρα θερμοῖς τέγγεται! De interpolationibus ineptissimi istius versuum consarcinatoris parum attinet loqui: si quis tamen suspicetur epitheton, quo ille usus est, in nostris versibus inventum fuisse, poterit totum locum hoc modo dividere: Ὦ τάλας, ὦ τάλας, — ὅσον κακὸν ἔχει δόμος· δάκρυσί μου — βλέφαρα καταχυθέντα θερμοῖσι τέγ — γεται σᾷ τύχᾳ. Sed talis scriptoris auctori-

καταχυθέντα τέγγεται σᾷ τύχᾳ.
τὸ δ' ἐπὶ τῷδε πῆμα φρίσσω πάλαι.
ΘΗ. ἔα, ἔα.
τί δή ποθ' ἥδε δέλτος ἐκ φίλης χερὸς
ἠρτημένη; θέλει τι σημῆναι νέον;
ἀλλ' ἦ λέχους μοι καὶ τέκνων ἐπιστολὰς
ἔγραψεν ἡ δύστηνος ἐξαιτουμένη;
θάρσει, τάλαινα· λέκτρα γὰρ τὰ Θησέως
οὐκ ἔστι, δῶμά θ', ἥτις εἴσεισιν γυνή.
καὶ μὴν τύποι γε σφενδόνης χρυσηλάτου

tate nihil novandum, et optime se habent vulgata. τέγκεται Lasc. qui mox omittit πάλαι.

860. Notam interrogationis, quae vulgo abest, post ἠρτη- 108
μένη posui. Valckenaerius interrogationem post δέλτος posuit, post νέον sustulit. Eligat igitur lector quod optimum sit. Ceterum θέλει τι σημῆναι νέον; verti debet, *num calamitatem aliquam significare vult?* Idem denotat τι νέον supra v. 794. τι καινὸν v. 372. Hec. 88. Ἔσται τι νέον. 179. Med. 37. Δέδοικα δ' αὐτήν, μή τι βουλεύσῃ νέον. Vid. Markland. ad Suppl. 1032. Et isti quidem euphemismi, in quibus subintelligitur κακὸν, apud Tragicos frequentissimi sunt: neque id ego mentione dignum judicassem, ni vim nostri loci parum percepisse visus esset Valckenaerius. Vulgo σημᾶναι; ex Cod. A. mutavit Valck. Conjicit Musgravius τί σημανεῖ νέον;

861. ἐπιστολαί· ἐντολαί, ἐπιταγαί· Αἰσχύλος Προμηθεῖ Δεσμώτῃ. Hesychius, respiciens ad Prom. 3. Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς, Ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο. ad quem locum vid. Blomfield. Notanda est etiam ellipsis praepositionis ἀμφὶ vel περὶ, qualis est supra v. 129. Soph. Trach. 1124. Τῆς μητρὸς ἥκω τῆς ἐμῆς φράσων, ἐν οἷς Νῦν ἐστιν. Philoct. 439. Antig. 1182. Eur. Phoen. 1362. Praeiverat Homerus Odyss. Λ. 173. Εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος, ὃν κατέλειπον. et alibi.

863. τάλινα Lasc.

865. σφενδόνη dicebatur *pala annuli*, i. e. circulus ille aureus in quo σφραγὶς sive annuli gemma includitur. Hinc ipsam gemmam significat, et τύποι σφενδόνης idem ac σφραγῖδος σημεῖα. Conferas Platonem Republ. ii. Tom. II. p. 359. E. καθήμενον οὖν μετὰ τῶν ἄλλων, τυχεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιαγαγόντα πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρός. τούτου δὲ γενομένου, ἀφανῆ αὐτὸν γενέσθαι τοῖς παρακαθημένοις. quae interpretatus est
Cicero de Offic. III. 9. *ibi, cum palam ejus annuli ad palmam con-* 109
verterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. Hoc mo-

τῆς οὐκέτ' οὔσης τῆσδε προσσαίνουσί με.
φέρ', ἐξελίξας περιβολὰς σφραγισμάτων,
ἴδω, τί λέξαι δέλτος ἥδε μοι θέλει.
ΧΟ. φεῦ, φεῦ· τόδ' αὖ νεοχμὸν ἐκδοχαῖς
ἐπιφέρει θεὸς κακόν· ἐμοὶ μὲν ἂν
ἀβίωτος βίου

nuit H. Stephanus in Thes. Gr. Ling. et post eum Valckenaerius. Hesych. σφενδόνη· τοῦ δακτυλίου τὸ περιφερές· ἡ σφραγίς. Similia habent Etym. M. et Photius. Videtur quidem iste circulus dictus fuisse *σφενδόνη*, quia gemmam suam, ut funda lapidem, amplexus est.

866. *σαίνειν* proprie dicuntur canes, qui caudam moventes hominibus blandiuntur. Hom. Odyss. *K.* 216. Ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαίτηθεν ἰόντα Σαίνωσ', αἰεὶ γάρ τε φέρει μειλίγματα θυμῷ· Ὣς τοὺς ἄμφι λύκοι κρατερώνυχες, ἠδὲ λέοντες Σαῖνον. *Π.* 6. *P.* 302. Hinc *σαίνειν* et *προσσαίνειν* significant *blandiri*, *arridere*, et apud Tragicos satis usitata sunt. Attulit Valckenaerius Soph. Oed. C. 319. φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων Σαίνει με προστείχουσα. Antig. 1214. Παιδός με σαίνει φθόγγος. Aesch. Agam. 1674. Οὐκ ἂν Ἀργείων τόδ' εἴη φῶτα προσσαίνειν κακόν. ubi est *adulari*. Prom. 860. τῶν δὲ προσσαίνει σέ τι. ibi sex alia apud Aeschylum exempla notavit Blomfieldius. Addas Nostri Ion. 697. Οὐ γάρ με σαίνει θέσφατα. Rhes. 55. Fragm. Soph. Teucri ap. Stobaeum CXXI. p. 615, 16. Grot. p. 503. Ceterum de hujus verbi indole et significationibus egit Blomfieldius in disputatione longe elegantissima apud Glossarium ad Aesch. Theb. 379.

870. *ἐπεισφέρει* et *κακῶν* Ald. sed *κακὸν*, quod, sententia plane flagitante, vulgo editum est, confirmant Codd. A. Fl. Possis quidem metrum dochmiacum restituere transponendo θεὸς ἐπεισφέρει. Sed cum Lasc. habeat *ἐπειφέρει*, iidem vero Codd. diserte *ἐπιφέρει*, hoc praetuli. Credo equidem *ἐπεισφέρει*, ut et *κακῶν*, quod exhibet Lascaris, profectum esse e librarii alicujus manu, de senario efficiendo cogitantis. Et bellum sane senarium dedit Brunckius, ἐπεισφέρει θεὸς κακῶν· ἐμοὶ μὲν ἄν. Hodie equidem, monentibus viris doctis, amplexus sum Marklandi emendationem *ἂν* pro *οὖν*, et vertendum arbitror: *Mihi igitur, propter id quod factum est, erit vitae conditio non vivenda: nam extinctam, non jam superstitem, voco regum meorum familiam.* Constructio est εἴη ἂν ἐμοὶ ἀβίωτος τύχα βίου, ὥστε τυχεῖν αὐτῆς. Similis est infinitivi structura infra v. 1372. ἀμφιτόμου λόγχας
110 ἔραμαι διαμοιρᾶσαι. *πρὸς τὸ κρανθὲν*, *respectu habito ad* — sic supra v. 698. Πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.

τύχα πρὸς τὸ κρανθὲν εἴη τυχεῖν.
ὀλομένους γὰρ οὐκέτ' ὄντας λέγω,
φεῦ, φεῦ, τῶν ἐμῶν τυράννων δόμους.
ὦ δαῖμον, εἴ πως ἐστὶ, μὴ σφήλῃς δόμους·
αἰτουμένης δὲ κλῦθί μου. πρὸς γάρ τινος
οἰωνὸν, ὥστε μάντις, εἰσορῶ κακόν.
ΘΗ. οἴμοι· τόδ' οἷον ἄλλο πρὸς κακῷ κακὸν,
οὐ τλητὸν, οὐδὲ λεκτόν· ὦ τάλας ἐγώ.
ΧΟ. τί χρῆμα; λέξον, εἴ τι μοι λόγου μέτα.
ΘΗ. βοᾷ, βοᾷ δέλτος ἄλαστα· πᾶ φύγω
βάρος κακῶν; ἀπὸ γὰρ ὀλόμενος οἴχομαι.
οἷον, οἷον εἶδον ἐν γραφαῖς μέλος

873. ὀλουμένους Lasc.

875. σφάλῃς Cod. Par. teste Valck.

876. αἰτουμένης γὰρ Ald. Primus Barnesius e conjectura Canteri edidit αἰτουμένης δὲ, quod exhibent duo Codd. et Lasc. Quoties δὲ et γὰρ in Manuscriptis confundantur, nemo fere non animadvertit: neque illud mirum, siquidem in libris impressis repetendis, ob compendiorum similitudinem, idem nonnunquam accidit.

877. Pro vulgato κακοῦ, edidi cum Brunckio κακὸν, e Codd. A. Fl. ad mentem Valckenaerii, qui statuit magis Euripideum esse οἰωνὸν κακὸν, quam οἰωνὸν κακοῦ. πρός τινος est a quodam, vel a quadam parte, quam nominare consulto refugimus. Pari modo adhibetur τὶς in Soph. Aj. 1138. Τοῦτ' εἰς ἀνίαν τοὔπος ἔρχεταί τινι. Accentum vocis τινὸς repposui; majorem enim vim habet, quam ut enclitica sit.

879. Nulla causa erat cur conjiceret quidam apud Valck. οὐδ' ἀνεκτόν. Quod editum est, legitur in omnibus Edd. et MSS. et X. Π. 714. et defenditur versu 847.

881. ποῦ φύγω Lasc. Ald. et sic vulgo. πᾶ restituit Valck. e Cod. A. recte; nam ποῦ de motu dici non potuit. vid. Porson. ad Hec. 1070. πᾶ, sc. Dor. pro πῇ, hic propriam significationem habet, qua via? De usu subjunctivorum in interrogationibus videndus est Dawesius Misc. Crit. pp. 78. 207. Vv. 881-2. in hunc modum divisit Brunckius, Cod. A. secutus: βοᾷ βοᾷ δέλτος ἄλαστα — πᾶ φύγω βάρος κακῶν; ἀπὸ γὰρ ὀλόμενος οἴχομαι. non male. ποῖ φύγω mavult Elmsleius, conferens Med. 1268. Phoen. 991. Iph. T. 291. Soph. Oed. C. 1738. Ant. 828. legendum censet ποῖ φύγω etiam in Orest. 1369.

882. κακὸν Ald.

883. γραφαῖσι Lasc. μέλος, quod proprie de carmine di-

φθεγγόμενον τλάμων.
XO. αἶ, αἶ· κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον.
ΘΗ. τόδε μὲν οὐκέτι στόματος ἐν πύλαις
καθέξω δυσεκπέρατον ὀλοὸν
ὀλοὸν κακόν· ὦ πόλις, πόλις,
Ἱππόλυτος εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν
βίᾳ, τὸ σεμνὸν Ζηνὸς ὄμμ' ἀτιμάσας.
ἀλλ', ὦ πάτερ Πόσειδον, ἃς ἐμοί ποτε
ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι
τούτων ἐμὸν παῖδ'· ἡμέραν δὲ μὴ φύγοι
τήνδ', εἴπερ ἡμῖν ὤπασας σαφεῖς ἀράς.
XO. ἄναξ, ἀπεύχου ταῦτα, πρὸς θεῶν, πάλιν.

citur, denotat *luctuosam orationem*, *querelam*, hic et infra v. 1173. Ὁ δ' ἦλθε ταὐτὸν δακρύων φέρων μέλος Ἡμῖν ἐπ' ἀκταῖς. Iph. Aul. 1279. ταὐτὸν Μέλος εἰς ἄμφω πέπτωκε τύχης.

884. τλᾶμον Lasc. τλήμων vulgo. Doricam formam recte servavit MS. Flor.

885. Habet X. Π. 418. Non absimilis est locutio in Aesch. Agam. 1687. Καὶ ταῦτα τἄπη κλαυμάτων ἀρχηγενῆ.

886. τὸ δ' ἐμὸν οὐκ ἔστι στόματος Fl. vitiose.

887. δυσεκπέραντον A.

888. Alterum ὀλοὸν deest in A. Fl. Lasc. πόλις semel in A. Fl. Unde pro nostro versu scribendum censet Elmsleius Κακὸν, ἰὼ πόλις. fortasse recte. Nolui tamen repetitiones verborum tollere, memor Porsoni moniti ad Med. 157.

889. Idem senarius leviter mutatus legitur in Nostri Electr. 225. observante Valckenaerio.

892. μιᾶς κατείργασται Fl.

893. φύγῃ Ald. quod valet, *ne sinas ut fugiat*. Sed rectius, ut videtur, optantis et precantis sententia est. φύγοι Lasc. et quinque minimum MSS. φύγω Fl.

112 894. ἀρὰς σαφεῖς infra v. 1311. ubi vide notata.

895. ἀνεύχου placuit Valckenaerio, cujus verba apponam. „Codices in ἀπεύχου ταῦτα conspirant: mihi tamen potius scripsisse videtur Euripides, ἀνεύχου ταῦτα. Alteri optata si quis evenire nolit, illa quidem dicitur quis ἀπεύξασθαι· ut in his Platonis de LL. III. p. 687. D. ὧν γ' ὁ παῖς εὔχεται ἑαυτῷ γίγνεσθαι, πολλὰ ὁ πατὴρ ἀπεύξαιτ' ἂν τοῖς θεοῖς μηδαμῶς κατὰ τὰς τοῦ υἱέως εὐχὰς γίγνεσθαι. Sed qui palinodiam cantat, et sua ipsius optata revocat, is, ut opinor, dicitur ἀνεύξασθαι· quique illis alia substituit meliora, μετεύξασθαι· hoc in Euripidis est Medea v. 600.“ Occurrit quidem in isto sensu ἀνεύχεσθαι bis apud Platonem.

γνώσει γὰρ αὖθις ἀπλακών. ἐμοὶ πιθοῦ.
ΘΗ. οὐκ ἔστι· καὶ πρός γ' ἐξελῶ σφε τῆσδε γῆς.
δυοῖν δὲ μοίραιν θατέρᾳ πεπλήξεται·
ἢ γὰρ Ποσειδῶν αὐτὸν εἰς Ἅιδου δόμους
θανόντα πέμψει, τὰς ἐμὰς ἀρὰς σέβων,
ἢ τῆσδε χώρας ἐκπεσὼν, ἀλώμενος
ξένην ἐπ' αἶαν, λυπρὸν ἀντλήσει βίον.

Sed in nostro versu nolim quidquam mutare; palinodia enim significatur per vocem πάλιν, et vim quandam addit ἀπεύχου. Sensus est, *Per Deos oro te, rex, mutatis votis haec deprecare.* Cod. Florentinus habet ἀπόσχου, et in sequentibus vitiose πεῖθου, θ' ἀτέρῳ, v. 903. εἰς καινὸν, 904. κακῶν, 905. σῆσι.

896. Hoc addas exemplis similium constructionum allatis ad v. 304. De αὖθις significante *posthac* dixi supra ad v. 312. Orest. 899. Ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεὶ, Κἂν μὴ παραυτίκ', αὖθις εἰσὶ χρήσιμοι Πόλει, ubi αὖθις est *deinceps.* Alc. 1171. Αὖθις τόδ' ἔσται. νῦν δ' ἐπείγεσθαί με δεῖ. ἀμπλακὼν Edd. et MSS. πειθοῦ Lasc.

897. πρὸς pro *insuper*, subaudito τούτοις, ut in aliis scriptoribus, ita in Tragicis usitatum est. Noster Heraclid. 642. Μάλιστα· καὶ πρός γ' εὐτυχεῖς τὰ νῦν τάδε. Phoen. 619. καὶ κατακτενῶ γε πρός. Aesch. Prom. 73. Ἦ μὴν κελεύσω κἀπιθωΰξω γε πρός. In quibus etiam exemplis, vim suam corrigendi et augendi exercet particula γε. Orest. 614. Μενέλαε, σοὶ δὲ τάδε λέγω, δράσω τε πρός. Phoen. 890. ἐκ δ' ἔπνευσ' αὐτοῖς ἀρὰς Δεινὰς, νοσῶν τε, καὶ πρὸς ἠτιμασμένος. Helen. 965. Ἀπόδος τε, καὶ πρὸς σῶσον.

898. θατέρα Ald.

902. ἐξαντλεῖν βίον habet Noster in Cresphonte Fragm. VII. 113
Τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν, Οὐδ' ἀνδρὸς ἐστερήμεθ', ἀλλὰ μυρίαι Τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν ὡς ἐγὼ βίον. Proprie quidem dicuntur ἀντλεῖν et ἐξαντλεῖν de sentina exhaurienda; metaphorice autem ἀντλεῖν et ἐξαντλεῖν βίον sunt *aevum exigere, vita defungi.* Comparari potest horum verborum usus in Aesch. Prom. 383. Ἐγὼ δὲ τὴν παροῦσαν ἀντλήσω τύχην. Nostri Cycl. 10. Καὶ νῦν ἐκείνων μεῖζον ἐξαντλῶ πόνον. 110. Παπαῖ· τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξαντλεῖς ἐμοί. 281. Med. 78. Sic etiam usurpabant veteres Latini verbum a Graeco fonte derivatum, *exantlare.* Lucilius apud Nonium: *Quantas quotque modo aerumnas, quantosque labores Exantlaris.* Videas alia exempla apud Gataker. in M. Antonin. IV. 50. Virgilius autem *exhaurire* Aen. IV. 14. *quae bella exhausta canebat.* X. 57. *Totque maris vastaeque exhausta pericula terrae.*

ΧΟ. καὶ μὴν ὅδ᾽ αὐτὸς παῖς σὸς εἰς καιρὸν πάρα
Ἱππόλυτος· ὀργῆς δ᾽ ἐξανεὶς κακῆς, ἄναξ
Θησεῦ, τὸ λῷστον σοῖσι βούλευσαι δόμοις.
ΙΠ. κραυγῆς ἀκούσας σῆς ἀφικόμην, πάτερ,
σπουδῇ· τὸ μέντοι πρᾶγμ᾽, ἐφ᾽ ᾧ τινι στένεις,
οὐκ οἶδα· βουλοίμην δ᾽ ἂν ἐκ σέθεν κλύειν.
ἔα, τί χρῆμα; σὴν δάμαρθ᾽ ὁρῶ, πάτερ,
νεκρόν· μεγίστου θαύματος τόδ᾽ ἄξιον·
ἣν ἀρτίως ἔλειπον, ἣ φάος τόδε
οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο.
τί χρῆμα πάσχει; τῷ τρόπῳ διόλλυται;
πάτερ, πυθέσθαι βούλομαι σέθεν πάρα.
σιγᾷς; σιωπῆς δ᾽ οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς·

907. ἐφ᾽ ᾧτινι νῦν στένεις Ald. ἐφ᾽ ᾧ τινι στένεις A. D. E. Fl. Lasc. et sic edidi cum Musgr. Valck. et Brunck. quanquam dubitandi locus est, annon scripserit Euripides ἐφ᾽ ᾧ τὰ νῦν στένεις, quod exhibet *X. Π.* 843. Prorsus enim mirum esset, si Aldus et Pseudo-Gregorius eandem voculam νῦν huic versui casu interjecissent. Alia quidem lectio proponitur in Censura Anglica (*Quart. Rev.* Vol. viii. p. 223.) ἐφ᾽ ᾧγε νῦν στένεις. „Nusquam alias apud tragicos reperi ᾧ τινι pro ὅτῳ.“ Elmsl.

909. Hic et seq. v. adhibentur in *X. Π.* 852-3. ἔα, τί χρῆμα; admirantis exclamatio est in Orest. 1589. Androm. 898.

911. Ita Cod. A. Musgr. Brunck. Altera lectio εἰς φάος
114 τόδε, quam habent Lasc. Ald. et Priscianus p. 1168. deterior videtur. ὡς φάος τόδε *X. Π.* 859.

912. οὔπω χρόνον παλαιὸν interpretatur Schol. οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου, ἀλλ᾽ ἔναγχος. Cf. Iph. A. 419. Χρόνον παλαιὸν δωμάτων ἔκδημος ὤν.

913. τῷ διόλλυται τρόπῳ; Flor. sed haec vulgato ordine exhibet *X. Π.* 861.

915. Hunc versum postponendum esse versui 917. censuit Marklandus, cui adsentitur Valckenaerius: et ad eorum sententiam ordinem versuum in textu suo mutavit Brunckius. Sed hoc frustra factum esse arbitror. Versum sane, si omnino abesset, non desideraremus: suspicor equidem ex alio dramate, propter sententiae similitudinem, margini adscriptum, postea in hanc sedem irrepsisse. Huic suspicioni favet, quod in *X. Π.* 561—4. duo praecedentes et duo sequentes versus continui leguntur, omisso v. 915.

ἡ γὰρ ποθοῦσα πάντα καρδία κλύειν
κἀν τοῖς κακοῖσι λίχνος οὖσ' ἁλίσκεται.
οὐ μὴν φίλους γε, κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους,
κρύπτειν δίκαιον σὰς, πάτερ, δυσπραξίας.
ΘΗ. ὦ πολλὰ μανθάνοντες ἄνθρωποι μάτην,
τί δὴ τέχνας μὲν μυρίας διδάσκετε,
καὶ πάντα μηχανᾶσθε, κἀξευρίσκετε,
ἓν δ' οὐκ ἐπίστασθ', οὐδ' ἐθηράσασθέ πω,
φρονεῖν διδάσκειν, οἷσιν οὐκ ἔνεστι νοῦς;

916. ποθῦσα Lasc.

917. λίχνος proprie est *catillo*, *gulosus*. metaphorice autem *curiosus*, *qui rebus quibuslibet cognoscendis avide inhiat*. Ad hunc usum vocum λίχνος et λιχνεία respiciens Porsonus, in margine editionis Brunckianae scripserat, „*Athen*. V. p. 220. B. (corr. C.) *Synes*. *Dion*. p. 44. A. 11. *Schol*. *Townl*. *in Il*. Ξ. 171. *H. Steph*. *Thes*. *L*. *G*. T. I. p. 1939. C. D. E. *Menander*, Τό τ' ἄρσεν ἀεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον." R. P. Synesii locus est — τὴν ἐν τῇ φύσει λιχνείαν, ὑφ' ἧς ἕκαστός ἐστι πολυπράγμων τοῦ ἀποῤῥήτου. Hesychius λίχνος· ὀψοφάγος, λαίμαργος, λίμβος, πολυπράγμων. ultima harum interpretationum fortasse nostrum versum respicit. Scholiasta exponit λίχνος· ἐπιθυμητικὴ, περίεργος.

918. „*Eustath*. *Il*. *A*. p. 156, 15. *Rom*. 118, 16. *Bas*." R. P. Citat Eustathius φίλους, κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους. Comparat Valckenaerius Aesch. Prom. 986. (1028. Ed. Blomf.) Οὐ γάρ συ παῖς τε, κἄτι τοῦδ' ἀνούστερος; Hec. 667. Ὦ παντάλαινα, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω. Soph. Antig. 64. Sed non debebat ille cogitare de scribendo οὐ μὴν φίλους τε; neutiquam enim otiosa est parti- 115
cula γε.

920. ὦ πόλλ' ἁμαρτάνοντες MSS. et Edd. sed ἁμαρτάνειν μάτην vix dixisset Tragicus; et vox ἁμ. huic loco parum apta videtur. Recepi emendationem Marklandi, quam confirmat similis locus Hecubae 808. Neque me movet Valckenaerii objectio, de docentibus, non de discentibus locutum esse Thesea. Enimvero necesse est ut is qui alios varias artes doceat, ipse prius didicerit. Brunckius, Valckenaerio obsecutus, post ἄνθρωποι distinxit, et μάτην cum sequentibus conjunxit, unde durissima fit verborum collocatio. ἄνθροποι Lasc.

923. ἔνθ' οὐκ ἐπ'. Cod. Paris. οὐδὲ δὴ θηρᾶσθέ πω Ald.

924. αἷσιν οὐκ ἐστὶ νοῦς Fl. „Theognis ap. Stob. et Xenoph. I. ii. 20. ἢν δὲ κακοῖσι Συμμιχθῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον. Quivis legerit καὶ τὸν ἐνόντα νόον, atque ita quidem citat

ΙΠ. δεινὸν σοφιστὴν εἶπας, ὅστις εὖ φρονεῖν
τοὺς μὴ φρονοῦντας δυνατός ἐστ' ἀναγκάσαι.
ἀλλ', οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖς, πάτερ,
δέδοικα μή σου γλῶσσ' ὑπερβάλῃ κακοῖς.
ΘΗ. φεῦ· χρῆν βροτοῖσι τῶν φίλων τεκμήριον
σαφές τι κεῖσθαι, καὶ διάγνωσιν φρενῶν,
ὅστις τ' ἀληθής ἐστιν, ὅς τε μὴ φίλος·
δισσάς τε φωνὰς πάντας ἀνθρώπους ἔχειν,
τὴν μὲν δικαίαν, τὴν δ', ὅπως ἐτύγχανεν·
ὡς ἡ φρονοῦσα τἄδικ' ἐξηλέγχετο
πρὸς τῆς δικαίας, κοὐκ ἂν ἠπατώμεθα.

Aristotel. Eth. Nicom. IX. Idem v. 88. Gnom. Poet. σοὶ πιστὸς ἔνεστι νόος." Blomfield. „Aristoph. Thesm. 1124. Ἐγὼ γυνὴ μέν εἰμι, νοῦς δ' ἔνεστί μοι." Jac. Tate.

926. ἀναγκάζειν Aldus, et qui eum secuti sunt editores, donec turpem mendam auctoritate Codicum sustulit Musgravius.

927. οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖς vertendum, *non enim in opportuno rerum statu subtilia disputas.* id est, *non enim res postulat istas tuas subtiles disputationes.* ἐν δέοντι similiter adhibitum est in Nostri Orest. 206. Med. 1274. Alcest. 833. Οὐκ ἦλθες ἐν δέοντι δέξασθαι δόμοις. Supplent plerumque Viri docti καιρῷ, neque ego obnixe repugno; incerti enim Poetae senarius a Valckenaerio citatus e Stobaeo, XXXVI. p. 217, 6. p. 143. Grot. Δηρεῖς, ἐν οὐ δέοντι καιρῷ φιλοσοφῶν. Rectius tamen, ut videtur, ab impersonali δεῖ derivantur participia δέον, δέοντι.
116 Alcest. 1120. Πιθοῦ· τάχ' ἂν γὰρ εἰς δέον πέσοι χάρις. Vid. Schaefer. ad Bos. Ellips. p. 209. λεπτουργεῖν statuit Valckenaerius idem fere notare ac Aristophaneum λεπτολογεῖν Nub. 320. Similem quidem locutionem habet Noster in Med. 1077. Πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων Μύθων ἔμολον. Emendari jussit Marklandus οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖν, quod vulgato deterius.

929. Vertit Grotius in Excerpt. p. 218. *Debuerat esse certa amicorum nota Discriminatrix mentium, unde agnosceres Quis verus esset, quisve sublesta fide.* Valckenaerius huc respexisse putat Ciceronem de Amicitia c. 17. *querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent; ut capras et oves, quot quisque haberet, dicere posset; amicos quot haberet non posset dicere: et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse: nec habere quasi signa quaedam et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, judicarent.*

932. δισσὰς δὲ vulgo. δισσάς τε Valck. ex Codd. A. Fl.

934. Vide supra ad v. 643.

ΙΠ. ἀλλ' ἦ τις εἰς σὸν οὖς με διαβαλὼν ἔχει
φίλων, νοσοῦμεν δ', οὐδὲν ὄντες αἴτιοι;
ἔκ τοι πέπληγμαι· σοὶ γάρ ἐκπλήσσουσί με
λόγοι, παραλλάσσοντες ἔξεδροι φρενῶν.

ΘΗ. φεῦ τῆς βροτείας, ποῖ προβήσεται, φρενός;
τί τέρμα τόλμης καὶ θράσους γενήσεται;
εἰ γὰρ κατ' ἀνδρὸς βίοτον ἐξογκώσεται,
ὁ δ' ὕστερος τοῦ πρόσθεν εἰς ὑπερβολὴν

936. ἀλλ' εἴ τις Lasc. Ald. Sed recte Canterus ἀλλ' ἦ τις, quod exhibent membranae, quodque e Scholiis tuetur Marklandus, monens cum interrogatione legendum: et sic quidem 2da ed. Musgravius, et Brunckius. Valckenaerius autem revocavit ἀλλ' εἴ τις, et delendo δ' post νοσοῦμεν, frigidam effinxit sententiam. Interrogandi formula est ἀλλ' ἦ supra v. 861. Ion. 768. Ἀλλ' ἦ τι θεσφάτοισι δεσποτῶν νοσῶ; Phoen. 1718. ἀλλ' ἦ πρὸς κακοῖς ἐρεῖς κακά; Sophocl. Electr. 879. et alibi.

937. νοσοῦμεν δ' οὐδὲν ὄντες αἴτιοι; vertas, *and am I suffering, who am not at all guilty*? νοσεῖν apud Tragicos saepe dicitur de iis, qui malo quolibet, vel infortunio, vel periculo la- 117
borant.

938. ἤτοι πέπ. Cod. Par. male. ἔκ τοι πέπληγμαι senarium inchoat supra 342. Herc. F. 1108. quod notavit Valck. ἐκπλήσουσί με Lasc. qui contrario vitio duplicat σ in γενήσεται v. 941.

939. Vertendum, *verba aberrantia extra sedem et fines rationis*; sive *delirantia*. Citat Musgravius Platonis Timaeum p. 1046. D. ed. Ficin. εἰ μὴ παντάπασι παραλλάττομεν. *nisi plane deliramus*. Corrigendum censet Blomfieldius ἔξεδρον.

940-1. Χ. Π. 422-3.

942. βίοτος Ald. et ita diu legebatur, contra sententiam loci, et Codicum auctoritatem. Reposuit tandem Musgravius βίοτον, quod exhibent Lasc. et MSS. omnes. Valckenaerius censet ἐξογκώσεται esse e numero futurorum mediae formae, quae, praesertim apud Atticos scriptores, passive significant: sic στερήσεσθε infra v. 1458. ubi de his agere instituimus. κατ' ἀνδρὸς βίοτον exponit Valck. κατὰ γενεάν.

943. τοῦ πρόσθεν εἰς ὑπερβολήν. hujus constructionis exemplum dabit Noster in Fragm. Autolyci apud Athen. X. p. 413. D. πῶς γάρ, ὅστις ἔστ' ἀνὴρ Γνάθου τε δοῦλος, νηδύος θ' ἡσσημένος, Κτήσαιτ' ἂν ὄλβον εἰς ὑπερβολὴν πατρός; Citat Valck. Anaxilam Athenaei XIII. p. 558. A. ubi de meretricibus dicitur, Τίς γὰρ ἢ δράκαιν' ἄμικτος, ἢ χίμαιρα πυρπνόος, Ἢ Χάρυβδις, ἢ τρίκρανος Σκύλλα ποντία κύων, Σφίγξ, ὕδρα, λέαιν', ἔχιδνα,

πανοῦργος ἔσται, θεοῖσι προσβαλεῖν χθονὶ
ἄλλην δεήσει γαῖαν, ἣ χωρήσεται
τοὺς μὴ δικαίους καὶ κακοὺς πεφυκότας.
σκέψασθε δ' εἰς τόνδ', ὅστις, ἐξ ἐμοῦ γεγὼς,
ἤσχυνε τἀμὰ λέκτρα, κἀξελέγχεται
πρὸς τῆς θανούσης ἐμφανῶς κάκιστος ὤν.
δεῖξον δ', ἐπειδή γ' εἰς μίασμ' ἐλήλυθας,
τὸ σὸν πρόσωπον δεῦρ' ἐναντίον πατρί.
σὺ δὴ θεοῖσιν, ὡς περισσὸς ὢν ἀνὴρ,
ξύνει; σὺ σώφρων, καὶ κακῶν ἀκήρατος;
οὐκ ἂν πιθοίμην τοῖσι σοῖς κόμποις ἐγὼ,
θεοῖσι προσθεὶς ἀμαθίαν φρονεῖν κακῶς.
ἤδη νυν αὔχει, καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς
σίτοις καπήλευ', Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων,

πτηνά θ' ἀρπυιῶν γένη, Εἰς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τοῦ καταπτύστου γένους. Cum sententia nostri loci quivis comparabit Horat. Carm. III. vi. 46. *Aetas parentum, pejor avis, tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem.* ὑπεροβλὴν Lasc.

945. Usitatior structura esset δεήσει θεοὺς προσθεῖναι χθονὶ ἄλλην γαῖαν.

118 948. Lasc. νέκτρα et in v. 594. πυθοίμην.

950. Valckenaerio placuit Musgravii conjectura ἐλήλυθα. Putavit ille Thesea significasse *quandoquidem mihi jam piaculum contraxi, tecum collocutus, qui tanto sis scelere contaminatus.* Sed hoc nimis argutum, et a Tragici nostri simplicitate abhorrens.

952. Huc respexit Eustathius ad Il. Δ. p. 484, 15=369, 14. λέγει δέ που καὶ ὁ Εὐριπίδης ἐπὶ ἐπαίνῳ τὸ Περισσὸς ὢν ἀνὴρ, ἀντὶ τοῦ μέγας, πολύς. conferens περισσὸς Ἀριστείδης, περισσὸς τὴν σοφίαν. Enimvero ille dictus fuit περισσὸς, qui prudentia, pietate, justitia, vel alia qualibet re hominis modum excederet. Itaque nunc in bonam nunc in malam partem, pro mente loquentis, vox accipienda est. vid. supra v. 447.

956-7. Vulgo ἤδη νῦν αὔχει, metro pessundato. νυν encliticum reposuit Valck. καπηλεύειν proprie *cauponari,* inde etiam denotat *quaestum aliquem fraudulentum exercere.* Cum accusativo in Aesch. Sept. c. Theb. 551. ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην. Hoc imitatus est, ut videtur, Ennius apud Cicer. de Offic. I. 12. *Nec cauponantes bellum, sed belligerantes, Ferro non auro vitam cernamus utrique.* Idem significant καπηλεύειν μάχην et *cauponari bellum*, scil. *to make war a gainful trade.* Ennii locum cum Aeschyleo contulit Stanleius post G. Canter. Nov. Lect. Plato in

Βάκχευε, πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνούς,
ἐπεί γ' ἐλήφθης. τοὺς δὲ τοιούτους ἐγὼ

Protagor. p. 219. C. de Sophistis, οὕτω δὴ καὶ οἱ τὰ μαθήματα περιαγαγόντες κατὰ τὰς πόλεις, καὶ πωλοῦντες, καὶ καπηλεύοντες 119 τῷ ἀεὶ ἐπιθυμοῦντι κ. τ. λ. Vertas autem καὶ δι' ἀψ. β. Σ. κ. *et victu illo tuo ex cibis inanimis constante, hominibus fraudem facito.* De voce καπηλεύειν sequentia notavit Blomfieldius. „Herodot. I. 155. πρόειπε δὲ αὐτοῖσι κιθαρίζειν τε καὶ ψάλλειν καὶ καπηλεύειν παιδεύειν τοὺς παῖδας, καὶ ταχέως σφέας, ὦ βασιλεῦ, γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν ὄψεαι γεγονότας. Qui locus apprime huc facit. Cf. Spanhem. ad Aristoph. Plut. 1064. In Aeschyli loco ap. Suid. v. *Κάπηλος*. Etymol. *M.* p. 490, 12. κάπηλα προφέρων τεχνήματα, nemo est qui non reposuerit προσφέρων. Alium locum ex Herodoto protulit Grotius ad D. Pauli Ep. II. Cor. ii. 17. Plura Schleusnerus in voce. Sed instar omnium magnus Bentleius (*Sermon upon Popery*, p. 3. *seq.*)"

Observat Scholiasta hic tangi Pythagoricos, qui a carnibus animantium abstinebant. Ad hoc Orphei institutum respexit Horatius Art. Poet. 391. *Sylvestres homines sacer interpresque Deorum Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus.* Institutis autem Bacchicis, Orphicis, et Pythagoricis eadem perhibetur origo fuisse; cujus rei testem citat Valckenaerius Herodotum II. 81. ὁμολογέει δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι [καὶ *Βακχικοῖσι*, ἐοῦσι δὲ *Αἰγυπτίοισι*,] καὶ *Πυθαγορείοισι*. ubi voces uncinis inclusas in textu reponendas e Codd. censet Vir doctissimus. In Apollodoro quidem legimus εὗρε δὲ Ὀρφεὺς καὶ τὰ *Διονύσου* μυστήρια Lib. I. 3. p. 17. Pro σίτοις conjecit Musgravius ἦθος, Valck. σύ τοι. Credit sane Vir eruditus (*Quart. Rev.* viii. p. 224.) hic respicere poetam τοὺς Ὀρφεοτελέστας, quos incantandi ac divinandi artes in Graecia exercuisse constat ex Theophrasto, *Χαρακτ.* Ἠθικ. 16. Conferre possis infra v. 1041. Ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς καὶ γόης πέφυχ' ὅδε;

958. καπνοὺς *res nihili, nugas.* Aristoph. Nub. 319. καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν. ad quem locum Schol. ἀντὶ τοῦ περὶ μηδενὸς καὶ κενῶν πραγμάτων. Idem Scholiasta ad v. 252. τὰ μηδενὸς ἄξια καπνούς, καὶ σκιάς, καὶ νεφέλας ὀνομάζομεν. *Εὔπολις* ἐν *Αὐτολύκῳ*· *Καπνοὺς* ἀποφαίνει καὶ σκιάς. ibi Spanhemius affert Soph. Antig. 1169. ἐὰν δ' ἀπῇ *Τούτων* τὸ χαίρειν, τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς *Οὐκ* ἂν πριαίμην.

959. Valckenaerius citat loca quaedam, in quibus ἐλήφθην significat *deprehensus sum:* et confert ἁλίσκομαι infra v. 963. Aristoph. Nub. 1076. Ἥμαρτες, ἠράσθης, ἐμοίχευσάς τε, κᾆτ' ἐλήφθης. ibi Porsonus probat Bentleii emendationem κᾆτ' ἐλήφθης pro κατελήφθης, observans, simplex verbum in his rebus

φεύγειν προφωνῶ πᾶσι· θηρεύουσι γὰρ
σεμνοῖς λόγοισιν, αἰσχρὰ μηχανώμενοι.
τέθνηκεν ἥδε· τοῦτό σ' ἐκσώσειν δοκεῖς;
ἐν τῷδ' ἁλίσκει πλεῖστον, ὦ κάκιστε σύ.
ποῖοι γὰρ ὅρκοι κρείσσονες, τίνες λόγοι,
τῆσδ' ἂν γένοιντ' ἂν, ὥστε σ' αἰτίαν φυγεῖν;
μισεῖν σε φήσεις τήνδε, καὶ τὸ δὴ νόθον
τοῖς γνησίοισι πολέμιον πεφυκέναι;
κακὴν ἄρ' αὐτὴν ἔμπορον βίου λέγεις,
εἰ δυσμενείᾳ σῇ τὰ φίλτατ' ὤλεσεν.
ἀλλ' ὡς τὸ μῶρον ἀνδράσιν μὲν οὐκ ἔνι,

composito usitatius esse: idem pro vulg. ἐμοίχευσάς τι corrigit ἐμ. τε.

120 960. προσφωνῶ Lasc.

962. ἐκσώζειν. Cod. A. ut ediderunt Musgr. et Brunck. Sed melius videtur ἐκσώσειν, in quo consentiunt Lasc. Ald. et ceteri Codices praeter Flor. qui habet ἐκσῶσαι.

966. Aldus μισεῖν γε, et mox τοῖς γνησίοις σου, utrumque corrupte. Recte emendavit Canterus, cujus conjecturas confirmant Lascaris et MSS.

968. Exponit Schol. οἱ ἔμποροι τὰ μὲν παρέχουσι, τὰ δὲ λαμβάνουσι· καὶ τοῦτο ἐπ' ὠφελείᾳ ποιοῦσι· εἰ οὖν αὕτη τὴν ψυχὴν αὐτῆς ἔδωκεν ἵνα σε μισητὸν τῷ πατρὶ καταστήσῃ, ἄφρων ἄρα καθέστηκε, τοιαύτην ὁδὸν ἐμπορευομένη· οἱ γὰρ ἔμποροι ἐπὶ κέρδει πραγματεύονται.

969. τὰ φίλτατα frequentabat Euripides, ut denotaret *parentem*, *conjugem*, vel *liberos*. De *marito* dicitur in Herc. F. 515. Ὦ πρέσβυ, λεύσσω τἀμὰ φίλτατ'; ἢ τί φῶ; de *patre* Ion. 537. 683. Σύ τ' αὖ τὰ φίλταθ' εὗρες, οὐκ εἰδὼς πάρος. De *filio* ibid. 533. De *filia* Troad. 374. Ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ σοφὸς ἐχθίστων ὕπερ Τὰ φίλτατ' ὤλεσ'. Iph. A. 1170. In Soph. Oed. C. 1110. Oedipus de *filiabus suis*, Ἔχω τὰ φίλτατ'. In nostro igitur versu τὰ φίλτατα intelligo de marito ac liberis Phaedrae quos cum vita simul amiserat: vertendum autem puto, *if from her hatred of you she lost her dearest connections*. nec aliter in Alcest. 350. Σὺ δ', ἀντιδοῦσα τῆς ἐμῆς τὰ φίλτατα Ψυχῆς, ἔσωσας. Aliis forsan magis arriserit Valckenaerii interpretatio, qui τὰ φίλτατα hic et in Alcestidis loco exponit per *ipsam vitam*. A. et Fl. ἡ δυσμενείᾳ.

121 970. Vide supra v. 640. et ibi notata. Observat Valck. supplendum esse φήσεις hic et infra v. 1017. ut sit ἀλλὰ φήσεις ὡς —;

γυναιξὶ δ' ἐμπέφυκεν; οἶδ' ἐγὼ νέους
οὐδὲν γυναικῶν ὄντας ἀσφαλεστέρους,
ὅταν ταράξῃ Κύπρις ἡβῶσαν φρένα·
τὸ δ' ἄρσεν αὐτοὺς ὠφελεῖ προσκείμενον.
νῦν οὖν, τί ταῦτα σοῖς ἁμιλλῶμαι λόγοις,
νεκροῦ παρόντος μάρτυρος σαφεστάτου;
ἔξεῤῥε γαίας τῆσδ' ὅσον τάχος φυγάς·
καὶ μήτ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς,
μήτ' εἰς ὅρους γῆς, ἧς ἐμὸν κρατεῖ δόρυ.
εἰ γὰρ παθών γε σοῦ τάδ' ἡσσηθήσομαι,
οὐ μαρτυρήσει μ' Ἴσθμιος Σίνις ποτὲ

971. Fl. ἐμπέφυκας et v. 974. προκείμενον.

974. τὸ ἄρσεν est *natura virilis ingenii*, ut in Menandro supra citato ad v. 917.

975. Aldus habet τί οὖν; sed hiatum post vocem τί nunquam admittebant Tragici, teste quam idoneo Porsono ad Phoen. 892. Jure igitur nuperi editores reposuere νῦν οὖν ex Codd. omnibus Lasc. et Schol. Legitur quidem in Soph. Phil. 100. Τί οὖν μ' ἄνωγας ἄλλο πλὴν ψευδῆ λέγειν; sed ibi corrigendum puto Τί μ' οὖν ἄνωγας. In Aesch. Suppl. cum Stanleio legerim Τίς οὖν ὁ δῖος πάρτις εὔχεται βοός; pro vulgato τί οὖν. Nec dubito quin in Septem contra Thebas versus 214, 710. eodem vitio laborantes, emendaturus sit Blomfieldius, in editione ejus Tragoediae, quae ut brevi in lucem prodeat, omnes antiquarum literarum amantes mecum impense optant. [In illo loco Τί δ' οὖν, in hoc edidit Τί νυν.] Ceterum apud Comicos hiatus iste satis usitatus est.

976. Meminerint tirones, νεκρὸς, ubicunque *cadaver* significat, generis esse masculini. Hoc post alios monuit Porsonus ad Hec. 671.

977. Observat Valck. simplex ἔῤῥω frequentissimum esse, composita ejus rariora. Et sane, unum aliud exemplum in Euripidis fabulis recordor, Herc. F. 259. ἀπέῤῥων δ' ἔνθεν ἦλθες ἐνθάδε, Ὕβριζ'.

978. Versus est nostri Iph. T. 1449. Ὅταν δ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς. Idem est Athenarum Epitheton, Soph. Electr. 707.

980. Corrupte Fl. παρών γε, et mox μαρτυρήσαις, Σίνεις. 983. οὐδ' ἐν θαλάσσῃ. 987. ξύστασις τῶν σῶν φρ.

981. Σίννις vulgo. Valckenaerius restituit e Fl. et Lasc. 122
Σίνις, quod sine istis auctoritatibus restituendum erat: primam enim syllabam brevem habet. Quam proni essent librarii ad du-

κτανεῖν ἑαυτὸν, ἀλλὰ κομπάζειν μάτην·
οὐδ' αἱ θαλάσσης σύννομοι Σκειρωνίδες

plicandam *ν*, patebit ex insigni Blomfieldii nota in Glossario ad Aesch. Prom. 53. Varia loca veterum hanc historiam spectantia, congessit Meursius in Theseo Cap. V. quorum praecipua indicabo. Apollodorus Bibl. III. 16. p. 561. *Δεύτερον δὲ (Θησεὺς) κτείνει Σίνιν τὸν Πολυπήμονος καὶ Συλέας τῆς Κορίνθου· οὗτος Πιτυοκάμπτης ἐκαλεῖτο· οἰκῶν γὰρ τὸν Κορινθίων ἰσθμὸν, ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πίτυς κάμπτοντας ἀνέχεσθαι· οἱ δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδύναντο κάμπτειν, καὶ ὑπὸ τῶν δένδρων ἀναῤῥιπτούμενοι πανωλέθρως ἀπώλλυντο. Τούτῳ τῷ τρόπῳ Θησεὺς Σίνιν ἀπέκτεινε.* Paullo aliter saevitiam ejus describit Diod. Sic. IV. 59. p. 303. *Θησεὺς — πρῶτον μὲν οὖν ἀνεῖλε τὸν ὀνομαζόμενον Κορυνήτην, χρώμενον τῇ προσαγορευομένῃ κορύνῃ, καὶ τοὺς παριόντας ἀποκτείνοντα. δεύτερον δὲ τὸν ἐν Ἰσθμῷ κατοικοῦντα Σίνιν· οὗτος γὰρ δύο πίτυς κάμπτων, καὶ πρὸς ἑκατέραν τὸν ἕνα βραχίονα προσδεσμεύων, ἄφνω τὰς πίτυς ἠφίει· διόπερ τῶν σωμάτων διὰ τὴν βίαν ἀποσπωμένων, συνέβαινε τοὺς ἀτυχοῦντας μετὰ μεγάλης τιμωρίας τελευτᾶν.* ubi male Wesselingius edidit *ἀποσπώμενον*. Ovid. Met. VII. 440. *Occidit ille Sinis, magnis male viribus usus, Qui poterat curvare trabes, et agebat ab alto Ad terram late sparsuras corpora pinus.* Ejusdem meminit Ovidius Ep. Her. ii. 70. Ib. 409. Pausanias Corinth. I. 37. de hac historia agens, refert ad suam usque aetatem permansisse istam pinum. Ceterum Euripidis Scholiasta fabulam illam notissimam, quae vulgo de Procruste narratur, ad Sinin retulit. Pindari etiam Scholiasta in Argument. ad Isthm. Sinin et Procrusten confundere videtur. *σίνις* autem appellatio fuit cuivis latroni indita, ut in Epigramm. Anytae, Anthol. III. xxiii. 11. *Ἦ γάρ σ' ὑπνώοντα σίνις λαθρηδὸν ἐπελθὼν Ἔκτεινεν.* Hesych. *Σίνις· κλέπτης, κακοῦργος, λῃστής.* Dixit igitur Aeschylus in Agam. 726. *Ἔθρεψεν δὲ λέοντα σίνιν δόμοις.* De leone etiam Callimachus Hymn. in Apoll. 91. *ἦχι λέοντα Ὑψηῒς κατέπεφνε, βοῶν σίνιν Εὐρυπύλοιο.* Isthmius igitur *κατ' ἐξοχὴν* vocabatur *Σίνις*. Vid. Aristot. Rhet. III. 3. De voce *πιτυοκάμπτης* fusa est disputatio Hemsterhusii ad Lucian. Tom. I. p. 36.

982. *κτανεῖν γ'* Brunckius, Codicem A. perperam secutus.

983. *σύννομοι* proprie dicuntur equi et boves, qui iisdem
123 pascuis utuntur, hinc ad alia animalia quae una pascuntur, vox translata est; ut de *avi* in Aristoph. Av. 209. Audacissima vero metaphora vocat Noster scopulos *συννόμους* maris, id est *vicinos*. *σύννομος* est *vicinus* in Helen. 1507. ubi grues *σύννομοι νεφέων*. In isto versu corrigendum *δρόμῳ* pro *δρόμου* me monuit Blomfieldius. De Scironiis scopulis egerunt Burmannus ad Ovid. IV. 525.

φήσουσι πέτραι, τοῖς κακοῖς μ' εἶναι βαρύν.
ΧΟ. οὐκ οἶδ' ὅπως εἴποιμ' ἂν εὐτυχεῖν τινα
θνητῶν· τὰ γὰρ δὴ πρῶτ' ἀνέστραπται πάλιν.
ΙΠ. πάτερ, μένος μὲν, ξύστασίς τε σῶν φρενῶν
δεινή· τὸ μέντοι πρᾶγμ', ἔχον καλοὺς λόγους,
εἴ τις διαπτύξειεν, οὐ καλὸν τόδε.
ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον,

Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 307. Scironis autem fabulam tractavit Meursius Thes. c. vi. citans Diod. Sic. IV. 59. p. 303. Ovid. Met. VII. 443. Hygin. Fab. xxxviii. Strabon. Lib. IX. sub init. Pausan. Attic. c. 44. Plutarch. in Thes. Tom. I. p. 4. E. hujus verba sunt; Σκίρωνα δὲ πρὸ τῆς Μεγαρικῆς ἀνεῖλε ῥίψας κατὰ τῶν πετρῶν, ὡς μὲν ὁ πολὺς λόγος, ληστεύοντα τοὺς παριόντας· ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσιν, ὕβρει καὶ τρυφῇ προτείνοντα τὼ πόδε τοῖς ξένοις, καὶ κελεύοντα νίπτειν· εἶτα λακτίζοντα καὶ ἀπωθοῦντα τοὺς νίπτοντας εἰς τὴν θάλασσαν. Lasc. Σκιῤῥωνίδες.

987. ξύστασις φρενῶν. huic locutioni simillimam habet Euripides in Alcest. 813. Τοῦ νῦν σκυθρωποῦ καὶ ξυνεστῶτος φρενῶν. Significat ἡ ξύστασις vel τὸ ξυνεστηκὸς φρενῶν *animi contractionem*, quae ob dolorem et tristitiam fieri dicebatur. Conf. Cicer. Tusc. IV. 31. *Eodem enim vitio est effusio animi in laetitia, quo in dolore contractio.*

988. πολλοὺς λόγους Lasc. Ald. et MSS. nonnulli. καλοὺς A. B. Fl.

989. διαπτύξεις Schol. ἐρευνήσεις. In Soph. Antig. 709. supra a nobis laudato ad v. 78. Schol. διαπτυχθέντες· ἀνακαλυφθέντες.

990. ἄκομψος. non interpretor cum H. Stephano *illepidus, inelegans*: sed non *loquax*, *callidi et arguti sermonis haud peritus*; hic et in Fragm. Eur. Licymnii I. κομψὸς enim apud Nostrum de facundia dicitur, et significat *loquax, argutus, callidus*. Suppl. 441. Κομψός γ' ὁ κῆρυξ. Cycl. 315. Κομψὸς γενήσει καὶ λαλίστατος, Κύκλωψ. Troad. 652. κομψὰ θηλειῶν ἔπη. Iph. A. 333. De diversis ejus vocabuli potestatibus videnda sunt, quae fuse et docte disputarunt Gatakerus ad M. 124
Antonin. III. 5. p. 98, 43. Ruhnkenius ad Timaeum pp. 154. 161. Exponit Scholiasta ad Aristoph. Av. 195. Κομψόν· περίλαλον, πανοῦργον, ἀπατητικὸν, πιθανὸν, τεχνικόν. et similiter alii Grammatici. Hesychius autem ἄκομψον· ἀπανοῦργον, ἁπλοῦν. Hunc et seq. et v. 993. habet Plutarchus Tom. II. p. 6. B. Respexerunt Aristot. Rhet. II. p. 99, 17. X. Π. 515. ἔγωγ' nulla auctoritate edidit Brunckius. λόγους A.

εἰς ἥλικας δὲ κὠλίγους σοφώτερος.
ἔχει δὲ μοῖραν καὶ τόδ᾽· οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς
φαῦλοι, παρ᾽ ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.
ὅμως δ᾽ ἀνάγκη, ξυμφορᾶς ἀφιγμένης,
γλῶσσάν μ᾽ ἀφεῖναι. πρῶτα δ᾽ ἄρξομαι λέγειν,
ὅθεν μ᾽ ὑπῆλθες πρῶτον, ὡς διαφθερῶν,
κοὐκ ἀντιλέξοντ᾽. εἰσορᾷς φάος τόδε,
καὶ γαῖαν; ἐν τοῖσδ᾽ οὐκ ἔνεστ᾽ ἀνὴρ ἐμοῦ,
οὐδ᾽ ἢν σὺ μὴ φῇς, σωφρονέστερος γεγώς.
ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτα μὲν θεοὺς σέβειν,
φίλοις τε χρῆσθαι μὴ ᾽δικεῖν πειρωμένοις,
ἀλλ᾽ οἷσιν αἰδὼς μήτ᾽ ἀπαγγέλλειν κακὰ,
μήτ᾽ ἀνθυπουργεῖν αἰσχρὰ τοῖσι χρωμένοις·
οὐκ ἐγγελαστὴς τῶν ὁμιλούντων, πάτερ,
ἀλλ᾽ αὑτὸς οὐ παροῦσι, κἀγγὺς ὢν, φίλοις.

991. κωλίγου Ald. corrupte.

995. πρῶτά γ᾽ A. Fl.

996. πρῶτον pro vulgato πρότερον reposuit Valckenaerius e Codd. A. Fl. et X. Π. 519. Contulit ille Nostri Med. 475. Ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν. Suppl. 517. (527.) Καὶ πρῶτα μέν σε πρὸς τὰ πρῶτ᾽ ἀμείψομαι. Legit Marklandus Ὅθεν μ᾽ ἐπῆλθες.

997. Brunckius ad Marklandi et Valckenaerii mentem edidit οὐκ ἀντιλ. deleta copula: sed vulgatam lectionem ut magis emphaticam recte tuetur Heathius.

999. Heathius scribi voluit φῄς, quod soloecum esset: subjunctivus enim postulatur post ἤν.

1001. μὴ ἀδικεῖν πειρώμενος A. Forte legendum esse μὴ ᾽δίκων πειρωμένοις conjecit Musgravius.

1002. ἀπαγγέλλειν Ald. et MSS. ἀπαγγέλλειν vitiose Lasc. Miltonus corrigebat ἐπαγγέλλειν, vertens *neque inhonesta petere*, 125 teste Porsono. Et haec quidem correctio, sine nomine auctoris a Barnesio memorata, Viris doctis plerumque arrisit, et recepta est a Brunckio. Mihi vero satius visum est vulgatum retinere, et intelligere in eodem sensu, quo Nutrix in hac fabula dici potuisset ἀπαγγέλλειν Phaedrae κακά.

1005. Male legebatur αὐτὸς ante Valckenaerium, qui edidit ὡὐτὸς, obsecutus Marklando a Suppl. 867. sed debebat ἁὐτὸς, crasi Attica pro ὁ αὐτὸς *idem*. Simili ratione scribebant Attici ἁνὴρ, ἅναξ, ἁγὼν, ἅνθρωπος, ἅτερος, ἁγαθὸς pro ὁ ἀνὴρ, ὁ ἄναξ, ὁ ἀγὼν, etc. Has vero crases plerique

ἑνὸς δ' ἄθικτος, ᾧ με νῦν ἑλεῖν δοκεῖς·
λέχους γὰρ εἰς τόδ' ἡμέρας ἁγνὸν δέμας·
κοὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε, πλὴν λόγῳ κλύων,
γραφῇ τε λεύσσων· οὐδὲ γὰρ ταῦτα σκοπεῖν

ignorabant librarii, unde factum est, quod in veteribus editionibus fere semper comparent ἀνὴρ, ἄναξ, ἀγὼν etc. articulis non sine magno metri et linguae dispendio neglectis. In Nostri Heraclidis v. 459. 1052. Electr. 43. 351. 383. reponendum est ἁνὴρ, metro plane postulante. Brunckius ubicunque in tales formas offendit, aut crasin male exprimit, aut prava quadam mutatione metro satisfacere conatur. Prioris vitii exempla sint Soph. Oed. C. 32. Antig. 766. Aj. 324. 337. Philoct. 40. 212. ubi ἀνὴρ in ὡ'νὴρ mutat. In istis locis rescribas ἁνὴρ, quod saepe alias rescribendum, secundum Dawesii et Porsoni regulam: et in Aj. 99. Τεθνᾶσιν ἅνδρες. Diverso errore peccavit Brunckius in Oed. C. 630. ubi vulgo editum erat Γῇ τῇδ' ὅδ' ἀνὴρ ὡς τελῶν ἐφαίνετο. ille versui consuluit scribendo ἀνὴρ ὅδ'. corrigendum est ὅδ' ἁνὴρ, et hic, et in Trach. 391. Vid. Porson. ad Phoen. 1670. Ceterum, ut ad nostrum versum redeamus, apte conferunt Viri docti Suppl. 867. (877.) Φίλοις τ' ἀληθὴς ἦν φίλος, παροῦσί τε, Καὶ μὴ παροῦσιν. sic enim recte edidit Gaisfordius. Epicur. ap. Laert. X. 118. μόνον τε χάριν ἕξειν τὸν σοφὸν φίλοις καὶ παροῦσι καὶ ἀποῦσιν ὁμοίως. Valckenaerius scripsit Ἀλλ' αὐτὸς οὐ παροῦσι, κἀγγὺς, ὢν φίλος. sed distinctiones eum perperam mutasse, patebit e Porsoni nota ad Hec. 788. φίλος est in Codd. A. Fl.

1006. ἄθικτος activam habere potestatem videtur hic et in Soph. Oed. C. 1521. Ἄθικτος ἡγητῆρος. Conferas etiam Oed. T. 968. ἐγὼ δ' ὅδ' ἐνθάδε Ἄψαυστος ἔγχους. Contra passive significat, cum genitivo, in Soph. Trach. 687. ἀκτῖνός τ' ἀεὶ Θερμῆς ἄθικτον. et sic alibi. Plerumque quidem ἄθικτος valet *non tangendus, integer, sacer*, ut supra v. 648. Λέκτρων ἀθίκτων. Iph. T. 799. Aesch. Agam. 380. Soph. Oed. Tyr. 891. 897. Oed. Col. 39. ἔχειν pro ἑλεῖν E. P. Lasc.

1007. ἐς Lasc. 126

1008. κοὐκ Ald. Copulam omittunt A. Lasc. et Conditor dramatis Χ. Π. qui hunc et tres seqq. vv. usibus suis accommodavit v. 520—3.

1009. Attulit Brunckius Longi Pastoral. I. init. Ἐν Λέσβῳ θηρῶν, ἐν ἄλσει Νυμφῶν, θέαμα εἶδον κάλλιστον ὧν εἶδον, εἰκόνα, γραφὴν, ἱστορίαν ἔρωτος. corrigens εἰκόνα γραπτὴν, ἱστ. ἔ. Brunckii quidem emendationem hac nota, in margine

πρόθυμός εἰμι, παρθένον ψυχὴν ἔχων.
καὶ δὴ τὸ σῶφρον τοὐμὸν οὐ πείθει σ' ἴσως·
δεῖ δή σε δεῖξαι, τῷ τρόπῳ διεφθάρην.
πότερα τὸ τῆσδε σῶμ' ἐκαλλιστεύετο
πασῶν γυναικῶν; ἢ σὸν οἰκήσειν δόμον,
ἔγκληρον εὐνὴν προσλαβὼν, ἐπήλπισα;

libri scripta, comprobavit Porsonus: „*Recte. et sic Villoisonus Anecdot. Graec.* T. II. p. 66. *an.* 1781. *Strabo* XIV. p. 959. B. (648.) καθάπερ καὶ ἡ γραπτὴ εἰκὼν ἐμφανίζει ἡ ἐν ἀγορᾷ. *Pseudo-Plutarchus in vita Isocratis* p. 839. C. ἦν δὲ αὐτοῦ γραπτὴ εἰκὼν ἐν τῷ Πομπείῳ." R. P. οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν Codd. et Edd. omnes ante Brunckium, qui ex ingenio edidit οὐδὲ ταῦτα μὲν σκ. Conjecerat Valck. οὐδὲ ταῦτα καὶ σκ. Ego vero, ut γὰρ sedem suam obtineat, scripsi οὐδὲ γὰρ τ. σκ. quo ordine haec verba exhibet *X. Π.* 521.

1010. Confert Valckenaerius Philon. Jud. p. 742. A. παρθένους τὰς ψυχὰς διαφυλάττουσαι.

1011. Ita ex tribus Codd. A. B. Fl. cum Musgravio edidi. εἰ δὴ Lasc. Ald. Voculas κεἰ μὴ, quas receperunt Valck. et Brunck. credo equidem in Codice A. ex interpretatione scriptas fuisse. Docet Valckenaerius ad Herod. VII. 591. voculas καὶ δὴ apud Graecos valere *fac sane esse*, citans Nostri Med. 387. Καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις; Helen. 465. Καὶ δὴ παρεῖκεν.

1012. διεφθάρη Ald. Sed διεφθάρην omnes MSS. quos recte secuti sunt Valck. Brunck. et sic Lasc. nisi quod typographi incuria dedit διεφξάρην. Conferas Bacch. 313. καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν Οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

1013. Ejusdem regiminis exempla sunt in Med. 943. Πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ', ἃ καλλιστεύεται Τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν, οἶδ' ἐγὼ, πολύ. Herodot. VI. 61. τὴν δὲ, καταψῶσαν τοῦ παιδίου τὴν κεφαλὴν, εἶπαι, ὡς καλλιστεύσει πασέων τῶν ἐν Σπάρτῃ γυναικῶν. VII. 180. τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς (sc. νηός) τὸν καλλιστεύοντα. Fl. οὐ καλλιστεύετο mendose.

127 1014. οἰκῆσαι Ald. οἰκήσειν Codices et Lascaris, sequentibus nuperis Editoribus. οἰκεῖν οἶκόν vel δόμον apud istius aevi scriptores κατ' ἐξοχὴν significabat *domus ac familiae dominum esse.* Phoen. 611. ἐγὼ γὰρ τὸν ἐμὸν οἰκήσω δόμον. Andr. 582. Πῶς; ἢ τὸν ἀμὸν οἶκον οἰκήσεις μολὼν Δεῦρ'; Iph. A. 331. Οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;

1015. ἔγκληρος pro ἐπίκληρος dictum esse docent Viri docti, hic et in Iph. T. 682. Ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν. ἐπίκληρος proprie epitheton erat puellae, ad quam tota patris here-

μάταιος ἄρα, κοὐδαμοῦ μὲν ἦν φρενῶν.
ἀλλ' ὡς τυραννεῖν ἡδὺ τοῖσι σώφροσιν;
ἥκιστά γ'· εἰ μὴ τὰς φρένας διέφθορε
θνητῶν, ὅσοισιν ἁνδάνει, μοναρχία.
ἐγὼ δ' ἀγῶνας μὲν κρατεῖν Ἑλληνικοὺς
πρῶτος θέλοιμ' ἄν· ἐν πόλει δὲ δεύτερος
ξὺν τοῖς ἀρίστοις εὐτυχεῖν ἀεὶ φίλοις.
πράσσειν γὰρ εὖ πάρεστι· κίνδυνος δ' ἀπὼν
κρείσσω δίδωσι τῆς τυραννίδος χάριν.
ἓν οὐ λέλεκται τῶν ἐμῶν· τὰ δ' ἄλλ' ἔχεις.
εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι μάρτυς, οἷός εἰμ' ἐγώ,
καὶ τῆσδ' ὁρώσης φέγγος ἠγωνιζόμην,

ditas perveniret. Anglice, *an heiress.* Paullo aliter tamen Phaedrae nuptiae, post mortem Thesei, ἔγκληρος εὐνὴ dictae fuissent. Videas autem Ruhnken. ad Timaeum p. 209.

1016. Magna est in hoc versu lectionum varietas. Aldus Μάταιος ἄρ' ἦν, οὐδαμοῦ μὲν οὖν φρονῶν, quod et vulgo editur. Sed cum expositum sit a Scholiasta οὐδαμοῦ, φησι, συνέσεως ἤμην ἐγὼ, τοιαῦτα ἐννοούμενος, vidit Marklandus legendum esse κοὐδαμοῦ et φρενῶν, recte conferens Soph. Electr. 390. ποῦ ποτ' εἶ φρενῶν; et sic Brunckius, retinens μὲν οὖν. Sed pro οὖν Lasc. habet οὐ, Cod. A. ἦν. Ex his igitur varietatibus lectionem, quae optima visa sit, concinnavimus.

1017. Interpunctionem ad hunc modum mutavit Valckenaerius post Marklandum: Ἀλλ', ὡς τυραννεῖν ἡδύ; τοῖσι σώφροσιν Ἥκιστά γ'. particula parum recte, ut opinor, collocata: neque mentem Hippolyti satis percepisse videntur Viri doctissimi. Sensus est, *At vero dices etiam modestis dulce esse regnare? Minime quidem.* Interrogationem sustulit Brunck. sed vid. supr. 970.

1018. Conf. Ion. 633. Τυραννίδος δὲ, τῆς μάτην αἰνουμένης, Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ, τἀν δόμοισι δὲ Λυπηρά. 637. δημότης δ' ἂν εὐτυχὴς Ζῆν ἂν θέλοιμι μᾶλλον, ἢ τύραννος ὤν. ubi forsan legendum ἢ τύραννος ὤν. Soph. Oed. T. 687. Ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' αὐτὸς ἱμείρων ἔφυν Τύραννος εἶναι μᾶλλον, ἢ τύραννα δρᾶν, Οὔτ' ἄλλος, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται. Emendabat Miltonus μὲν pro μὴ, teste Porsono. διέφθορ' ἂν E. P. διέφθειρεν Fl.

1023. Vitiosa videtur Codicis Florentini Lectio πράσσειν τὰ 128 γὰρ παρέστι, κινδυνός τ' ἀπών. arrisit tamen Valckenaerio.

1024. κρεῖσσον Fl.

1025. ἕν γ' οὐ λ. scribendum putavit Valck.

1027. ὀρόσης Lasc. qui talibus vitiis saepenumero peccat.

ἔργοις ἂν εἶδες τοὺς κακοὺς διεξιών.
νῦν δ' ὅρκιόν σοι Ζῆνα, καὶ πέδον χθονὸς
ὄμνυμι, τῶν σῶν μήποθ' ἅψασθαι γάμων,
μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν.
ἦ τ' ἄρ' ὀλοίμην ἀκλεὴς, ἀνώνυμος,
καὶ μήτε πόντος, μήτε γῆ δέξαιτό μου
σάρκας θανόντος, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ.

1028. εἶλες pro εἶδες corrigi jussit Reiskius, et obsequentem habuit Brunckium.

1029. De Jove ὁρκίῳ egit Hemsterhusius ad Luciani Timon. Tom. I. p. 98.

1030. Vid. Porson. ad Phoen. 960.

1031. μηδ' εἰς ἔννοιαν Ald. metro consuluit Barnesius scribendo ἐς ἕν. Sed vera lectio μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν extat in omnibus MSS. Lasc. et X. Π. 525. Vertit Valck. *Jovem juro et Terrae solum, tuum me nunquam attigisse lectum; neque futurum, ut id unquam velim aut cogitem.* Observatum est supra ad v. 521. particulam ἂν cum optativis, infinitivis, et participiis conjunctam, vim futuri temporis conferre. ἀν' ἔννοιαν male Musgravius. ἔνοιαν Lasc.

1032. ἦτ' ἂν γ' ὀλοίμην post Aldinam vulgo editum est, nec mutavit Valck. Sed quod in textum demum restituimus habent Lascaris et MSS. praeter Flor. qui solenni errore ἦ γ' ἄρ'. Brunckius quidem ἦ τ' ἄρ', copulam τε male adhibens. ἦ τ' ἄρ', est ἦ τοι ἄρ', quam crasin satis attigimus ad v. 443. Ἡ κατολοίμην X.
129Π. 526. unde Valckenaerio venit in mentem Ἡ κάρτ' ὀλοίμην ἀκλεὴς, ἀνώνυμος. Post hunc vulgo sequitur versus Ἄπολις, ἄοικος, φυγὰς ἀλητεύων χθόνα, quem ut adulterinum, et partim ex v. 1051. male efformatum, ejiciendum esse censuit Valckenaerius, recte monens non lectum fuisse eum a Conditore X. Π. qui vv. 1031-2-4-5. continuos adhibet: quin et initium adsumi potuisse ex Euripidis senario apud Aelian. Var. Hist. III. 29. Diog. Laert. VI. 38. Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος.

1033. Citat Eustathius ad Il. *Η.* p. 668, 64=538, 18. intelligens de physica corporis dissolutione, et comparat cum simili loco Orest. 1085. Μήθ' αἷμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον, Μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ, εἴ σ' ἐγὼ προδούς ποτε, Ἐλευθερώσας τοὐμὸν, ἀπολίποιμί σε. Haec attulit Eustathius ad illustrandum Homeri locum Il. *Η.* 99. Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε, Ἥμενοι αὖθι ἕκαστοι ἀκήριοι, ἀκλέες αὔτως. addens Xenophanis hexametrum Πάντες γὰρ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐκγενόμεσθα. Rectius autem, ut videtur, exponit Barnesius de sepultura incestis denegata. σαρκὸς pro σάρκας Eustath. Ed. Bas. corrupte.

εἰ δ' ἥδε δειμαίνουσ' ἀπώλεσεν βίον,
οὐκ οἶδ'· ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις λέγειν πέρα.
ἐσωφρόνησεν, οὐκ ἔχουσα σωφρονεῖν·
ἡμεῖς δ' ἔχοντες, οὐ καλῶς ἐχρώμεθα.
ΧΟ. ἀρκοῦσαν εἶπας αἰτίας ἀποστροφὴν,
ὅρκους παρασχὼν, πίστιν οὐ σμικρὰν, θεῶν.
ΘΗ. ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς καὶ γόης πέφυχ' ὅδε,
ὃς τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὐοργησίᾳ

1036. Alium ordinem *οὐ πέρα θέμις λέγειν* dederunt Valckenaerius et Brunckius ex A. et *X. Π.* 530. neque ego repugno. ultimam enim semper producit *πέρα*. Vid. supra v. 506. Aesch. Prom. 30. Soph. Electr. 521. 633. 1506. Phil. 332. 1277. Oed. T. 343. Oed. C. 235. ubi metrum dactylicum vitiavit Brunckius, 257. 651. Haec omnia exempla effugerant Marklandum, qui in initio trochaici Iph. A. 397. legere voluit *πέρα δίκης*. In nostro tamen versu nolui vulgatum ordinem mutare: Euripides enim *πέρα* saepius in fine senarii collocat. *οὐ θέμις πέρα λέγειν* B. D. Fl.

1037. *ἐσωφρόνησε δ'* A. *ἑκοῦσα* pro varia lectione D. „Ludit in ambiguo verbo *σωφρονεῖν* significante, *sana mente esse; prudenter agere.* Videri Phaedra poterat morte sibi sua castitatis famam prudenter comparasse: contra Hippolytus nihil aliud effecisse sua pudicitia, quam ut patris cubile temerasse censeretur. Oxymori figuram notissimam prae ceteris adamavit Euripides; cujus et ista sunt in Hec. 564. *Ὁ δ', οὐ θέλων τε, καὶ θέλων, οἴκτῳ κόρης.* Phoen. 360. *Μῆτερ, φρονῶν εὖ, κοὐ φρονῶν, ἀφικόμην.* Ion. 1444. *Ὁ κατθανὼν τε, κοὐ θανὼν, φαντάζομαι.* Recte judicavit St. Berglerus, ista talia ridenda sibi 130
Comicum sumpsisse, dum in *Ἀχαρν.* v. 395. interroganti *ἔνδον ἔστ' Εὐριπίδης;* servulus respondet, *Οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις·* ubi praeter alia Euripidis hunc quoque versum adscripsit Berglerus." Valck.

1038. *ἐκτώμεθα* C.

1040. Vid. supra ad v. 653.

1041. *οὐ γόης* auctoritate Codicis A. edidit Valck. Bacch. 233. *Λέγουσι δ' ὥς τις εἰσελήλυθε ξένος Γόης, ἐπῳδὸς, Λυδίας ἀπὸ χθονός.* De voce *γόης* nonnulla disputata sunt a Piersono ad Moerin p. 113.

1042. *εὐορκησίᾳ* Lasc. Ald. et plerique Codd. sed *εὐοργησίᾳ* restituit Musgravius ex Cod. A. quocum facit Scholiasta, exponens per *πραότητι*. Photius enim *εὐόργητος· πρᾶος*. Affert Musgr. Bacch. 641. *Πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν.* Vocem interpretatur Valck. *morum et ingenii boni-*

ψυχὴν κρατήσειν, τὸν τεκόντ' ἀτιμάσας;
ΙΠ. καὶ σοῦ γε κάρτα ταῦτα θαυμάζω, πάτερ·
εἰ γὰρ σὺ μὲν παῖς ἦσθ', ἐγὼ δὲ σὸς πατὴρ,
ἔκτεινά τἄν σε, κοὐ φυγαῖς ἐζημίουν,
εἴπερ γυναικὸς ἠξίους ἐμῆς θιγεῖν.
ΘΗ. ὡς ἄξιον τόδ' εἶπας· οὐχ οὕτω θανεῖ,
ὥσπερ σὺ σαυτῷ τόνδε προὔθηκας νόμον·
ταχὺς γὰρ Ἅιδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ·
ἀλλ' ἐκ πατρῴας φυγὰς ἀλητεύων χθονὸς,
ξένην ἐπ' αἶαν, λυπρὸν ἀντλήσεις βίον.
μισθὸς γάρ ἐστιν οὗτος ἀνδρὶ δυσσεβεῖ.
ΙΠ. οἴμοι, τί δράσεις; οὐδὲ μηνυτὴν χρόνον
δέξει καθ' ἡμῶν, ἀλλά μ' ἐξελᾷς χθονός;
ΘΗ. πέραν γε πόντου, καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν,

ίας. Codex Flor. habet εὐεργεσίᾳ, errore scilicet pro εὐοργησίᾳ.

1044. Similis est constructio in Soph. Phil. 1362. *Παῖ, σοῦ δ' ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τάδε*, corrigente Porsono ad Orest. 614. ταῦτα κάρτα Lasc.

1045. μοῦ pro μὲν conjecit Marklandus.

1046. Mendose Fl. Ἔκτεινά τις ἄν, κοὐ φυγῆς ἐζημίουν. Hinc tamen conjecit Valck. κοὐ φυγῇ σ' ἐζ. pronomine male repetito. φυγαὶ de uno exilio dictum infra v. 1172. ubi alia quaedam notabuntur. Pro vulgato Ἔκτεινά τοι σ' ἄν, quod in priore editione repraesentaveram, nunc, monente Elmsleio, rescripsi Ἔκτεινά τἄν σε, voculis σε et ἂν transpositis. Hanc emendationem certissime firmat v. 1411. *Τί δ'; ἔκτανές τἄν μ', ὡς τότ' ἦσθ' ὠργισμένος.*

131 1050. δυσσεβεῖ pro δυστυχεῖ A. Confert Valckenaerius Horat. Epod. xvii. 62. *Sed tardiora fata te votis manent; Ingrata misero vita ducenda est in hoc, Novis ut usque suppetas laboribus.*

1051. Aldus ἀλιτεύων, quod vitium non ante Valckenaerianam editionem e textu sublatum est.

1052. Idem fere versus legitur supra 902.

1053. *Μ.* γάρ οὗτός ἐστιν ἀ. δ. Cod. A.

1056. τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν, e tribus Codicibus A. B. Fl. edidit Musgravius; et ita quidem Valckenaerius, etsi ipsum facti poenituisse videtur: in nota enim τόπων Ἀτλ. exemplis abunde confirmat, observans alteram lectionem e v. 3. repetitam esse. In Aesch. Prom. 355. dixit Prometheus ἐπεί με χαὶ κασιγνή-

εἴ πως δυναίμην· ὡς σὸν ἐχθαίρω κάρα.
ΙΠ. οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων
φήμας ἐλέγξας, ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς;
ΘΗ. ἡ δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη,
κατηγορεῖ σου πιστά· τοὺς δ' ὑπὲρ κάρα
φοιτῶντας ὄρνις πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.
ΙΠ. ὦ θεοί, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύω στόμα,
ὅστις γ' ὑφ' ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι;
οὐ δῆτα· πάντως οὐ πίθοιμ' ἂν οὕς με δεῖ,
μάτην δ' ἂν ὅρκους ξυγχέαιμ', οὓς ὤμοσα.
ΘΗ. οἴμοι· τὸ σεμνὸν ὥς μ' ἀποκτείνει τὸ σόν.

του τύχαι Τείρουσ' Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους Ἕστηκε, κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς Ὤμοιν ἐρείδων. Soph. Trach. 1101. τόν τε χρυσέων Δράκοντα μήλων φύλακ' ἐπ' ἐσχάτοις τόποις. Vide notam ad v. 3.

1059. ἐλέγχων Fl. male.

1060. Sortes, sive notae ex observatis augurum, tabellis inscriptae erant. Citavit Valck. Phoen. 852. ubi Tiresias ad natam, Κλήρους τ' ἐμοὶ φύλασσε παρθένῳ χερὶ, Οὓς ἔλαβον, οἰωνίσματ' ὀρνίθων μαθὼν, Θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν, οὗ μαντεύομαι. Idem cum Thesei dicto recte contulit Soph. Oed. T. 964. Φεῦ, φεῦ· τί δῆτ' ἄν, ὦ γύναι, σκοποῖτό τις Τὴν Πυθόμαντιν ἑστίαν, ἢ τοὺς ἄνω Κλάζοντας ὄρνις —;

1062. πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. Haec phrasis illustrata est supra ad v. 112.

1063. Vulgo λύσω. Reposui equidem λύω, corrigente Elmsleio, qui ad Heracl. 805. monuit in hujusmodi locutionibus vel praeteritum vel praesens potius quam futurum adhibitum esse. citans Herc. F. 1146. Arist. Lys. 1103.

1064. ἡμῶν pro ὑμῶν Flor. et mox συγχέοιμ', ὤμνυσα.

1065. πείθοιμ' ἂν Lasc. frequentissimo errore. Vid. supra 896. οἷς με δεῖ vulgo. sed οὓς ex A. et Lasc. receperunt Valck. Brunck. quod jam emendaverat Reiskius. πείθειν active significans *persuadere* accusativum adsciscit. vid. v. 1011. 1307. 1353. Pessime igitur Heathius vertit οὐ πίθοιμ' ἂν *non obedienter me gererem*; quod esset οὐ πιθοίμην ἄν. οὕς μ' ἔδει maluit Valck. sed alterum commodius videtur.

1067. ἀποκτενεῖ vulgo. sed praestat ἀποκτείνει, quod habet Cod. A. et inde sumpsit Valckenaerius, vertens, *Ah! tristis ista vultus tui ac ficta severitas quam me enecat!* Piersonus ad Moerin p. 74. infeliciter conjecit ἀποκναίει. Istud quidem compositum eodem sensu, quo Latinum *enecare*, usurpatum illustra-

οὐκ εἶ πατρῴας ἐκτὸς ὡς τάχιστα γῆς;
ΙΠ. ποῖ δῆθ᾽ ὁ τλήμων τρέψομαι; τίνος ξένων
δόμους ἔσειμι, τῇδ᾽ ἐπ᾽ αἰτίᾳ φυγών;
ΘΗ. ὅστις γυναικῶν λυμεῶνας ἥδεται
ξένους κομίζων, καὶ ξυνοικουροὺς κακῶν.
ΙΠ. αἶ, αἶ· πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ᾽ ἐγγὺς τόδε,
εἰ δὴ κακός γε φαίνομαι, δοκῶ τε σοί.
ΘΗ. τότε στενάζειν καὶ προγιγνώσκειν ἐχρῆν,
ὅτ᾽ εἰς πατρῴαν ἄλοχον ὑβρίζειν ἔτλης.
ΙΠ. ὦ δώματ᾽, εἴθε φθέγμα γηρύσαισθέ μοι,

vit Ruhnkenius ad Timaeum p. 42. Sed ostendi oportebat in tali significatione Tragicis quoque fuisse adhibitum.

1068. εἶς pro εἶ Lasc. De potestate verbi εἶμι dictum est supra ad v. 804. Aldi editio ἔκτος in fine versus habet. Emendavit Canterus.

1069. ποῖ δῆθ᾽ ὁ τλήμων A. Valck. Brunck. quos secutus sum. vulgo ποῖ δῆτα τλήμων — sed vim quandam addit articulus. sicut infra v. 1231.

133 1071. λυμαιῶνας Fl.

1072. ξυνοικουροὺς κακῶν exponit Schol. ξυνεργάτας τῶν κακῶν. Mulieres quidem domum custodientes appellatas fuisse οἰκουροὺς, ostendimus supra ad v. 787. unde vocantur a poeta ξυνοικουροὶ κακῶν, qui simul cum illis domi mala patrarent. Conjicit Jacobs. Exercit. Crit. p. 53. ξυν. λεχῶν.

1073. Conjecit Reiskius Ἕρπει πρὸς ἧπαρ. Valckenaerius Χωρεῖ, vel Θίγγει, vel quod maluerit, Δύνει πρὸς ἧπαρ. Si quid novandum esset, legerem cum Brunckio, Αἶ, αἶ. χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ᾽ ἐγγὺς τόδε, exclamationibus istis extra metrum positis: Sophocles enim in Aj. 938. Χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύη. Θίγγει autem vox nihili est. Sed, ut verum fatear, nihil in hoc versu desidero: sententia enim, ob suppressum verbum abruptior, loquentis menti apprime convenit.

1074. κακός τε Ald. κακός γε Lasc. et MSS. Eldikius apud Luzac. Exerc. Acad. p. 54. tautologia, quam in hoc versu inesse credidit, offensus, e conjectura rescribendum censuit Εἰ δὴ κακός γ᾽ ἐφαινόμην, οὐκ ὤν γε, σοι. senarium a cujusvis auribus statim repudiandum. Istam tamen conjecturam, qua infeliciorem vix reperias, elegantiae nomine, si credere par est, commendabat Valckenaerius.

1075. προγιγνώσκειν σ᾽ ἐχρῆν A. B. Fl. sequentibus Valckenaerio et Brunckio.

1077-8. γηρύσεσθε et μαρτυρήσετ᾽ Lasc. et MSS. quidam:

καὶ μαρτυρήσαιτ', εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ.
ΘΗ. εἰς τοὺς ἀφώνους μάρτυρας φεύγεις; σαφῶς
τόδ' ἔργον, οὐ λέγον, σε μηνύει κακόν.
ΙΠ. φεῦ. εἴθ' ἦν ἐμαυτὸν προσβλέπειν ἐναντίον
στάνθ', ὡς ἐδάκρυσ' οἷα πάσχομεν κακά.
ΘΗ. πολλῷ γε μᾶλλον σαυτὸν ἤσκησας σέβειν,
ἢ τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾶν, δίκαιος ὤν.
ΙΠ. ὦ δυστάλαινα μῆτερ· ὦ πικραὶ γοναί·
μηδείς ποτ' εἴη τῶν ἐμῶν φίλων νόθος.
ΘΗ. οὐχ ἕλξετ' αὐτόν, δμῶες; οὐκ ἀκούετε
πάλαι ξενοῦσθαι τόνδε προὐννέποντά με;

sed ε et αι in libris saepissime permutantur, (vid. supr. v. 872. 1071.) et optativas formas recte exhibent E. P. Aldus γηρύσοισθε et μαρτυρήσαιτ'; illud corrupte. Corruptius autem γηρύεσθε et μαρτυρήσατ' A. γηρήσεσθε Fl. Conferas quae supra ad v. 420. adnotavi.

1079. Diversam lectionem σοφῶς pro σαφῶς, memorat Scholiasta, et agnoscunt duo MSS. B. D. probante Marklando, 134 qui legendum putabat — μάρτυρας φεύγεις; σοφῶς· Τὸ δ' ἔργον —.

1081. Cum φεῦ, ἔα, et tales exclamationes extra versum sunt, ut hic et in vv. 208. 345. 1413. plenam posui distinctionem; cum partem versus faciunt, aut nullam aut minorem; secutus Porsoni regulam, ad Hec. 55.

1082. De constructione vocularum ὡς, ἵνα, ὅπως, cum indicativo, satis disputatum videtur supra ad v. 643. qua quidem rite percepta, plana fiet sententia horum versuum, in quibus obscuritatem quandam inesse arbitrati sunt Viri docti.

1083. Interpretatur Valck. *Temet ipse multo magis colere studuisti, quam justus esse, et parentes qua decebat veneratione prosequi.* et observat, „Eximie dicebant θεοὺς σέβειν· in hominum societate τὰ δίκαια καὶ ὅσια ποιεῖν." Mirifice depravatus est hic versus in Cod. Fl. Πολλῷ γε ἤσκησας μᾶλλον φεύγειν σε θύειν.

1087. Noster in Hec. 1269. Οὐχ ἕλξετ' αὐτόν, δμῶες, ἐκποδὼν βίᾳ;

1088. Vertas, *Nonne auditis me jam dudum edicentem huncce peregrinum fieri,* hoc est *exulare?* Alibi quidem ξενοῦσθαι denotat *hospitari, hospitio excipi.* vid. Alcest. 68. Ion. 833. Hic autem eandem habet potestatem ac compositum ἀποξενοῦσθαι in Hec. 1210. χρόνον Πολὺν πατρῴας γῆς ἀπεξενωμένοις. τῷδε προὐνέποντά με Lasc.

ΙΠ. κλάων τις αὐτῶν ἄρ' ἐμοῦ γε θίξεται·
σὺ δ' αὐτὸς, εἴ σοι θυμὸς, ἐξώθει χθονός.
ΘΗ. δράσω τάδ', εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πείσει λόγοις·
οὐ γάρ τις οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φυγῆς.
ΙΠ. ἄραρεν, ὡς ἔοικεν. ὦ τάλας ἐγώ·
ὡς οἶδα μὲν ταῦτ', οἶδα δ' οὐχ ὅπως φράσω.
ὦ φιλτάτη μοι δαιμόνων, Λητοῦς κόρη,
ξύνθακε, συγκύναγε, φευξόμεσθα δὴ

1089. ἄρ' Lasc. Pro vulgato κλαίων scripsi κλάων, ut semper Attici, monentibus Moeride, Etymologo M. et Eustathio, quorum verba citavit Piersonus ad Moerin p. 231. Notum est χαίρων nonnunquam dici de eo *qui poena immunis est*, ut in Soph. Oed.
135 T. 363. Ἀλλ' οὔ τι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς. Antig. 759. Phil. 1299. Noster Med. 399. ubi vertunt interpretes χαίρων *impune*. Contrario autem usu adhibetur κλάων, et frequens est comminantis formula: exempla dabunt, praeter hunc versum, Androm. 756. τίς ὑμῶν ἅψεται; κλάων ἄρα Ψαύσει. Suppl. 458 (468.) Κλάων ἂν ἦλθες, εἴ σε μὴ 'πεμψεν πόλις. Heracl. 271. Κλάων ἄρ' ἅψει τῶνδε, κοὐκ ἐς ἀμβολάς. Soph. Oed. Tyr. 401. Antig. 754. Simile est in Aeschyli Suppl. 932. Κλάοις ἄν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' εἰς μακράν. Iph. A. 306.

1092. ἐπέρχεται A. „φρενὸς *pro* φυγῆς *tacite Valckenaer. ad Phoeniss.* 1379." R. P.

1093. Omnes editiones praeter Brunckianam habent ἄρηρεν, quod Ionicum est. ἄραρεν recte conservarunt A. et X. Π. 837. quae forma Atticis cum Doriensibus communis erat. Ejusdem generis sunt Dorismi isti quos Atticis vindicarunt Valckenaerius ad Phoen. 6. Porsonus ad Orest. 26. Ἀθάνα, δαρὸς, ἕκατι, ποδαγὸς, λοχαγὸς, ξεναγὸς, ὀπαδὸς vv. 107. 1146. κυναγὸς, et compositum ejus συγκυναγὸς infr. v. 1096. Ad hanc classem referri possunt θᾶκος cum compositis, (vid. v. 1096.) γάπονος, γαπετὴς, γάπεδον, γάμορος, γάποτος, γάτομος, κάρανον et ex eo composita, quae Attici Poetae etiam in Senariis adhibebant: ἑκατογκάρανον Aeschylo restituit Blomfieldius in Prom. 361.

1094. X. Π. 604. 719.

1095. κόρα Lasc. Ald. et MSS. praeter A. Verum iste Dorismus nusquam extra Choros Tragicis donandus est. Etiam in voce δέρη Ionicam terminationem retinebant Attici.

1096. φεύξομαι et φευξοῦμαι Tragicis perinde erant in usu. In Orest. 1610. Heracl. 507. φευξόμεσθα. in Bacch. 659. Helen. 508. 1050. φευξούμεθα metrum postulat. φευξούμεσθα, quod extat in duobus Codicibus A. Fl. magis Atticum est: et siquis

κλεινὰς Ἀθήνας· ἀλλὰ χαίρετ᾽, ὦ πόλις,
καὶ γαῖ᾽ Ἐρεχθέως· ὦ πέδον Τροιζήνιον,
ὡς ἐγκαθηβᾷν πόλλ᾽ ἔχεις εὐδαίμονα,
χαῖρ᾽· ὕστατον γάρ σ᾽ εἰσορῶν προσφθέγγομαι.
ἴτ᾽, ὦ νέοι μοι τῆσδε γῆς ὁμήλικες,
προσείπαθ᾽ ἡμᾶς, καὶ προπέμψατε χθονός,
ὡς οὔποτ᾽ ἄλλον ἄνδρα σωφρονέστερον
ὄψεσθε, κεἰ μὴ ταῦτ᾽ ἐμῷ δοκεῖ πατρί.

ΧΟ. ἦ μέγα μοι τὰ θεῶν μελεδήμαθ᾽, ὅταν φρένας ἔλθῃ, στρ. ά.
λύπας παραιρεῖ·
ξύνεσιν δέ τιν᾽ ἐλπίδι κεύθων,

hanc formam in contextu rescribere malit, id nobis non invitis faciet.

1097. χαιρέτω πόλις Editiones omnes. χαίρετ᾽, ὦ πόλις Καὶ γαῖ᾽ Ἐρ. emendavit in schedis Porsonus, conferri jubens Alcest. 136
399. ἀλλὰ χαίρετ᾽, ὦ τέκνα. ibi quoque χαιρέτω Lascaris et Aldus.

1100. „νῦν pro γὰρ *fortasse X. Π.* 1813. 1631." R. P. προσφθέγξομαι edidit Barnesius, suo an typographi errore, nescio.

1102. *X. Π.* 686. 1493.

1105. Praepositionem περὶ ante θεῶν supplet Scholiasta. In hoc Choro versus 1105. 1108. 1112. 1115. 1119. 1128. quorum singuli in duos versiculos vulgo dividuntur, in hexametros contraxi.

1106. παραινεῖ A. Fl. litera ν pro ρ, quod saepe accidit, expressa. Causa non erat, cur παραιρεῖ suspectum haberet Valckenaerius, et conjiceret παραίνυται. Legitur quidem παραιρῶν in Nostri Heracl. 911. παραιρεῖ etiam Schol. ad Aesch. Agam. 171. qui hunc versum cum praecedente citat.

1107. Sententiam sic exposuit Heathius, probante Valckenaerio. *Et cum spem conceperim me aliquid circa divinam providentiam certi intelligere, spes ista rursus me frustratur, cum in fortunas et in facta mortalium intueor.* Notandum est quod Chorus mulierum de se loquens, masculina participia κεύθων et λεύσσων usurpat: et hoc equidem credo prorsus insolenter factum esse. Vulgo quidem editum est in Androm. 422. Ὤικτειρ᾽ ἀκούσας· οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυστυχῆ Βροτοῖς ἅπασι, κἂν θυραῖος ὢν τύχῃ. Sed ibi recte Lascaris ἀκούσασ᾽. Scholiasta, ut poetam quodammodo

λείπομαι, ἔν τε τύχαις θνατῶν καὶ ἐν ἔργμασι λεύσσων.
ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται·
μετὰ δ' ἵσταται ἀνδράσιν αἰὼν
πολυπλάνητος ἀεί.
εἴθε μοι εὐξαμένᾳ θεόθεν τάδε μοῖρα παράσχοι, ἀντ. α'.
τύχαν μετ' ὄλβου,
καὶ ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν·
δόξα δὲ μήτ' ἀτρεκής, μήτ' αὖ παράσημος ἐνείη.
ῥᾴδια δ' ἤθεα τὸν αὔριον
μεταβαλλομένα χρόνον ἀεὶ
βίον ξυνευτυχοίην. [στρ. β'.
οὐκέτι γὰρ καθαρὰν φρέν' ἔχω, παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω·

137 excuset, monet eum ex sua persona haec locutum esse. De hac re quaedam disseruit Dorvillius ad Chariton. p. 153.

1109. ἄλλοτ' ἀμείβεται Lasc. Ald. contra metrum. ἄλλοθεν ex A. Fl. reposuit Valck. Aliud est exemplum versiculi, habentis dipodiam Iambicam duobus dactylis subjectam, in Nostri Med. 1253. ἀμοίβεται et mox ἵσταт' Lasc.

1112. εἴθε μοι δ' A. Fl.

1114. ἀγήραον ἄλγεσι Lasc. Ald. et sic vulgo. Sed MSS. A. Fl. ἀκήρατον, cujus restitutio Musgravio debetur. Exponunt Glossae ἄφθορον, ἀήττητον. Vertit Valck. *animum curis vacuum*, vel *ab omni luctu purum et incorruptum*. Timaeus Lex. Plat. p. 17. ἀκήρατοι· καθαροί. ubi vocem illustravit Ruhnkenius. ἄλγεσθαι Fl. corrupte.

1115. De sensu vocis ἀτρεκὴς diximus supra ad v. 261. παράσημος exponit Schol. ἀντὶ τοῦ ἀδόκιμος, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κιβδήλων νομισμάτων. Similia habent Suidas et Harpocratio, (qui citant παράσημος ῥήτωρ ex Oratione Demosthenis ὑπὲρ Κτησιφῶντος) et Hesychius.

1116. Latinis numeris pulchre et fideliter convertit Grotius; *Mores sed faciles habens, Et quos crastina molliter Immutet veniens dies, Tuto perfruar otio.* Pro αὔριον Musgravius male corrigebat ὥριον, exponens *tempestivum*. sed ὥριος pro ὡραῖος nunquam, opinor, usurpabant Tragici.

1117. Corruptissime Flor. καταλαμβανομέναν.

138 1119. καθαράν. Schol. ἀτάραχον, καὶ ἄφοβον. Metaphora in hoc versu ducta esse videtur ab aquarum perturbatione. Eandem imaginem expressit Shakespearius, *Troilus and Cressida*, Act. III. Sc. 3. sub fin. *My mind is troubled, like a fountain stirr'd, And I myself see not the bottom of it.* Assentior Heathio interpretanti παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω, *praeter*

ἐπεὶ τὸν Ἑλλανίας
φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας,
εἴδομεν, εἴδομεν ἐκ πατρὸς ὀργᾶς
ἄλλαν ἐπ' αἶαν ἱέμενον.
ὦ ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς,
δρυμός τ' ὄρειος, ὅθι κυνῶν
ὠκυπόδων μέτα θῆρας ἔναιρεν,

expectationem autem res evenire video. A. P. Fl. Lasc. habent παρ' ἐλπίδα λεύσσων; sed participium fluxit, ut videtur, a v. 1108. Corrigere tentabat Musgravius παρὰ δ' ἐλπίδ' ἃ λεύσσω, vel, quod minus ferri posset, παρὰ δ' ἐλπίδ' ἀλύσσω.

1120. Adjectivum Ἑλλήνιος pro Ἑλληνικὸς usurpavit Herodotus a Valck. indicatus Lib. V. 92. p. 424, 20. ἐπιμαρτυρόμεθά τε ἐπικαλεόμενοι ὑμῖν θεοὺς τοὺς Ἑλληνίους, μὴ κατιστάναι τυραννίδας ἐς τὰς πόλιας.

1121. Ἀθάνης Lasc. Ald. et MSS. sed Ἀθάνας habet Eustathius ad Il. E. p. 515, 42 = 388, 49. observans Tragici nostri locutionem Ἑλλανίας φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας adumbratam esse ab Homerica ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ. Exponit etiam Eustath. ἤγουν ἀστέρα τῆς παρ' Ἕλλησιν Ἀθηνᾶς· ταὐτὸν δ' εἰπεῖν διάδηλον ἐν Ἀθήναις, αἳ παρονομάζονται τῇ Ἀθηνᾷ. Confert Valckenaerius Anthol. III. xxv. 1. Μουσάων ἀστέρα καὶ Χαρίτων, sc. Homerum. 42. Τὸν τραγικῆς Μούσης ἀστέρα Κεκρόπιον. sc. Sophoclem.

1122. ὀργὰς Lasc. et Ald. perperam; postulatur enim genitivus.

1124. Ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτῆς, ἤγουν λευκῆς, κατὰ τοὺς παλαιούς. Eustath. ad Il. E. p. 468, 43 = 357, 9. derivans ab Homerico πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης. Sed rectius, ut opinor, Valckenaerius judicavit a πολιὰ formari non potuisse πολιῆτις· sed esse femininum ab Homerico πολιήτης, significare autem litus Troezeni *vicinum*, *ejusdem regionis*. Vocem adhibuit Apollonius I. 867. ubi Hercules puellas populares vocat πολιήτιδας.

1125. Copulam omittit Fl. ὦ δρυμὸς ὄρειος Lasc. Schol. ὦ δρυμοί, ὄρειος A.

1126. Vulgo legitur Ὠκυπόδων ἐπέβα Θεᾶς μέτα, θῆρας ἐναίρων, metris antistrophicis aperte repugnantibus. Θεᾶς, ut 139
ineptum additamentum, delevit Brunckius, idcirco laudatus a Porsono ad Phoen. 5. „Ex Hippolyto 1139. (1143. Musgr.) Θεᾶς recte ejecit Brunckius; quanquam ne sic quidem iste locus perpurgatus videtur." Quid in animo habuerit Criticorum summus, pro certo praestare non possum. Correctione tamen aliqua opus esse, vel propter metra male congruentia, manife-

Δίκτυνναν ἀμφὶ σεμνάν.
οὐκέτι συζυγίαν πώλων Ἐνετᾶν ἐπιβάσει, ἀντ. β΄.
τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον
κατέχων ποδὶ γυμνάδας ἵππους.
μοῦσα δ' ἄϋπνος ὑπ' ἄντυγι χορδᾶν
λήξει πατρῷον ἀνὰ δόμον·
ἀστέφανοι δὲ κόρας ἀνάπαυλαι
Λατοῦς βαθεῖαν ἀνὰ χλόαν·

sium est. Mihi quidem olim videbatur omittenda vox ἐναίρων, et adsumenda Scholiastae constructio, ὅθι μετὰ κυνῶν ὠκυπόδων ἐπέβα θῆρας. Hodie vero vocem ἐπέβα e Scholio oriundam censeo, et omnino amplector correctionem doctissimi Censoris Angli (*Quart. Rev.* Vol. viii. p. 224.) Ὠκυπόδων μέτα θῆρας ἐναίρεν. Sic profecto optime procedent metra: quin et observabit Lector, tribus dactylicis tetrametris totidem versus Iambicos, satis venusto ordine, subjungi. ἐπέβας MS. A. et sic legit Scholiasta, qui et κατὰ pro μετὰ vitiose exhibet. μέγα γῆρας Fl.

1127. Δίκτυναν Schol. vid. supra ad v. 145.

1128. Vid. supra 231.

1129. Ellipsis est praepositionis κατὰ, qualis in Orest. 1248. Στῆθ' αἱ μὲν ὑμῶν τήνδ' ἁμαξήρη τρίβον. Soph. Aj. 80. Πηδῶντα πέδια σὺν νεοῤῥάντῳ ξίφει. Alia exempla satis obvia sunt. Vid. supra v. 228.

1130. Hanc lectionem tuentur omnes Libri cum Scholiasta. Reiskium legentem γυμνάδος ἵππον secuti sunt Musgravius et Brunckius.

1131. „Attigit haec Euripidis Eustath. in Il. E. p. 456, 18, Ἄντυξ—οὐ μόνον ἐπὶ ἅρματος—ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ζυγοῦ κιθάρας, κατὰ τοὺς παλαιούς, ἢ πήχεως, καθ' ὃ σημαινόμενον Ἄντυγα χορδῶν Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ἱππολύτῳ. Inter Lyrae partes ζυγοῦ meminit et πήχεως Eratosthenes Catast. c. xxv. cujus Graeca deerant Scaligero Latina tractanti Hygini et Schol. Germanici Manil. p. 422. Rem de lyrae quoque partibus intricatam esse significavit Clar. *T. H.* in Lucian. p. 223." Haec Valckenaerius. Ceterum ἄντυξ, quod hic de *jugo citharae* dicitur, proprie quemvis ambitum significavit. Est *ambitus currus* in hujus dramatis vv. 1183. 1226. ut in Hom. Il. E. 262. ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας. *ora clypei* Il. Σ. 607. Ἄντυγα πὰρ πυμάτην σάκεος. de *orbe Lunae*, Quint. 140 Calaber Α. 146. ἀλίγκιον ἄντυγι μήνης. Flor. μὲν ὕπνος, et mox δρόμον. B. D. χορδᾶς. Non absimilem figuram adhibuit Horatius Carm. II. x. 18. *quondam cithara tacentem Suscitat Musam.*

1134. βαθεῖαν. *fertilem* interpretatur Blomfieldius ad Aesch.

νυμφιδίων δ' ἀπόλωλε φυγᾷ σᾷ
λέκτρων ἅμιλλα κούραις.
ἐγὼ δὲ σᾷ δυστυχίᾳ — ἐπῳδός.
δάκρυσιν διοίσω
πότμον ἄποτμον· ὦ τάλαινα
μᾶτερ, ἔτεκες ἀνόνατα· φεῦ,
μανίω θεοῖσιν·
ἰὼ ἰώ, συζυγίαι Χάριτες,
τί τὸν τάλαν' ἐκ πατρῴας

Prom. 673. ubi πρὸς Λέρνης βαθὺν λειμῶνα. conferens Androm. 635. βαθεῖαν γῆν. Homer. Il. *I.* 147. βαθὺ λήϊον. *I.* 151. Ἄνθειαν βαθύλειμον. Plura quaerantur hujus significationis exempla in ipsius nota, et in locis ibi indicatis. ἀν' ὕλαν E. P. Lasc.

1135. In omnibus editionibus hactenus scriptum est νυμφίδια δ' ἀπόλωλε λέχη φυγᾷ σᾷ, quod per metrum stare non potest. Delendum igitur judicavi λέχη, sententiae ac metro perinde incommodum; et deest profecto in Cod. Fl. nec videtur lectum fuisse a Scholiastis, quorum interpretamenta exscribam. διὰ τὴν φυγήν, οὐκ ἔτι ἀμιλληθήσονται αἱ παρθένοι ὑπὲρ τοῦ γάμου, τίς σοι δοθήσεται γυνή. ἄλλως, φυγάδος σοῦ ὄντος, ἡ φιλονεικία τῶν παρθένων τῶν ἐπιδοξαζομένων τῷ σῷ γάμῳ ἀπώλετο. Quod vulgo legitur, ἀμεληθήσονται, Barnesii debetur sagacitati: Arsenii enim Scholiorum Editio habet ἀμελληθήσονται, mero typographi errore pro ἀμιλληθήσονται. Ceterum ex emendatione edidi νυμφιδίων. Posses quidem levissima correctione scribere νυμφιδία, et cum ἅμιλλα conjungere: sed epitheton illud non nisi cum εὖναι, λέχη, κοῖται, τέρεμνα, vel tali vocabulo, usurpavit Noster. τερέμνων ἄπο νυμφιδίων supra v. 767. [νυμφιδίων emendabat etiam Wakefieldius. ex *Addendis*.]

1136. κόραις Lasc. Ald. Ionicam formam, quae Tragicis perinde erat in usu, exhibent B. Fl. λέκτρ' ἀνάμιλλα P.

1139. ὦ abest a Lasc.

1140. ἀνόνητα vulgo. Doricam formam e Cod. A. reposuit Brunckius. ἀνόναντα Fl. Simili modo vocabulum adhibuit Noster 141
in Alcest. 419. ὦ πάτερ, ἀνόνατ', ἀνόνατ' ἐνύμφευσας. Electr. 509. Καὶ πάτερα τὸν ἐμόν, ὅν ποτ', ἐν δόμοις ἔχων, Ἀνόνητ' ἔθρεψας σοί τε καὶ τοῖς σοῖς φίλοις. Hec. 760. Herc. F. 718.

1142. Χαρίτων conjecit Reiskius.

1143. τί τόνον vitiose Fl. Versus, ut a nobis distribuitur, est Ionicus a Majore dimeter, quales sunt 552. 560. 737. 747. De hujus metri legibus dictum est supra ad v. 537.

γᾶς, οὐδὲν ἄτας αἴτιον,
πέμπετε τόνδ' ἀπ' οἴκων;

καὶ μὴν ὀπαδὸν Ἱππολύτου τόνδ' εἰσορῶ
σπουδῇ σκυθρωπὸν πρὸς δόμους ὁρμώμενον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ποῖ γῆς ἄνακτα τῆσδε Θησέα μολὼν
εὕροιμ' ἄν, ὦ γυναῖκες; εἴπερ ἴστε, μοι
σημήνατ'· ἆρα τῶνδε δωμάτων ἔσω;
ΧΟ. ὅδ' αὐτὸς ἔξω δωμάτων πορεύεται.
ΑΓ. Θησεῦ, μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον
σοὶ, καὶ πολίταις, οἵ τ' Ἀθηναίων πόλιν
ναίουσι, καὶ γῆς τέρμονας Τροιζηνίας.
ΘΗ. τί δ' ἔστι; μῶν τις ξυμφορὰ νεωτέρα

1144. τὸν οὐδὲν ἄ. αἴ. Lasc.

1146. Sic Lasc. Ald. cum MSS. (nisi quod habent ὁπαδὸν aspero spiritu.) Edidit tamen Valckenaerius ὀπαδῶν, nullo, mea sententia, jure. Dixit quidem Euripides Med. 1115. Καὶ δὴ δέδορκα τόνδε τῶν Ἰάσονος Στείχοντ' ὀπαδῶν. et sic alibi. Sed vereor ut sine articulo dixisse potuerit ὀπαδῶν Ἱππολύτου τόνδε. Persona Ἡμιχόρου, huic versui vulgo praefixa, in Codice A. recte omittitur. ὀπαδῶν habuisse videtur X. Π. 1866.

1148. Ultimae syllabae accusativorum Θησέα, Ὀρφέα, βασιλέα, etc. a nominibus in ευς, apud Atticos *plerumque* producuntur, analogiam secutae genitivorum in έως; neque id vero *semper*, quod aiunt Clarkius ad Hom. Iliad. Α. 265. et Heathius. Corripitur enim vocalis in φονέα, in Hec. 876. Electr. 599. 763. duas alias exceptiones apud Comicos habet Porsoni Nota ad Hec. 876. Pejus autem erravit Barnesius, syllabam producendam esse arbitratus scribendo Ὀρφεᾶ supra v. 957. Loca veterum Grammaticorum ad hanc rem spectantia citantur in Notis ad Moerin p. 192. Tantum notent tirones, poetas nonnunquam horum casuum duas ultimas syllabas, versu cogente, in unam contraxisse: quod in
142 genitivis Θησέως, Ἐρεχθέως, Αἰγέως factum esse videmus v. 10. 522. 1098. 1278. In accusativis autem Phoen. 927. Σφάξαι Μενοικέα τόνδε δεῖ σ' ὑπὲρ πάτρας. 1181. Ὁρῶ δὲ Τυδέα καὶ παρασπιστὰς πυκνούς. Idem monuit Clarkius. τόνδε Θησέα et mox πορεύομαι Flor. utrumque male.

1149. Hunc v. cum sequentibus adhibuit X. Π. 1860.

1155. X. Π. 1867.

δισσὰς κατείληφ' ἀστυγείτονας πόλεις;
ΑΓ. Ἱππόλυτος οὐκέτ' ἐστὶν, ὡς εἰπεῖν ἔπος·
δέδορκε μέντοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς.
ΘΗ. πρὸς τοῦ; δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος,
ὅτου κατῆσχυν' ἄλοχον, ὡς πατρὸς, βίᾳ;
ΑΓ. οἰκεῖος αὐτὸν ὤλεσ' ἁρμάτων ὄχος,
ἀραί τε τοῦ σοῦ στόματος, ἃς σὺ σῷ πατρὶ

1157. Vid. supra 778. ὡς εἰπεῖν ἔπος *ut verbo dicam.* Vv. 1157-8. habet X. Π. 649. 650.

1158. „*Eustath. ad Il.* Θ. p. 699, 40=580, 52.“ R. P. Citat Eustathius δέδορκε φῶς ὡς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς, monens hanc locutionem, et Sophocleam Oed. T. 961. *Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπὴ*, sumptas esse *ἐκ τοῦ ῥέπειν θανασίμως τὰ τοῦ Διὸς τάλαντα.*

1159. Tanquam si dixisset Nuncius *θνήσκει* vel ὄλωλε, interrogat Theseus *πρὸς τοῦ;* Hec. 767. *Θνήσκει δὲ πρὸς τοῦ, καὶ τίνος πότμου τυχών; δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος; Num hostis factus erat aliquis—?* Locutiones huic similes adamasse videntur Tragici. Nonnunquam adjungitur dativus. Vid. Abresch. ad Aesch. Prom. 121. Valcken. ad Phoen. 482. Hujus formulae exempla quaedam nos citasse non moleste ferent Lectores. Prom. 121. *τὸν πᾶσι θεοῖς Δι' ἀπεχθείας ἐλθόνθ'.* i. e. *factum omnibus Divis invisum.* Phoen. 20. *Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.* 489. *δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολών.* 1577. *δι' ὀδύνας ἂν ἔβας.* Orest. 747. *διὰ φόβου γὰρ ἔρχομαι, metuo.* Androm. 174. *διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατοι Χωροῦσι.* 416. *Καὶ πατρὶ τῷ σῷ διὰ φιλημάτων ἰὼν, patrem osculatus.* Ista dedit Valck. ad Phoen. 482. (489. Pors.) Addas ejusdem fabulae 395. *διὰ πόθου δ' ἐλήλυθα;* 143
quod exponit Schol. *ποθῶ.* Med. 868. *Ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην.* vertente Abreschio, *convitiis in memet grassata sum.* Soph. Oed. C. 906. *Εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἧκον, ἧς ὅδ' ἄξιος.*

1160. ἐκ πατρὸς Ald. *βίᾳ* Lasc.

1161. *ἁρμάτων ὄχος currus vehiculum.* Eadem est periphrasis in Phoen. 1206. Iph. T. 890. *ἅρματος* A. *ὤλεσεν* Lasc. qui supra v. 1154. planissime contra metrum, *ναίουσιν.*

1162. Hunc versum, ob literam σ crebro repetitam, notavit Marklandus ad Iph. T. 1068. quanquam saepius repetitur in hujus fabulae v. 839. *Τῆς σῆς στερηθεὶς φιλτάτης ὁμιλίας.* 866. *Τῆς οὐκέτ' οὔσης τῆσδε προσσαίνουσί με.* nec parcius in vv. 501. 906. et pluribus aliis. Protulit ille ingrati istius vitii exempla; Med. 476. *Ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι.* Iph. A. 1221. Ion. 386. Andromed. ap. Suid. v. *εἴσῃ.* Soph. Oed. T. 425. *Ἃ σ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις.* (Ita pro *Ἅ σ' ἐξισώσει* — le-

μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος,
αὐταῖσιν ἀρβύλαισιν ἁρμόσας πόδα.

1183. Euripides in Phaethonte apud Longin. *περὶ ὕψους* XV. *Τοσαῦτ' ἀκούσας εἶτ' ἔμαρψεν ἡνίας*, quod male sollicitavit Toupius, legendo *χέρσ' ἔμ. ἡ.* vocalem istam in dativo plurali non elidunt Tragici. De *εἶτα*, inter participium et verbum posito dictum est ad v. 700. De propria vocis *ἄντυξ* significatione vid. supra ad v. 1181. Quid esset *ἄντυξ ἅρματος* exponit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 279. allatis Scholiis ad Hom. Il. *Ε*. 262. 728. unde patet *ἄντυγα* fuisse orbiculum summae curuli sellae additum, eamque cingentem. Hujus autem cacumini vel lateri, si consistere currum oporteret, habenae circumligabantur. sic Il. *Ε*. 262. *ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας*. qui locus apprime huc facit. Geminae vero nonnunquam erant *ἄντυγες*, ut in Junonis curru, Il. *Ε*. 728. *δοιαὶ δὲ περίδρομοι ἄντυγές εἰσι.* ubi Scholiasta Venet. *Ἄντυγες· τὰ ἐπὶ τοῦ δίφρου ἡμίκυκλα, ἔνθεν καὶ τὰ ἡνία ἐξάπτονται.*

146 1184. Vertendum, *postquam pedem* (sc. *in curru*) *cum calceis fixerat.* Versum laudant Etymol. M. p. 135, 12. Eustath. ad Il. *Ε*. p. 559, 22=456, 20. indicante Valckenaerio, qui perperam, mea quidem sententia, sequitur Eustathium et Scholiastam, intelligentes *ἀρβύλαι* de parte currus, in qua stabat auriga: talem enim vocis significationem prorsus ignorasse videntur veteres. Ellipsis praepositionis *σὺν* cum alias apud Graecos, tum praesertim addito dativo pronominis *αὐτὸς*, frequentata est. infra 1836. *τούς γε μὴν κακοὺς Αὐτοῖς τέκνοισι καὶ δόμοις ἐξόλλυμεν.* Hujus formulae antiquissima praebet exempla Homerus Il. Θ. 24. *Αὐτῇ κὲν γαίῃ ἐρύσαιμ', αὐτῇ τε θαλάσσῃ.* *Λ*. 698. *Τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν.* *Τ*. 481. *Ὁ δὲ φασγάνῳ αὐχένα θείνας, Τῆλ' αὐτῇ πήληκι κάρη βάλε.* Herod. VI. 32. *τὰς πόλιας ἐνεπίμπρασαν αὐτοῖσι τοῖσι ἱεροῖσι.* et sic alibi: quoniam vero Atticis constructio ista maxime usitata est, quaedam horum loca describere non pigebit. Aesch. Prom. 227. *Ἐμαῖς δὲ βουλαῖς Ταρτάρου μελαμβαθὴς Κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον, Αὐτοῖσι συμμάχοισι.* 1082. *χθόνα δ' ἐκ πυθμένων Αὐταῖς ῥίζαις πνεῦμα κραδαίνοι.* Soph. Aj. 25. *Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν Λείας ἁπάσας, καὶ κατηναρισμένας Ἐκ χειρὸς, αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις.* Sophocl. ap. Strab. IX. p. 612. *Αὐτοῖς ὅπλοισι καὶ τετρωρίστῳ δίφρῳ.* Eur. Orest. 1528. *ἥτις Ἑλλάδ' αὐτοῖς Φρυξὶ διελυμήνατο;* Med. 165. Suppl. 927. Iph. A. 534. *Ἐλθόντες, αὐτοῖς τείχεσιν Κυκλωπίοις Ξυναρπάσουσι, καὶ κατασκάψουσι γῆν.* Ejusdem fabulae v. 423. corrigit Porsonus *Αὐτοῖσι πώλοις*, et in Cyclop. 705. *Αὐτοῖσι συνναύταισι* pro vulgato *σὺν ναύταισι.* Bacch. 1133. de Bacchis Penthei membra discerpentibus, *ἔφερε*

καὶ πρῶτα μὲν θεοῖς εἶπ᾽, ἀναπτύξας χέρας·
Ζεῦ, μηκέτ᾽ εἴην, εἰ κακὸς πέφυκ᾽ ἀνήρ·
αἴσθοιτο δ᾽ ἡμᾶς ὡς ἀτιμάζει πατὴρ,
ἤτοι θανόντας, ἢ φάος δεδορκότας. —
κἀν τῷδ᾽ ἐπῆγε κέντρον εἰς χεῖρας λαβὼν
πώλοις ὁμαρτῇ· πρόσπολοι δ᾽ ὑφ᾽ ἅρματος
πέλας χαλινῶν εἱπόμεσθα δεσπότῃ,
τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας ὁδόν.

δ᾽ ἡ μὲν ὠλένην, Ἡ δ᾽ ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις. *ferebat autem haec ulnam, illa pedem cum calceis.* ob hunc locum nolui mutare in versu Hippolyti vulgatum πόδα in πόδας, quod habent E. P. Lasc. et nuperi editores. πόδα citant Etymol. et Eustath. Adde Arist. Eq. 3. 7. Ran. 560. Vesp. 170. 1449. Pac. 1288. Si plura hujusmodi exempla velit lector, quaerat apud Lamb. Bos. Ellips. Graec. p. 745. ed. Schaef. Haec de solenni formula idcirco monuimus, quod in nostri loci interpretatione haeserunt Viri docti.

1185. Respexit Eustath. ad Il. Δ. p. 505, 9=385, 40. Ἀναπτύξας χεῖρας, εἰς εὐχὴν δηλαδὴ, κατὰ τὴν τραγῳδίαν· ὅπερ Ὅμηρος Ἀνασχεῖν χεῖρας φησί.

1189. „*Flagellum* κέντρον dixit Ὁμηρικῶς. ad κέντρον ad- 147
scribitur in Par. Cod. μάστιγα. Homero dicitur Archilochus κέντρῳ ἐπισπέρχων, Il. Ψ. 430. et Trojani aliique κέντορες ἵππων, ipsi etiam equi *flagello morigeri*, κεντρηνεκέες. In Il. Θ. v. 392. Eustath. p. 608, 26. τὸ Μάστιγι θοῶς ἐπεμαίετο ἵππους, explicat, ἐμάστιξεν· Εὐριπίδης δ᾽ ἂν εἴποι, Κέντρον ἐπῆγεν ἵπποις.“ Valck. Eustathius etiam ad Il. Ε. p. 557, 36=423, 22. cum Homericis Μάστιξεν δ᾽ ἐλάαν, et Νώτῳ δ᾽ ἐπέβαλλεν ἱμάσθλην, confert Nostri Phoen. 181. Ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα Καὶ σώφρονα πώλοις Μεταφέρων ἰθύνει. ubi Scholiasta κέντρα, μάστιγας. Herc. F. 947. δίφρον τ᾽ εἰσέβαινεν ἄντυγα, Κἄθεινε, κέντρον δῆθεν ὡς ἔχων χερί. ita enim corrigendum puto e Dion. Chrys. XXXII. p. 391. C. a Valck. indicato.

1190. ὁμαρτῇ cum sequentibus conjungunt Reiskius, Marklandus, alii. Hesych. ὁμαρτῇ· ὁμοῦ. Aldus ὁμαρτῇ, probante Elmsleio ad Heraclid. 139. ἐφ᾽ ἅρματος E. P. ἐμφ᾽ ἅρματος Fl. ἐφ᾽ ἅρματι A.

1192. Adverbium εὐθὺ, *recta ad*, cum genitivo, praepositionis instar, saepissime usurparunt Attici. Aristoph. Av. 1421. Μῶν εὐθὺ Πελλήνης πέτεσθαι διανοεῖ; Pac. 819. Ὡς χαλεπὸν ἦν ἐλθεῖν ἄρ᾽ εὐθὺ τῶν θεῶν. Nub. 162. Sed nihil opus est rei omnibus notissimae exempla congerere: quorum tamen abunde est apud Hemsterhus. ad Lucian. Tom. I. p. 437. Valck. Animadv.

ἐπεὶ δ' ἔρημον χῶρον εἰσεβάλλομεν,
ἀκτή τις ἐστὶ, τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς,
πρὸς πόντον ἤδη κειμένη Σαρωνικὸν,
ἔνθεν τις ἠχὼ, χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς,
βαρὺν βρόμον μεθῆκε, φρικώδη κλύειν·
ὀρθὸν δὲ κρᾶτ' ἔστησαν οὖς τ' ἐς οὐρανὸν
ἵπποι· παρ' ἡμῖν δ' ἦν φόβος νεανικὸς,
πόθεν ποτ' εἴη φθόγγος· εἰς δ' ἁλιῤῥόθους

ad Ammon. p. 90. Ruhnken. ad Timaeum p. 127. Tetigerunt etiam Wesseling. in Diod. Sic. Tom. I. p. 126. Toup. in Suid. Tom. I. p. 201. Euripidem vero reprehendit Grammaticus aliquis, cujus commentum descripsit Photius v. *εὐθὺ Λυκείου*, quod *εὐθὺς* pro *εὐθὺ* adhibuerit. Eodem nomine ab Ammonio inculpatur Menander in *Δυσκόλῳ*, cujus ultima verba sic forsan legenda; *πᾶς δ' Ἐλευθερῶν Ἀπῆλθεν εὐθὺς, ὡς τάχος.* Phrynichus quidem p. 24. *εὐθὺ μὲν γὰρ τόπου ἐστὶν, εὐθὺς δὲ χρόνου.* et negant alii Grammatici *εὐθὺς* de *loco* recte dici posse. Credo tamen Euripidem et Menandrum in hoc usu vetustioris linguae indolem sectatos fuisse: eadem enim ratio est vocum *ἰθὺς* et *ἰθὺ*, quorum prius fere semper adhibuit Homerus cum genitivo conjunctum. Il. *M.* 106. *Βὰν ῥ' ἰθὺς Δαναῶν.* *Φ.* 540. *Οἱ δ' ἰθὺς πόλιος καὶ τείχεος ὑψηλοῖο — Φεῦγον.* Apud Herodotum autem
148 *ἰθὺ* in hac constructione satis frequens est. IV. 89. *ἔπλεε ἰθὺ τοῦ Ἴστρου.* VI. 95. *ἰθὺ τοῦ τε Ἑλλησπόντου καὶ τῆς Θρηΐκης.* Ceterum *κἀπιδαυρίαν* Cod. Fl. *καὶ Ἐπιδαυρίαν* Photius. Mirum est tam apertam mendam amplexos esse Valckenaerium et Brunckium.

1194. Recte vertunt Heath. et Valck. *τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς* *ultra hanc regionem.* In isto sensu non raro adhibetur *ἐπέκεινα.* Aesch. Suppl. 265. *Πίνδου τε τἀπέκεινα.*

1195. *ἤδε* pro *ἤδη* male conjecit Marklandus. *κειμένην* A. *Σαῤῥωνικὸν* et *Σκείῤῥωνος* v. 1203. Lasc. *Σαρδονικὸν* vitiose Fl. Citat Valck. Callimach. Hymn. in Delum 41. *Πολλάκι σ' ἐκ Τροιζῆνος, ἀλιξάντοιο πολίχνης, Ἐρχόμενοι Ἐφύρηνδε, Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου, Ναῦται ἐπεσκέψαντο.* Idem Aeschylo fuit *Σαρωνικὸς πορθμὸς*, Agam. 314.

1196. *ὡς φωνὴ Διὸς* Ald. *βροντὴ* ex omnibus Codd. et Lasc. reposuit Musgravius, recte conferens Aesch. Prom. 1029. *βροντήμασι Χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω.* Eur. Electr. 753. *ὥστε νερτέρα βροντὴ Διός.* Aristoph. Av. 1760. *Ὦ χθόνιαι βαρυαχέες ὀμβροφόροι θ' ἅμα βρονταὶ, Αἷς ὅδε νῦν χθόνα σείει.*

1198. *ὀρθόν τε* vulgo. *ὀρθὸν δὲ* Valck. ex A. Fl.

1199. *φόβος νεανικὸς*, *timor vehemens.*

ἀκτὰς ἀποβλέψαντες, ἱερὸν εἴδομεν
κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον· ὥστ' ἀφῃρέθη
Σκείρωνος ἄκρας ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾶν·
ἔκρυπτε δ' Ἰσθμὸν, καὶ πέτραν Ἀσκληπιοῦ·
κἄπειτ' ἀνοιδῆσάν τε, καὶ πέριξ ἀφρὸν
πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι,

1201. Noster Cycl. 264. ἱερὰ κύματα. Hesychius, Eustath. ad Il. *K*. p. 789, 11=702, 43. aliique Grammatici exponunt ἱερὸν, μέγα, quam interpretationem huic loco plerumque donant Viri docti. In hoc quidem sensu Homeri ἱερὸς ἰχθὺς (Il. *Π*. 470.) intelligunt Hesych. Suid. Etymol. M. et omnes fere veteres glossographi. Dubito an recte conferatur Virgilianum, *Auri sacra fames.*

1202. Adumbratum est ab Homerico, Il. *Δ*. 442. Ἥτ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐταρ ἔπειτα Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη. observante Eustathio ad Il. *Δ*. p. 495, 27=378, 3. ubi vitiose ci- 149
tatur οὐρανόν. στηρίζον explicat Eust. per ἐγγίζον. Hesychius etiam στηρίξαι· ἐγγίσαι. Supplendum est ἑαυτὸ, ut in locis a Valckenaerio laudatis, Bacch. 970. Ὥστ' οὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος. 1080. πρὸς οὐρανὸν, Καὶ γαῖαν ἐστήριξε φῶς σεμνοῦ πυρός. Thucyd. II. p. 128, 92. ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξαι.

1203. ἄκρας emendatio est Luzacii, ut videtur, Exerc. Acad. p. 57. pro ἀκτὰς, quod habent omnes Edd. et MSS. confirmat Scholiasta, ὥστε μηκέτι καθορᾷν ἡμᾶς τὸ ὄρος τοῦ Σκείρωνος. Latinus Tragicus legisse videtur ἄκρας, cum haec Euripidis exprimeret; Senec. Hippol. 1022. *Latuere rupes, numen Epidauri Dei, Et scelere petrae nobiles Scironides; Et quae duobus terra comprimitur fretis.* Vide supra v. 983. Σκειρωνίδες — πέτραι. et loca ibi citata. ἀκτὰς in hanc sedem a v. 1201. vel 1207. illatum esse potuit.

1205-6. Vertit Valck. *in altum consurgens, et magno cum fremitu concitans spumas, circumquaque flatu marino pulsas.* καχλάζειν eximie dictum est de fluctibus in terram ruentibus. Hesych. καχλάζει· ψοφεῖ, et mox κιχλίζει· ἀθρόως γελᾷ, τετάρακται· γέγονε δὲ ἀπὸ τῶν κυμάτων· φλεγμαίνει, βράττει. Pariter Suidas, Photius, alii. Optime vero vocem exponit Etymol. M. p. 494. citatus a Stanleio ad Aesch. Theb. 118. ubi Κῦμα γὰρ περὶ πτόλιν Δοχμολόφων ἀνδρῶν Καχλάζει πνοαῖς Ἄρεος ὀρόμενον. Derivat Etymologus — ὁ γὰρ ἦχος τοῦ κύματος ἐν τοῖς κοιλώμασι τῶν πετρῶν γινόμενος, δοκεῖ μιμεῖσθαι τὸ κάχλα, κάχλα: respiciens ad Apollon. Rh. II. 572. ὑψόθι δ' ὄχθης Λευκὴ καχλάζοντος ἀνέπτυε κύματος ἄχνη. Idem IV. 943.

χωρεῖ πρὸς ἀκτὰς, οὗ τέθριππος ἦν ὄχος.
αὐτῷ δὲ σὺν κλύδωνι καὶ τρικυμίᾳ
κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας·
οὗ πᾶσα μὲν χθὼν φθέγματος πληρουμένη
φρικῶδες ἀντεφθέγγετ'· εἰσορῶσι δὲ
κρεῖσσον θέαμα δεργμάτων ἐφαίνετο.
εὐθὺς δὲ πώλοις δεινὸς ἐμπίπτει φόβος·
καὶ δεσπότης μὲν, ἱππικοῖσιν ἤθεσι
πολὺς ξυνοικῶν, ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν,
ἕλκει δὲ, κώπην ὥστε ναυβάτης ἀνὴρ,
ἱμᾶσιν εἰς τοὔπισθεν ἀρτήσας δέμας·

ἀμφὶ δὲ κῦμα λαβρὸν ἀειρόμενον πέτραις ἐπὶ καχλάζεσκεν. Theocr. Idyll. VI. 11. τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει Ἄσυχα καχλάζοντα, ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν. quocum Valck. comparat Catull. LXIII. 273. *leni et resonant plangore cachinni.* Attius, *Excita saxis saeva Celaeno Crepitu clangente cachinnat.* Lapilli, quibus illiduntur fluctus, dicti sunt κάχληκες. teste Suida, Κάχληκες· λίθακες ἐν τοῖς ὕδασι.

150 1208. τρικυμίᾳ. De hac voce consulas Blomfieldii Glossarium ad Aesch. Prom. 1051.

1209. pro ἄγριον Fl. habet ἀγαῖον: et ex ista vitiosissimi Codicis corruptela excogitavit Is. Vossius Αἰγαῖον, Gronovius Αἰγαίου: frustra.

1211. ἀντεφθέγξατ' Fl. X. Π. 857. sed alterum verius puto: tempus enim imperfectum durationem istius mugitus reboantis denotat.

1212. Vertendum, *nobis vero intuentibus, immanius spectaculum videbatur, quam ut oculi sustinere possent.* δεργμάτων exhibent Edd. et MSS. omnes, quibuscum facit X. Π. 896. ubi ὀμμάτων; explicat enim Hesych. δεργμάτων· ὄψεων, ὀμμάτων. Sed hac voce mire offensi sunt Valckenaerius et Musgravius, quorum ille δειμάτων, hic φθεγμάτων proposuit. Sed istae conjecturae ab omni specie veritatis abhorrent, et, nisi a viris doctissimis profectae essent, frigidae et insulsae videri poterant.

1214. ἱππικοῖς ἐν ἤθεσι vulgo. Valckenaerii emendationem ἱππικοῖσιν, post Brunckium, admisimus: postulatur enim dativus cum ξυνοικῶν. ἤθεσιν Lasc. qui et infra 1260. ὄμμασιν. Nos quidem, Porsoni judicium secuti, ν paragogicum in fine senarii non adscribimus, nisi sequens versus a vocali incipiat.

αἱ δ᾽, ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γνάθοις,
βίᾳ φέρουσιν, οὔτε ναυκλήρου χερὸς,
οὔθ᾽ ἱπποδέσμων, οὔτε κολλητῶν ὄχων
μεταστρέφουσαι· κεἰ μὲν εἰς τὰ μαλθακὰ
γαίας ἔχων οἴακας ἰθύνοι δρόμον,
προὐφαίνετ᾽ εἰς τοὔμπροσθεν, ὥστ᾽ ἀναστρέφειν
ταῦρος φόβῳ τέτρωρον ἐκμαίνων ὄχον.
εἰ δ᾽ εἰς πέτρας φέροιντο μαργῶσαι φρένας,
σιγῇ πελάζων ἄντυγι ξυνείπετο
εἰς τοῦθ᾽, ἕως ἔσφηλε, κἀνεχαίτισεν,
ἁψῖδα πέτρῳ προσβαλὼν ὀχήματος.

1218. *γναθμοῖς*, quod exhibet unus Codex A. ediderunt Valck. et Brunck. Habet Aeschylus Theb. 213. *πυριγενετᾶν χαλίνων*.

1221. Schol. *καὶ εἰ μὲν εἰς τὰ ἁπαλὰ καὶ ἰσόπεδα τὸν* 151 *δρόμον ἐποίει, κ. τ. λ.* Similiter Latinus Tragicus vertit, *Nunc aequa carpens spatia.*

1222. *οἴηκας* vulgo, quod Ionum est: correxit Valcken. Brunckius recepit *εὐθύνοι* pro *ἰθύνοι* e Cod. A., utrumque probum. Quod edidi, habent Lasc. Ald. et MSS. plerique.

1223. *τὸ πρόσθεν* A. Flor.

1224. *τέτρωρον ὄχον* hinc citat Eustath. ad Il. *Γ.* p. 427, 27=324, 36. comparans *τέθριππον ἅρμα*, quod apud Nostrum frequens est. Notandum est etiam Homericum *τετράορος*, perinde ac *τέτρωρος* adhibuisse Tragicos. Illud legitur in Suppl. 667. 675. (677. 685. Ed. Gaisf.) Helen. 729. Soph. Trach. 508. *τετραόρου φάσμα ταύρου*. Dicitur *ὄχος* pro ipsis equis, ut *ὄχημα* infra v. 1352. Virg. Georg. III. 91. *Martis equi bijuges, et magni* CURRUS *Achillei.*

1225. *πέτραν* A. Flor.

1227. *ἀναχαιτίζειν* proprie de equo dicitur, qui se arrectum tollens, atque adeo jubam rejiciens, equitem effundit. Hinc Harpocratio, Hesychius, et Suidas exponunt *ἀνεχαίτισεν· ἀνέτρεψεν*. In Bacch. 1072. Bacchus Penthea in ramo abietis collocabat, *φυλάσσων μὴ ᾽ναχαιτίσειέ νιν*. Demosth. Olynth. *B.* p. 20, 26. Reisk. *ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ὥσπερ οὗτος, ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν.*

1228. Brunckius post *προσβαλὼν* distinctionem ponit, ut sit *κἀνεχαίτισεν ἐξ ὀχήματος*. *ἁψὶς*, *rotae circulus*. Hesych. *ἁψῖδες· τὰ κύκλα τῶν τροχῶν, αἱ περιφέρειαι, ἢ καμάραι.* De

ξύμφυρτα δ' ἦν ἅπαντα· σύριγγές τ' ἄνω
τροχῶν ἐπήδων, ἀξόνων τ' ἐνήλατα.
αὐτὸς δ' ὁ τλήμων, ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς,
δεσμὸν δυσεξήνυστον ἕλκεται δεθεὶς,
σποδούμενος μὲν πρὸς πέτρας φίλον κάρα,
θραύων δὲ σάρκας, δεινὰ δ' ἐξαυδῶν κλύειν·
Στῆτ', ὦ φάτναισι ταῖς ἐμαῖς τεθραμμέναι,
μή μ' ἐξαλείψητ'. ὦ πατρὸς τάλαιν' ἀρά.
τίς ἄνδρ' ἄριστον βούλεται σῶσαι παρών; —
πολλοὶ δὲ βουληθέντες, ὑστέρῳ ποδὶ
ἐλειπόμεσθα. χὡ μὲν, ἐκ δεσμῶν λυθεὶς
τμητῶν ἱμάντων, οὐ κάτοιδ' ὅτῳ τρόπῳ,
πίπτει, βραχὺν δὴ βίοτον ἐμπνέων ἔτι.

Solis curru dicitur in Ion. 88. *Παρνασιάδες δ' ἄβατοι κορυφαὶ Καταλαμπομένην τὴν ἡμερίαν Ἀψῖδα βροτοῖσι δέχονται.*

152 1229. 1230. Haec afferens Eustathius ad Il. *E.* p. 598, 29=455, 40. exponit *σύριγγες* per *χοινικίδες, πλῆμναι.* (Angl. *the naves.*) *ἐνήλατα δὲ, τὰ ταῖς χοινικίσιν ἐμβαλλόμενα, ἢ πασσαλίσκοι κωλύοντες ἐξιέναι τὸν τροχόν· τὰ καλούμενα ἁμαξηδόνια.* Pro *ἁμαξηδόνια*, quam vocem habent quoque Scholia, correxit Valck. *παραξόνια*, e Polluce I. 145. *τὸ κωλύον ἐκπίπτειν τὸν τροχὸν, ἐμπηγνύμενον τῷ ἄξονι, παραξόνιον.* (Angl. *the linchpin.*) Pro *ἐπήδων*, quod habent Lasc. MSS. et Eustathius, dedit Aldus *ἐπεπήδων*, vitio typographico. Correxerunt Reiskius et Piersonus.

1231. Orestes in Soph. Electr. 746. *Κὰξ ἀντύγων ὤλισθε, σὺν δ' ἑλίσσεται Τμητοῖς ἱμᾶσι.*

1232. *δυσεξήνυτος* Lasc. Ald. cum MSS. et Eustath. ad Il. *Γ.* p. 384, 5=290, 42. Sed analogiae convenit forma, quam monentibus Heathio et Valckenaerio reposui; Hom. Il. *Π.* 111. *ἀνηνύστῳ ἐπὶ ἔργῳ.* In Nostri Heracl. 964. *ἄνυστον.* Ceterum Glossa in Cod. A. explicat per *δυσεξελίκτῳ.*

1233. *πρὶν πέτρας* Ald. *πρὸς πέτραις* Codices A. B. Fl. Sed accusativo opus est. In re simili fingitur Orestes apud Soph. Electr. 752. *Φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ Σκέλη προφαίνων.* Ex his Euripideis suam de Hippolyti fatis narrationem imitando expressit Ovidius Metam. XV. 500—529. quem locum cum Tragici nostri descriptione conferant velim lectores.

1234. Legit Elmsleius *θραύων τε.*

1240. Legendum suspicor *οὐκ ἔτ' οἶδ' ὅτῳ τρόπῳ.*

153 1241. Sic MSS. A. B. *βραχεῖ δὴ* Fl. *δὲ* pro *δὴ* E. Lasc. *βραχὺν βίοτον* D. P. Ald.

ἵπποι δ' ἐκρύφθεν, καὶ τὸ δύστηνον τέρας
ταύρου, λεπαίας οὐ κάτοιδ' ὅπου χθονός.
δοῦλος μὲν οὖν ἔγωγε σῶν δόμων, ἄναξ,
ἀτὰρ τοσοῦτόν γ' οὐ δυνήσομαί ποτε
τὸν σὸν πιθέσθαι παῖδ', ὅπως ἐστὶν κακός·
οὐδ' εἰ γυναικῶν πᾶν κρεμασθείη γένος,
καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις
πεύκην, ἐπεί νιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι.

1242. Terminationem *θεν* pro *θησαν* Aeolibus et Doribus adsignat Etymol. M. v. *ἤγερθεν*. Frequentabant quidem Homerus, Pindarus, Theocritus, et alii Poetae; Atticus autem Tragicus rarissima licentia adhibet. Editum erat ante Valckenaerium *δύστηνον κάρα*: is e MSS. A. Fl. dedit *δύστηνον τέρας*, comparans Nostri Orest. 992. *Τὸ χρυσόμαλλόν ἀρνὸς ὁπότ' Ἐγένετο τέρας ὀλοόν.*

1243. Eustathius ad Il. *Δ*. p. 488, 18=372, 22. *λεπαία χθών*; *τραγικῶς*, *ἡ ὀρεινή*. huc respiciens. Extat idem epitheton in Nostri Iph. T. 324. Heracl. 395. *ὅποι* Fl. *ὅπως* Ald.

1245. *τοσοῦτον οὐ δ. π.* Lasc. Ald. et X. *Π*. 320. 1287. Particulam inseruerunt Valck. et Brunck. e MSS. A. Fl. et sic in secunda editione Musgravius, qui primum dederat *τοσοῦτό γ'*. Monuit Censor Promethei Edit. Blomfield. (*Edinb. Rev.* Vol. xvii. p. 289.) quem ferunt esse doctissimum Elmsleium, *τοιοῦτο* et *τοσοῦτο* rarissime apud Tragicos occurrere.

1246. Exempla similis constructionis congessit Kusterus ad Aristoph. Plut. 55.

1248-9. Vox *πεύκην* respicit ad tabellas Phaedrae e ligno piceae factas; quas eo nomine vocari testatur Eustath. ad Il. *Z*. p. 633, 22=490, 1. ubi de hoc loco fuse disputatum est. Ita quoque *πεύκη* est *δέλτος* in Iph. A. 39. Damm. Lex. Homeric. p. 2027. v. *πεύκη*. „Olim ante inventam chartam, fiebant ex hac arbore pugillares. Hinc Eur. Hipp. 1253. — *Καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ* (Cretensi, nam respicitur ad Phaedram Cressam genere) *γραμμάτων πλήσειέ τις Πεύκην*. Ejusmodi pugillares vocabantur Athenis *Ἄξονες*, quia erant tabulae oblongae, plures simul, quae superne ad communem axem convertebantur. ejusmodi tabella lignea oblonga vocabatur et *τὸ πλαίσιον*. ceterum superne, ubi isti libelli ad communem clavum convertebantur, fuere angustiores, inferne latiores. Unde ista pugillarium species lignea vocabatur *ἡ δέλτος*; 154
ibid. 865. fuere ergo fere triangularia.“ *τὴν ἐν Ἴδῃ πεύκην* Eustath. ad Il. *Δ*. p. 832, 61=766, 12.

1249. *μιν* vulgo. Sed Tragicam formam *νιν* exhibent A. Fl. sequentibus Valck. et Brunck. In Androm. 1139. vulgatur

ΧΟ. αἶ, αἶ· κέκρανται ξυμφορὰ νέων κακῶν,
οὐδ' ἔστι μοίρας τοῦ χρεών τ' ἀπαλλαγή.
ΘΗ. μίσει μὲν ἀνδρὸς τοῦ πεπονθότος τάδε,
λόγοισιν ἥσθην τοῖσδε· νῦν δ' αἰδούμενος
θεούς τ', ἐκεῖνόν θ', οὕνεκ' ἐστὶν ἐξ ἐμοῦ,
οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἐπάχθομαι, κακοῖς.
ΑΓ. πῶς οὖν; κομίζειν, ἢ τί χρὴ τὸν ἄθλιον
δράσαντας ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενί;
φρόντιζ'· ἐμοῖς δὲ χρώμενος βουλεύμασιν,
οὐκ ὠμὸς εἰς σὸν παῖδα δυστυχοῦντ' ἔσει.
ΘΗ. κομίζετ' αὐτὸν, ὡς ἰδὼν ἐν ὄμμασι

μιν. sed et ibi recte Lascaris νιν. Ex Hippolyto Καλυπτομένῳ desumptos esse credo Nostri versus apud Stobaeum LXXXVI. p. 498, 14. p. 361. Grot. Τὸν σὸν δὲ παῖδα σωφρονοῦντ' ἐπίσταμαι, Χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ', εὐσεβεῖν τ' ἠσκηκότα. Πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς Γένοιτ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ' ἂν πίθοι ποτε. Primum versum ita emendavit Piersonus Verisim. p. 138. Stobaeus enim Τοσόνδε παῖδας σωφρονοῦν ἐπίσταμαι.

1250. Vulgo συμφοραί. Flor. κρέμαντι συμφορᾷ. et v. 1252. τοῦ πεσόντος τόδε. Corruptissime idem Codex supra v. 1203. σκυθρωπὸς ἀκτάς. Equidem demum reposui ξυμφορὰ, monente Elmsleio. Singularis est κέκρανται.

1251. τὸ χρεὼν, *debitum fatum*, *necessitas*. Vox indeclinabilis est; Herc. Fur. 20. εἴθ' Ἥρας ὕπο Κέντροις δαμασθεὶς, εἴτε τοῦ χρεὼν μέτα. sic enim legendum monet Porsonus pro vulgato εἴτε του χρεὼν μέτα. Semper apud Nostrum articulum adsciscit. Vid. Iph. T. 1486. Helen. 1656. Fragm. Temen. ap. Stob. CXXIII. p. 617, 18.

1252. τόδε A. Fl.

1253. Prave Fl. τοῖσδ' ἐμοῦ μ' αἰδ. Hinc tamen conjiciebat Valck. ὅμως αἰδ. Conferri jubet Valck. Clytaemnestrae quaedam in Soph. Electr. 766. et seqq.

1254. Altera copula deest in Lasc. Primam forsan omittendam censet Valckenaerius, et omittit Brunckius.

1255. ἐπάχθομαι A. B. D. ut sine Codicibus emendavit Piersonus Verisim. p. 69. pro vulgato ἀπέχθομαι. Flor. ἀπάχθομαι, unde corruptelae initium deprehendas.

1256—9. Hos quatuor versus prave mutatos habet X. Π. 1281. seqq.

155 1260. X. Π. 1475. Porsonus in Orest. 1018. e Manuscriptorum vestigiis edidit Οἵ ἐγὼ μάλ' αὖθις, ὥς σ' ἰδοῦσ' ἐν ὄμμασι

τὸν τἄμ' ἀπαρνηθέντα μὴ χρᾶναι λέχη,
λόγοις ἐλέγξω, δαιμόνων τε συμφοραῖς.

ΧΟ. σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα
καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι·
σὺν δ' ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν
ὠκυτάτῳ πτερῷ·
ποτᾶται δ' ἐπὶ γαῖαν,
εὐάχητόν θ' ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον·
θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ
πτανὸς ἐφορμάσῃ χρυσοφαὴς,
φύσιν ὀρεσκόων
σκυλάκων, πελαγίων θ',
ὅσα τε γᾶ τρέφει,
τὰν ἅλιος αἰθόμενος δέρκεται,
ἄνδρας τε· συμπάντων δὲ

Πανυστάτην πρόσοψιν ἐξέστην φρενῶν. adnotans; „Phrasis ab Homero Il. *Α*. 587. (*Μή σε, φίλην περ ἐοῦσαν, ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι θεινομένην*) et alibi, ad alios poetas transiit, ut ad Theocr. IV. 7. (*Καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη;*) Noster Hipp. 1276. (1260.)" Eadem formula legitur in Soph. Trach. 241. 748. et alibi.

1262. λόγοις τ' ἐλέγξω Flor.

1269. ἔρος et καρδία Lasc. Edidit Brunckius e Cod. Fl. μαινομέναν κραδίαν, perperam, ut opinor. Dativus pendet a verbo ἐφορμάσῃ.

1270. πᾶνος Fl. ἐφορμάσει vulgo. ἐφορμάσῃ D. E. P. Fl. Lasc. et Schol. quod hodie praetuli, intellecta particula ἄν. χρυσοφανὴς Lasc.

1271. Vulgo editum erat ὀρεσκῴων, quae forma Homerica est. Il. *Α*. 268. Φηρσὶν ὀρεσκῴοισι, ubi Schol. τοῖς ἐν ὄρεσι διαιτωμένοις. Odyss. *Ι*. 155. *Αἶγας ὀρεσκῴους*. Homeri vocem similiter exponunt Hesych. Apollon. Lex. Etym. M. aliique Gram- 156
matici, derivantes a κεῖαι, ὅ ἐστι κοιμηθῆναι. Extat autem δαιτὸς — ὀρεσκόου in Nostri Cyclop. 246. et ὀρεσκόων in hoc versu Lasc. Ald. Compositum esse credo ex ὄρεσι et κόοι, quod exponit Hesychius τὰ χάσματα τῆς γῆς, καὶ τὰ κοιλώματα.

1274. Vid. supra ad v. 527. Corruptam Codicum A. et Fl. lectionem αἰθομέναν in textum intulit Valckenaerius.

1275. Scripsit fortasse Euripides συμπάντων δὲ σύ—. Haec vocula excidit e versu Sophoclis Aj. 210. si in hoc loco inseratur,

βασιληΐδα τιμὰν, Κύπρι,
τῶνδε μόνα κρατύνεις.

ΑΡΤΕΜΙΣ.

σὲ τὸν εὐπατρίδαν Αἰγέως κέλομαι
παῖδ' ἐπακοῦσαι·
Λητοῦς δὲ κόρη σ' Ἄρτεμις αὐδῶ·
Θησεῦ, τί τάλας τοῖσδε συνήδει,

versus fiet Iambicus dimeter. Quod ad metra hujus cantilenae attinet, operam dedi, ut versus, quantum fieri potest, eorundem sint generum, ac ceteri in hac fabula chorici, qualesque Euripides libenter conjunxisse videtur. Sunt igitur dochmiaci vv. 1266. 1271. 1273. Creticus, 1272. Ex iambica dipodia et dochmio constat v. 1263. qualis supra v. 862. Etiam vv. 1265. et 1267. sunt asynarteti communium formarum. Anapaestici vero vv. 1268. 1270. 1274. 1276. quales in Tragicorum meliois haud infrequentes sunt. Pherecrateus v. 1267. Reliquorum notissima sunt metra.

1276. Subauditur, ut opinor, praepositio κατά. Locutio autem ab Homero sumpta est, Il. Z. 193. Δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης.

1278. Novem superstitum fabularum Euripidis Deos vel Deas ad solvendum nodum in ultimo actu inducunt. Eae sunt Orestes, Hippolytus, Andromache, Supplices, Iphigenia in Tauris, Bacchae, Helena, Ion, Electra. Hoc vero meliore jure in Hippolyto, quam in ceteris, factum esse videtur. κέλλομαι Lasc.

1279. Miretur quis, Dianam Theseа Aegei filium vocare hic
157 et infra v. 1429. licet ipsa intra tantillum spatium (vv. 1311. 1314.) Neptunum illi patrem tribuat. Potius autem, quam illud ex incuria Tragici evenisse statuamus, credibile est nomen Regis Atheniensis, patris scilicet professi, velut solennem titulum, additum esse. Sin voluerit duos Theseo patres, alterum mortalem, alterum immortalem, tribuere, uno certe exemplo se ipsum defendit Euripides; quippe passim in dramate Herculis Furentis, tum Jovis, tum Amphitryonis filius Hercules dicitur. Quae ad Thesei parentes spectant congessit Meursius in Thes. c. i.

1280. αὐδῷ vulgo. αὐδῶ e Cod. Fl. recepit Valckenaerius, recte: solebant enim Dii Euripidei istiusmodi formulis nomen suum indicare. Orest. 1642. Φοῖβός σ' ὁ Λητοῦς παῖς ὅδ' ἐγγὺς ὢν καλῶ. Bacch. 1340. Ταῦτ' οὐχὶ θνητοῦ πατρὸς ἐκγεγὼς, λέγω Διόνυσος, ἀλλὰ Ζηνός. Helen. 1663. διссοὶ δέ σε Διόσκοροι καλοῦμεν.

1281. Hunc versum imperite sollicitavit Valck. scribens σύ γ' ἤδη pro συνήδη: sed hoc recte defendit Brunckius allata Glos-

παῖδ' οὐχ ὁσίως σὸν ἀποκτείνας,
ψευδέσι μύθοις ἀλόχου πεισθεὶς
ἀφανῆ; φανερὰν δ' ἔσχεθες ἄτην.
πῶς οὐχ ὑπὸ γῆς τάρταρα κρύπτεις
δέμας αἰσχυνθείς;
ἢ πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον,
πήματος ἔξω πόδα τοῦδ' ἀνέχεις;

sa Cod. A. συνήδη, ἀντὶ τοῦ ἤδη, Ἀττικῶς. Hesych. συνήδεται, ἐφήδεται. Rhes. 961. Οὐ μὴν θανόντι γ' οὐδαμῶς ξυνήδομαι. Addas Med. 136. Οὐδὲ συνήδομαι, γύναι, ἄλγεσι δώματος. ad quem locum Porsonus, „Hic locus Valckenaerii memoriam effugerat, cum in Rheso 961. ἐφήδομαι pro συνήδομαι reponere volebat. Sed hoc satis defendit Brunckius ad Hippol. 1295."

1284. Vulgo ἔσχες ἄταν, renuente metro. ἔχεις E. P. Male res cessit Musgravio et Valckenaerio emendantibus ἐπέβης et ἔχες. Melius conjecit Marklandus ἔσχεθες. Nos vero facillimam medelam, voces transponendo, post Brunckium adhibuimus. In superiore versu, eodem facto opus erat; veteres enim Editiones contra leges anapaesticorum habent πεισθεὶς ἀλόχου: sed ibi verum verborum ordinem servarunt tres MSS. A. B. D. Simili correctione in Aesch. Pers. 779. metrum sanandum esse arbitror; Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ. lego φρονεῖ νέα. Infra v. 1295. Cod. Fl. habet τινὰ τρόπον, vetante metro. [Haec olim scripsi; mox autem Marklandi emendationem amplexus sum: facillime librarii rariorem aoristi formam ἔσχεθες in ἔσχες mutare poterant. In Phoen. 419. ubi τίν' ἐπίνοιαν ἔσχεθες senarium claudit, Aldus cum MSS. nonnullis ex- 158
hibet ἔσχες. Hoc monuit Elmsleius, qui de forma ἔσχεθον videndus ad Heracl. 272.]

1285. πῶς δ' οὐχ Cod. Fl. et sic Valck. sed conjunctio abest a ceteris MSS. et Edd.

1287. Schol. μεταβιβάσας, μεταβαλὼν, μεταλλάξας ζωήν, καὶ ἀλλοιωθεὶς εἰς ὄρνεον. Valcken. mallet πτηνὸν, citans Med. 1293. Δεῖ γάρ νυν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω, Ἢ πτηνὸν ἆραι σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθος.

1288. Pro vulgato τόνδ', olim emendaveram unius literae mutatione τοῦδ'. Eandem conjecturam deprehendi inter lectiones quasdam e Gilberti Wakefieldii manu profectas, quas mecum communicavit Vir doctrina et humanitate spectabilis, ac de me nunquam non optime meritus, Robertus Hole. Similis est locutio in Aesch. Prom. 271. Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς Πράσσοντ'. Nostri Heracl. 110. Καλὸν δέ γ' ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα. Fl.

ὡς ἔν γ' ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οὔ σοι
κτητὸν βιότου μέρος ἐστίν.
ἄκουε, Θησεῦ, σῶν κακῶν κατάστασιν·
καίτοι προκόψω γ' οὐδὲν, ἀλγυνῶ δέ σε·
ἀλλ' εἰς τόδ' ἦλθον, παιδὸς ἐκδεῖξαι φρένα
τοῦ σοῦ δικαίαν, ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ,

τῶν δ' et mox ἀπέχεις, quod habet etiam A. sed suprascripto ἀνέχεις.

1289. ὡς τοῖς ἀγαθοῖς Lasc. Ald. male. ὡς ἐν τ' ἀγαθοις B. D. Schol. ὡς ἐν τ' ἀγαθοῖς A. Fl. quod vidit Musgravius corrigendum esse ὡς ἐν γ' ἀ.

1290. βίου Fl.

1291. X. Π. 259.

1292. Conf. Alcest. 1097. Τί δ' ἂν προκόπτοις, εἰ θέλοις ἀεὶ στένειν; *Quid autem profeceris?* De voce προκόπτειν notata sunt quaedam supra ad v. 23. Credit Valckenaerius haec, sive potius hinc expressa Menandrea, respexisse Terentium in Andr. I. i. 16. *atque aliquis dicat, nihil promoveris; Multum molestus certe ei fuero.*

1293. εἰς τόδ' omnes MSS. et Edd. cum Eustathio ad Il. *A.* p. 161, 45 = 122, 23. Placuit Barnesio ὡς τόδ'. Sed
159 non usurpari ὡς pro εἰς vel πρὸς, nisi de personis, monuerunt, post alios, Valckenaerius et Porsonus ad Phoen. 1415.

1294. Reiskii conjecturam ἐπ' εὐκλείας probasse videtur Valck. Sed receptam recte defendit Brunckius, citans Procli Chrestomath. p. 9. (p. 384, 8. ed. Gaisf.) οἱ παλαιοὶ τὴν Ὑπὸ ἀντὶ τῆς Μετὰ πολλάκις ἐλάμβανον: Schol. ad Pindar. Olymp. IV. 3: τῇ Ὑπὸ ἀντὶ τῆς Μετὰ καὶ Ὅμηρος κέχρηται· Δαΐδων ὑπὸ λαμπομενάων. Il. Σ. 482. Exemplum protulit Brunckius ex Hec. 355. Ἔπειτ' ἐθρέφθην ἐλπίδων καλῶν ὕπο. Addas Aesch. Agam. 1562. Καὶ καταθάψομεν Οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν τῶν ἐξ οἴκων. Soph. Electr. 630. Οὔκουν ἐάσεις οὐδ' ὑπ' εὐφήμου βοῆς Θῦσαί μ'; Vid. Valcken. ad Herod. p. 521. Deinde θάνοι Ald. θάνῃ A. B. D. Fl. Lasc. et sic Valck. Brunck. recte, ut opinor. Notissima quidem Dawesii regula est, Misc. Crit. p. 85. optativum cum particulis ὡς, ἵνα, ὅπως, ὄφρα, μὴ, verbis non nisi praeteritae significationis; subjunctivum verbis non nisi praesentis vel futurae significationis subjungi. Observavit autem Porsonus ad Phoen. 68. hanc regulam non videri per omnia servasse Tragicos; conferens Hec. 1128—1133. Nonnunquam sane, licet praecedat verbum praeteriti temporis, effectus tamen, qui petebatur, aut praesens est aut futurus; ideoque verbum subjunctivum postulatur. Cum igitur nondum

καὶ σῆς γυναικὸς οἶστρον, ἤ, τρόπον τινά,
γενναιότητα· τῆς γὰρ ἐχθίστης θεῶν
ἡμῖν, ὅσαισι παρθένειος ἡδονή,
δηχθεῖσα κέντροις, παιδὸς ἠράσθη σέθεν.
γνώμῃ δὲ νικᾷν τὴν Κύπριν πειρωμένη,
τροφοῦ διώλετ᾽ οὐχ ἑκοῦσα μηχαναῖς,
ἣ σῷ δι᾽ ὅρκων παιδὶ σημαίνει νόσον·
ὁ δ᾽, ὥσπερ ἦν δίκαιον, οὐκ ἐφέσπετο
λόγοισιν· οὐδ᾽ αὖ, πρὸς σέθεν κακούμενος,
ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν, εὐσεβὴς γεγώς.
ἡ δ᾽, εἰς ἔλεγχον μὴ πέσῃ φοβουμένη,
ψευδεῖς γραφὰς ἔγραψε, καὶ διώλεσε

mortuus esset Hippolytus, dixit Diana ὡς ὑπ᾽ εὐκλείας θάνῃ, *that he may die with a good reputation.* Alterum ὡς — θάνοι vertendum esset, *that he might die* — etc. De hac re subtilius disputavit Hermannus de Emend. Gramm. p. 208—214.

1297. παρθενείας conjecit Musgravius, quod respuit metri lex. παρθένειος ἡδονὴ citat Eustath. ad Il. Δ p. 502, 31 =383, 36. Utramque formam παρθένειος et παρθένιος usurparunt Tragici. Vide supra notata ad v. 307.

1298. δηχθεῖσά κέντροις MSS. et Edd. Objicit autem Valckenaerius, nusquam dixisse Euripidem ἔρωτι δηχθῆναι, nedum Amoris κέντροις δηχθῆναι, et hanc locutionem ab ejus seculi consuetudine alienam esse judicat. Scribendum igitur putat πληγεῖσα κέντροις, conferens v. 38. et exempla quaedam satis obvia, in quibus leguntur ἔρωτι πληγεὶς, et *amore percussus.* Videtur autem Porsonus cogitasse de scribendo πληχθεῖσα κέντροις: hunc enim aoristum, in sequente notula, exemplis defendit. „πληχθεὶς *Schol. ad Aristoph. Av.* 1402. *Noster Tr.* 183. ἐκπληχθεῖσα. *Iph. T.* 177. σφαχθεῖσα. *Incert.* γαῖα μιχθήτω πυρί. *Eoeis ap. Schol. Pind. Pyth.* IV. 35. μιχθεῖσα. ἐπιπληχθεὶς *Schol. Villois. ad Il.* Δ. 401. Κ. 238. Ζ. 111. *Stob.* p. 215, 22. *Philo Jud. Tom.* I. p. 245, 45. 2461, 1. 378, 30." R. P.

1302. οὖν pro ἦν Lasc. eandem varietatem notavimus supra v. 1016. ὡς ὥσπερ ὢν δίκαιος οὐκ ἐφείπετο Cod. A. ἐφέπετο Flor. Brunckius scripsit ὢν δίκαιος, et ἐφείπετο. Verius esset, ut opinor, ὥσπερ ἦν δίκαιος.

1306. ἔτευξε pro ἔγραψε A. et ita Brunckius, probante Valckenaerio; perperam, mea quidem sententia. γραφὰς ἔγραψε convenit usitato apud Graecos loquendi modo, quem, si quis alius, sectatus est Euripides. Ne longe quaeramus, in

160

δόλοισι σὸν παῖδ᾽, ἀλλ᾽ ὅμως ἔπεισέ σε.
ΘΗ. οἴμοι.
ΑΡ. δάκνει σε, Θησεῦ, μῦθος· ἀλλ᾽ ἔχ᾽ ἥσυχας,
τοὐνθένδ᾽ ἀκούσας, ὡς ἂν οἰμώξῃς πλέον.
ἆρ᾽ οἶσθα πατρὸς τρεῖς ἀρὰς ἔχων σαφεῖς;
ὧν τὴν μίαν παρεῖλες, ὦ κάκιστε σὺ,
εἰς παῖδα τὸν σὸν, ἐξὸν εἰς ἐχθρῶν τινα.
πατὴρ μὲν οὖν σοι πόντιος, φρονῶν καλῶς,
ἔδωχ᾽ ὅσονπερ χρῆν, ἐπείπερ ᾔνεσεν·
σὺ δ᾽ ἔν τ᾽ ἐκείνῳ κἀν ἐμοὶ φαίνει κακὸς,
ὃς οὔτε πίστιν, οὔτε μάντεων ὄπα
ἔμεινας, οὐδ᾽ ἤλεγξας, οὐ χρόνῳ μακρῷ
σκέψιν παρέσχες, ἀλλὰ θᾶσσον, ἤ σ᾽ ἐχρῆν,

hac fabula legimus ἐρῶσ᾽ ἔρωτα v. 32. ἡμάρτηκεν ἁμαρτίαν v. 320. δῶρον δίδως v. 334. ἠράσθης ἔρον v. 337. εἰπεῖν ἔπος v. 1157. ἀραὶ ἃς ἠράσω v. 1162–3.

1310. οἰμώξῃ Ald.

1311. ἄρ᾽ pro ἆρ᾽, sublata interrogationis nota, Valckenaerius, cui nequeo assentiri. Vulg. σαφεῖς ἔχων; ordinem mutavit Brunckius, secutus Codices A. Fl. σαφεῖς ἀρὰς supra v. 894. Ad quem locum Valck. attulit Cicer. de Off. I, 10. *nam si (ut in fabulis est) Neptunus, quod Theseo promiserat non fe-*
161*cisset, Theseus filio Hippolyto non esset orbatus: ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit; quo impetrato, in maximos luctus incidit.* Ibid. III. 25. Scholiasta ad v. 1345. εἰσὶ δὲ αἱ εὐχαὶ Θησέως πρὸς Ποσειδῶνα τρεῖς· πρῶτον, ἀνελθεῖν ἐξ Ἅιδου· δεύτερον, ἐκ Λαβυρίνθου· τρίτον, Ἱππολύτου θάνατον. similia habet Schol. ad v. 894. unde autem ista didicerit, nescio. Vulgo ἐχθρόν τινα. Edidi ἐχθρῶν, quomodo certissime emendat Elmsleius, conferens vv. 318. 350. 822. 986. 1069.

1315. Vide supra ad v. 36.

1317. Conf. v. 1058. Οὐδ᾽ ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων Φήμας ἐλέγξας, ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς; Anglice vertas πίστιν, *proof.* Monet Valck. in Attico foro quaevis argumenta, quibus ad causam utebantur probandam, πίστεις dici.

1318. οὐκ ἤλεγξας A. Fl. μακρῷ χρόνῳ Fl.

1319. σκέψειν γ᾽ ἔνειμας Lasc. Ald. Citat Eustathius ad Il. Δ. p. 488, 16 = 372, 20. οὐ μάντεως ὄπα ἔμεινας, οὐ χρόνῳ μακρῷ σκέψιν ἔνειμας, hunc locum notans ob similitudinem sonorum in vocibus ἔμεινας, ἔνειμας. Ed. Bas. habet σκέψειν, mendose.

ἀρὰς ἀφῆκας παιδὶ, καὶ κατέκτανες...
ΘΗ. δέσποιν᾽, ὀλοίμην. ΑΡ. δεινʼ ἔπραξας, ἀλλʼ ὅμως
ἔτ᾽ ἐστὶ καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν.
Κύπρις γὰρ ἤθελ᾽ ὥστε γίγνεσθαι τάδε,
πληροῦσα θυμόν. θεοῖσι δ᾽ ὧδ᾽ ἔχει νόμος·
οὐδεὶς ἀπαντᾷν βούλεται προθυμίᾳ
τῇ τοῦ θέλοντος, ἀλλʼ ἀφιστάμεσθ᾽ ἀεί.
ἐπεὶ, σάφ᾽ ἴσθι, Ζῆνα μὴ φοβουμένη,
οὐκ ἄν ποτ᾽ ἦλθον εἰς τόδ᾽ αἰσχύνης ἐγὼ
ὥστ᾽ ἄνδρα πάντων φίλτατον βροτῶν ἐμοὶ

Equidem aliquando cogitabam de edendo σκέψεις ἔνειμας. Cum vero duo Codices A. Fl. habent σκέψιν παρέσχες, hoc potius in textum adsumendum judicavi: idem fecerat Brunckius.

1321. Dorica forma ὀλοίμαν in Editionibus erat Aldinam sequentibus, et γενοίμαν infra v. 1408. contra consuetudinem dialogi Tragici. Correxit Valck. ὄλωλα infeliciter conjecit Marklandus.

1322. Hunc versum habet *X. Π.* 816. ἔνεστι καὶ σοι A. non 162
male. συγγνώμην ἔχειν Fl. Vid. supra ad v. 116.

1323. Abundat ὥστε ante infinitivum, ut supra v. 702. in Suppl. 581 (591.) *Οὔτοι μ᾽ ἐπαίρεις, ὥστε θυμῶσαι φρένας.* Aesch. Prom. 347. Choeph. 540. *Κρίνω δέ τοι νιν ὥστε συγκόλλως ἔχειν.* Soph. Phil. 656. *Ἆρ᾽ ἐστὶν ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν;* Electr. 1454. *Πάρεστ᾽ ἄρ᾽ ἡμῖν ὥστε κἀμφανῆ μαθεῖν.* Loca, quae sequuntur, indicavit Porsonus apud Gaisfordium ad Supplices. „Sophocl. Oed. Col. 1346. Aesch. Eum. 202. 228. Eur. Orest. 52. Markland. ad Iph. T. 1380." τόδε pro τάδε A. Flor.

1324. Virg. Aen. II. 586. *animumque explesse juvabit Ultricis flammae.*

1325-6. Hos versus citat Eustath. ad Od. N. p. 519, 28. et rursus attingit ad Odyss. Z. p. 266, 34. ed. Bas. observante Valckenaerio; qui censet ex his Euripideis expressos esse Ovidii versus Met. III. 236. *pater omnipotens, (neque enim licet irrita cuiquam Facta Dei fecisse Deo) pro lumine adempto Scire futura dedit.* XIV. 783. *Sola Venus portae ceciditsse repagula sensit, Et clausura fuit, nisi quod rescindere nunquam Diis licet acta Deûm.*

1327. σάφ᾽ οἶσθα Lasc.

1329. φίλτατον ἐμοὶ βροτῶν Lasc. Ald. Ordinem, quem metrum postulat, e duobus Codd. A. B. reposuit Musgravius, post Scaligerum. φίλτατόν γ᾽ ἐμοὶ βροτῶν Barnesius, otiosa particula male inserta.

θανεῖν ἐᾶσαι. τὴν δὲ σὴν ἁμαρτίαν,
τὸ μὴ εἰδέναι μὲν πρῶτον ἐκλύει κάκης·
ἔπειτα δ' ἡ θανοῦσ' ἀνάλωσεν γυνὴ
λόγων ἐλέγχους, ὥστε σὴν πεῖσαι φρένα.
μάλιστα μέν νυν σοὶ τάδ' ἔῤῥωγεν κακὰ,
λύπη δὲ κἀμοί· τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θεοὶ
θνήσκοντας οὐ χαίρουσι: τούς γε μὴν κακοὺς

1330. σὺν pro σὴν Lasc. vitiose.

1331. Crases in vocibus ἢ εἰδέναι et μὴ εἰδέναι apud Tragicos haud rarae sunt. Ne quis tironum in hoc versu haereat, ex-
103 emplis sint Orest. 472. Ἔα· τὸ μέλλον ὡς κακὸν τὸ μὴ εἰδέναι: Iph. T. 1048. Λάθρα δ' ἄνακτος, ἢ εἰδότος, δράσεις τάδε; Ion. 324. Ὡς μὴ εἰδόθ', ἥτις μ' ἔτεκεν, ἐξ ὅτου τ' ἔφυν. Soph. Oed. C. 1155. Antig. 33. Καὶ δεῦρο νεῖσθαι ταῦτα τοῖσι μὴ εἰδόσι Σαφῆ προκηρύξαντα. ubi vulgo τοῖς μὴ εἰδόσι, hiatu sane non ferendo. οὐκ inseruit Brunckius. 263. Κοὐδεὶς ἐναργὴς, ἀλλ' ἔφευγε τὸ μὴ εἰδέναι. vulgo editur ἔφευγε. emendatum citavit Porsonus ad Med. 139. Antig. 535. Trach. 321. Insolentiores quidem, sed ejusdem ordinis sunt crases in μὴ αὐτὸς Iph. T. 1010. ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα Soph. Trach. 84. Nostri Electr. 1104. Ὅστις δὲ, πλοῦτον ἢ εὐγένειαν εἰσιδὼν, Γαμεῖ πονηρὰν, μῶρός ἐστι. Contra frequentissima sunt ἢ οὐ et μὴ οὐ, quae semper apud Atticos monosyllaba efficere dudum monuerunt Viri docti.

1332. ἀνάλωσε et mox ἐλέγχους Lasc. ἀνήλωσεν mavult Elmsleius.

1334. μάλιστα νῦν σοί που Ald. μ. νῦν δὴ σοὶ E. P. Lasc. μ. μὲν νῦν σοι A. B. D. Fl. et hoc praetuli, rescripta tantum νυν enclitica. τά γ' pro τάδ' Lasc.

1335-6. τοὺς εὐσεβεῖς θεοὶ Θανόντας οὐ χαίρουσι citat Eustath. ad Il. I. 737, 4=631, 22. conferens cum Homerico τίς ἂν τάδε γηθήσειεν; Il. I. 77. quod notat esse Attice dictum, ut Cratini γέγηθα τὸν ἄνδρα; Soph. Philoct. 1314. Ἥσθην πατέρα (τε) τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε, Αὐτόν τ' ἐμ'. Oedip. T. 936. τὸ δ' ἔπος οὐξερῶ τάχ' ἂν Ἥδοιο μέν. Aj. 389. ὡς ἥκει φέρων Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν, ἣν ἤλγησ' ἐγώ, vid. Schaefer. ad Bos. Ellips. p. 26. Figura Oropismus dicta est, qualis in Rheso 391. Χαίρω δέ σ' εὐτυχοῦντα, καὶ προσήμενον Πύργοισιν ἐχθρῶν. Addas Nostri Sisyphum apud Suid. et Etym. M. v. χαίρω. Ἐληλυθότε χαίρω σέ γ', Ἀλκμήνας τέκος Βέλτιστε, τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα. sic enim hunc locum, ab Heathio, Valckenaerio, et Toupio frustra tentatum, emendavit Porsonus in Adversariis nuper editis p. 275. Ibi Etymologus, χαίρω σ' ἐληλυθότα· Ὠρωπικοὶ οὕτω λέγουσιν.

αὐτοῖς τέκνοισι καὶ δόμοις ἐξόλλυμεν.
ΧΟ. καὶ μὴν ὁ τάλας ὅδε δὴ στείχει,
σάρκας νεαρὰς
ξανθόν τε κάρα διαλυμανθείς.
ὦ πόνος οἴκων· οἷον ἐκράνθη
δίδυμον μελάθροις
πένθος θεόθεν καταληπτόν.
ΙΠ. αἶ, αἶ, αἶ, αἶ.
δύστηνος ἐγὼ πατρὸς ἐξ ἀδίκου
χρησμοῖς ἀδίκοις διελυμάνθην.
ἀπόλωλα τάλας· οἴμοι· οἴμοι·

1337. Conferas notata supra ad v. 1184.

1339. νεαρὰς ut disyllabum pronunciari voluit Marklandus, 164
credens scilicet mediam syllabam produci. Sed fefellit eum corruptus locus Sophoclis Oed. Col. 475. Οἰὸς νεαρᾶς νεοπόκῳ μαλλῷ βαλών. ubi fortasse legendum sit Νεαρᾶς ἀπ' οἰὸς νεοπόκῳ μ. β. Secundam corripit νεαρὸς in Nostri Troad. 845. et in anapaesticis, Aesch. Agam. 76. 367. Soph. Ant. 157. Marklandi errorem solita temeritate secutus est Brunckius, et sententiam istam more suo defendit. „σάρκας νεαράς. Hinc monometer e duobus spondaeis constat, quod vere monuit Marklandus. νεαρὸς duabus syllabis pronunciandum. Obloquendi, ut videtur, studio Heathius notam illam carpit, et νεαρὰς anapaestum esse vult: sed fallitur. In νεανίας, νεᾶνις, νεαρὸς, Tragicis α semper producitur, quod qui eos legerit, nemo ignorare potest. Sophocles Oed. Col. 475. οἰὸς νεαρᾶς νεοπόκῳ μαλλῷ βαλών.“ Sed audiamus, quaeso, eundem Brunckium ad Sophoclis locum, et iterum candorem hominis ac fidem miremur. „Libri omnes habent οἰὸς νεαρᾶς, quod mendosum esse titubans metrum arguit. In voce νεαρᾶς, media corripitur, nec ulla ratione produci potest.“ Ipse igitur, iterum inculpato Heathio, e Valckenaerii conjectura tandem edidit νεογνῆς.

1341. οἷος Lasc. Ald. οἷον e MSS. A. Fl. receperunt ultimi editores.

1343. „*Pro* καταληπτὸν *Musgravius proponit* κατασκηπτὸν, *credens vocalem corripi posse ante* σκ. *cujus exemplum adducit Ion.* 1198. *Οἰνηρὰ σκεύη σμικρά. Interim lege* τεύχη. *vide Ion.* 1203.“ R. P.

1347. Vulgo male scribitur ἀΐσσουσ'. Disyllabon plerumque est apud Atticos Poetas αἴσσω; tres tantum exceptiones notavit 165
Porsonus, Hec. 31. Iph. A. 12. *Τί δὲ σὺ σκηνῆς ἐκτὸς ἀΐσσεις;* Aesch. Pers. 470. Male etiam Valckenaerius et Brunckius scri-

διά μου κεφαλῆς αἴσσουσ᾽ ὀδύναι,
κατὰ δ᾽ ἐγκέφαλον πηδᾷ σφάκελος.
σχὲς, ἀπειρηκὸς σῶμ᾽ ἀναπαύσω.
ἒ, ἔ.
ὦ στυγνὸν ὄχημ᾽ ἵππειον, ἐμῆς
βόσκημα χερὸς,
διά μ᾽ ἔφθειρας, κατά τ᾽ ἔκτεινας.
φεῦ, φεῦ· πρὸς θεῶν, ἀτρέμα, δμῶες,
χροὸς ἑλκώδους ἅπτεσθε χεροῖν.
τίς ἐφέστηκ᾽ ἐνδέξια πλευροῖς;
πρόσφορά μ᾽ αἴρετε, σύντονα δ᾽ ἕλκετε

bunt ᾄσσουσ᾽, quasi prima diphthongi vocalis per se longa esset. ἀΐσσουσ᾽ Lascaris, qui infra v. 1391. ὄλυτε.

1349. κατά τ᾽ Lasc. κατά γ᾽. Ald. σφάκελος vertitur *spasmus*. Vocem adhibuit Aeschylus Prom. 908. 1081. ad priorem locum interpretatur Blomfieldius, „*Dolor quivis acutus.* Proprie significat morbum acutum, qui spinam dorsi, vel medullam, vel cerebrum afficit.“ deinde pergit varios ejus usus, qua solet eruditione, illustrare.

1350. Hiatus in fine versus, contra morem anapaesticorum, manere sinitur. Hoc ob suspensam histrionis vocem, et exclamationes in verso sequente, factum esse videtur. Suspicio tamen oriri potest, excidisse paroemiacum et fortasse plures versiculos. ἀπείρηκε A.

1351. Omittit A.

1354. κατὰ δ᾽ ἔκτεινας A. Fl. Valck. Brunck.

1355. ἀτρέμας vulgo. ἀτρέμα Cod. A. Nos hanc formam, quae perinde ac altera Euripidi usitata est, et hic metro convenit, praetulimus. Idem fecit Brunckius. In Orest. 252. ἀτρέμα versus plane flagitat. δμῶες ἀτρέμας Ald.

1356. ἅπτεσθαι A. solenni vitio.

1357. Vulgo τίς ἐφέστηκεν δεξιὰ πλευροῖς; ubi si δεξιὰ pro substantivo accipias, in metrum peccas: sin pro κατὰ δεξιὰ i. e. *ad dextram*, vereor ut in tali usu usquam adhibeatur. Primus edidit Valck. e Codice A. τίς ἐφέστηκ᾽ ἐνδέξια πλευροῖς; *Quis lateri meo adstat ad dextram?* et recte contulit Hom. Il. *Α.*
166 597. *Αὐταρ* ὁ τοῖς ἄλλοισι θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν Οἰνοχόει. Neque de hac scriptura idcirco dubitandum est, quod prior dipodia non integra voce terminatur; siquidem triginta fere alia neglectae istius regulae exempla e Tragicorum reliquiis descripsit Gaisfordius ad Hephaest. p. 279.

1358. Exponit Schol. ἤγουν ἁρμοδίως, καὶ προσεχόντως,

τὸν κακοδαίμονα, καὶ κατάρατον
πατρὸς ἀπλακίαις. Ζεῦ, Ζεῦ, τάδ' ὁρᾷς;
ὅδ' ὁ σεμνὸς ἐγὼ, καὶ θεοσέπτωρ,
ὅδ' ὁ σωφροσύνῃ πάντας ὑπερσχὼν,
προὖπτον ἐς Ἅιδην στείχω κατὰ γῆς,
ὀλέσας βίοτον·
μόχθους δ' ἄλλως τῆς εὐσεβίας

καὶ συμφώνως· μὴ ὁ μὲν ἄνω, ὁ δὲ κάτω, ἀλλ' ἐξίσου βαστάζετε· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν μουσικῶν τόνων. Adhibet *X. Π.* 1499.

1360. ἀμπλακίᾳ Ald. ἀμπλακίαις A. Fl. Lasc. et sic Valck. Brunck. De scriptura hujus vocis quaedam notavimus supra ad vv. 145. 834. εἰσορᾷς Fl.

1361. θεοσέπτωρ, θεοσεβής· Hesychius, huc forsan respiciens.

1362. ὑπερέχων omnes Editiones. Nos ὑπερσχὼν e conjectura Valckenaerii edidimus: rarissime enim in legitimo systemate anapaestum dactylo subjecerunt Tragici. In Alcest. 80. Ὅστις ἂν ἐνέποι, πότερον φθιμένην, corrigendum opinor Ὅστις ἂν εἴποι. In Electr. 1328. lego Θάρσει· Παλλάδος ἥξεις ὁσίαν Πόλιν· ἀλλ' ἀνέχου. pro vulg. ὁσίαν ἥξεις. In nostro versu aoristi participium multo melius est ad sententiam, et facile permutantur literae Ε et C. Similem correctionem adhibuit Porsonus in Aesch. Prom. 221.

1363. προὖπτον· πρόδηλον, φανερόν. Hesych. Contractum est προὖπτος ex Ionico πρόοπτος, quod habet Herodotus IX. 17. προόπτῳ θανάτῳ. unde ἀπρόοπτος Aesch. Prom. 1110. Conferas autem Soph. Oed. C. 1439. καὶ τίς ἂν σ' ὁρμώμενον Εἰς προὖπτον Ἅιδην οὐ καταστένοι, κάσι; Aesch. Theb. 854. προὖπτος ἀγγέλου λόγος. Deinde Aldus κατάκρας, sequentibus plerisque editoribus. A. B. D. P. Fl. Lasc. κατὰ γᾶς, idque recepit Brunckius probatum a Valckenaerio, qui locutionem κατὰ γῆς *sub terram* exemplis illustrat. κατὰ γᾶν E.

1364. Hos versiculos aliter distribuerunt Valck. et Brunck. ut basis anapaestica Paroemiaco praefigeretur. Sed id frustra factum esse arbitror. De anapaesticorum divisionibus bene disseruit Butlerus ad Aesch. Prom. 93.

1365. Pro vulgato εὐσεβείας, quod metrum jugulat, Valc- 167
kenaerius e Lasc. reponit εὐσεβίας. quam formam, perinde ac alteram, quoties metro convenit, libenter scripserunt Tragici. Hoc monuit Valck. ad Phoen. 1471. ubi προμηθίᾳ, versu cogente, ut in Soph. Oed. C. 332. Electr. 990. εὐσεβίας recte legit Valck. in Fragm. Hippolyti Καλυπτ. ap. Stob. V. p. 63,

εἰς ἀνθρώπους ἐπόνησα.
αἶ, αἶ, αἶ, αἶ·
καὶ νῦν ὀδύνα μ', ὀδύνα βαίνει.
μέθετέ με τάλανα,
καί μοι θάνατος παιὰν ἔλθοι.
προσαπόλλυτέ μ', ὄλλυτε
τὸν δυσδαίμον'· ἀμφιτόμου
λόγχας ἔραμαι διαμοιρᾶσαι,
διά τ' εὐνάσαι τὸν ἐμὸν βίοτον,

42. p. 87. Grot. unde versus, quos in fine prioris fabulae credo fuisse lectos, in gratiam juniorum citabo; Ὦ μάκαρ, οἵας ἔλαχες τιμῆς, Ἱππόλυθ' ἥρως, διὰ σωφροσύνην· Οὔποτε θνητοῖς ἀρετῆς ἄλλη Δύναμις μείζων· Ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ', ἢ μετόπισθεν, Τῆς εὐσεβίας χάρις ἐσθλή. ibi quoque vulgo εὐσεβείας. Extat εὐσεβίας in Soph. Oed. C. 188. εὐσεβίαν Antig. 943. ὠφελίᾳ in Androm. 387. εὐγενίας in Fragm. Eur. Aegei apud Stob. LXXXIV. p. 493, 24. ἀμελίᾳ in Fragm. Antiop. Stob. XXX. p. 209, 40. corrigente Valck. Alia dedit exempla Vir doctus (*Quart. Rev.* Vol. viii. p. 225.) De his formis multa habet Dorvillius in Charit. p. 405-6.

1368. ὀδύναν μ' ὀδύναν Fl.

1369. με deest in Lasc. Ald. μέθετε τὸν τάλανα E. τάλαν A. B. D.

1370. παιὰν, pro quo Comici παιὼν, titulus erat, quo eximie invocabatur Apollo ἰατρὸς, unde adjectivum παιώνιος, i. e. θεραπευτικός. Hesychius, παιών· ἰατρός. Ceterum cum nostro versu aptissime contulit Valckenaerius Fragm. Aesch. Philoct. ap. Stob. CXIX. p. 602, 38. Ὦ θάνατε παιὰν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν· Μόνος (γὰρ) εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν Ἰατρός. „*Incertus Tragicus apud Plutarch.* II. p. 106. D. ὦ θάνατε παιὰν, (*dele* ἰατρὸς *cum Valckenaerio ad Hipp.* 1392.) μόλοις· Λιμὴν γὰρ ὄντως Ἀΐδας ἀνιᾶν. *Ita lege Dorice pro* ἀνιῶν; *quod pro* ἀν' αἶαν *legit Ruhnkenius ad Longinum* ix. *Aeschylus ibidem*, Ὥσπερ μέγ' ἐστ' ἴαμα τῶν πολλῶν κακῶν. *vulgo* μέγιστον ἴαμα. μέγ' ἔστ' *ed. Grot.*" R. P.

168 1372. Edidit Brunckius, e conjectura Marklandi, ὄλλυτε τὸν δυσδαίμονά μ', ut duos dimetros effingeret: sed in systemate illegitimo, talia non tentanda sunt. In sequentibus ordo est ἔραμαι ἀμφιτόμου λόγχας, (ὥστε) διαμοιρᾶσαι, monente Porsono ad Med. 1396. φιλίου χρῄζω στόματος Παίδων ὁ τάλας προσπτύξασθαι, ubi similis structura.

ὦ πατρὸς ἐμοῦ δύστανος ἀρὰ,
μιαιφόνων τε συγγόνων,
παλαιῶν προγεννητόρων,
ἐξορίζεται κακὸν, οὐδὲ μέλλει,
ἔμολέ τ', ἔμολ' ἐπ' ἐμὲ, τί ποτε, τὸν οὐδὲν
ὄντ' ἐπαίτιον κακῶν;
ἰώ μοι, τί φῶ;
πῶς ἀπαλλάξω βιοτὰν ἐμὰν
τοῦδ' ἀναλγήτου πάθους;
εἴθε με κοιμίσειε τὸν

1375. Doriçam formam δύστανος e Cod. A. recepit Valck.

1376. Intelligit Heathius Atreum et Thyestem, fratres Pittheì. Pittheus enim Aethram genuit, matrem Thesei. Noster Med. 681. Πιτθεύς τις ἔστι γῆς ἄναξ Τροιζηνίας. — Παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος. In sequente versu respiciuntur Tantalus et Pelops, qui et supra v. 834.

1377. παλ. τε πρ. Lasc. Hunc v. et praecedentem transponendos esse censent Heath. et Reisk.

1378. Versum notent tirones Sapphicum Hendecasyllabum. Alius effingi poterit, si cui ita visum erit, mox v. 1382. legendo *Πῶς ἀπαλλάξω βιοτὰν ἐμὰν τοῦδ'*. Hoc metrum legitur in Antistrophicis, Med. 649. 658.

1379. ἐμόλετ' ἐπ' ἐμὲ Lasc. Ald. ἔμολ', ἔμολ' ἐπ' ἐμὲ Fl. ἔμολ' semel A. Metrum est Trochaicum.

1381. Vulgo ἰώ μοι μοι. Brunckius ὤ μοι μοι, auctore, ut videtur, Codice A. Quare praetulerim hodie ἰώ μοι, τί φῶ; dictum est supra ad v. 845.

1382. Vulgo πῶς δ' ἀπαλλάξω. δ' omittunt A. Fl. πᾶς δ' ἂν ἀλλάξω Lascaris, soloece.

1383. ἀναλθήτου dubitanter conjecit Musgravius: deinde Brunckius, conjecturam istam certissimam pronuncians, vocem 169
eo quidem seculo nunquam exauditam, in Euripidis textum temere infersit. ἀνάλγητος in Soph. Aj. 946. et alibi significat, *qui dolore non tangitur, immisericors*, vel etiam *crudelis*; et hanc equidem interpretationem, etsi olim ob substantivum πάθους durior videbatur, hodie omnino amplectendam esse intelligo. τοῦδ' ἀναλγήτου πάθους, *from this cruel calamity*.

1384. Versus est Choriambicus dimeter. Posset vero, modo tanti esset, senarius effici, legendo, *Εἰ γάρ με κοιμίσειε τὸν δυσδαίμονα*. Vulgo κοιμάσειε. ego vero alteram formam, quam praebet A. cum Brunckio praetuli. εἴθε δέ μοι κοιμάσειε Lasc.

δυσδαίμον'· Ἅιδου μέλαινα
νύκτερός τ' ἀνάγκα.
ΑΡ. ὦ τλῆμον, οἵᾳ ξυμφορᾷ ξυνεζύγης·
τὸ δ' εὐγενές σε τῶν φρενῶν διώλεσεν.
ΙΠ. ἔα. ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα· καὶ γὰρ ἐν κακοῖς
ὢν ᾐσθόμην σοῦ, κἀνεκουφίσθην δέμας·
ἔστ' ἐν τόποισι τοισίδ' Ἄρτεμις θεά.
ΑΡ. ὦ τλῆμον, ἔστι· σοί γε φιλτάτη θεῶν.
ΙΠ. ὁρᾷς με, δέσποιν', ὡς ἔχω, τὸν ἄθλιον;

1385—6. Vitiose exhibent A. Fl. Ἅιδου γε νυκτὸς δυστάλαιν' ἀνάγκα.

1387. προσεζύγης perperam editum erat post Aldinam, donec συνεζύγης reposuit Valckenaerius e Codd. plerisque, Lasc. et Χ. Π. 806. optime defendens per Androm. 98. δαίμον' ὦ συνεζύγην. Helen. 262. τίνι πότμῳ συνεζύγην; Adde Soph. Aj. 123. ἄτῃ ξυγκατέζευκται κακῇ. Brunckius e duobus Codd. dedit οἵαις ξυμφοραῖς, frustra, ut opinor.

1388. ἀπώλεσεν A. Fl.

1389. De divino odore, quem spirabant Numinum vestes vel capilli, multa habet Spanhemius ad Callim. Hymn. in Apoll. 38. Prometheus, Nymphas adventantes sentiens, inquit, *Τίς ἀχώ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής;* Aesch. Prom. 115. Virg. Aen. I. 507. *Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem Spiravere.* Ovid. Fast. V. 375. *tenues successit in auras; Mansit odor: posses scire fuisse deam.* Conf. Milton. Par. Amiss. III. 135. et V. 285. Hunc et seq. v. adhibuit Auctor Χ. Π. 1333-4.

1391. τόποισι pro vulgato δόμοισι, e Cod. A. certissime reposuit Musgravius. vide supra v. 53. Deinde τοῖσδέ γ' Ἄ. Θ. omnes editores ante Brunckium, qui ex eodem Codice dedit
170 τοῖσιδ' quod etiam sine Codice reponendum erat. Hanc dativi formam plerumque obliteravit librariorum inscitia, nunc in τοῖσιν, nunc in τοῖσδέ γ' mutantium. Exempla quaedam notavimus supra ad v. 402. Dudum equidem emendabam in Aesch. Prom. 242. Καὶ τοισίδ' οὐδεὶς ἀντέβαινε πλὴν ἐμοῦ. pro τοῖσιν. et in Nostri Heracl. 146. Ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοισίδ' ἕσταμεν λόγοις. ubi vulgo τοισίδ' αὐτοῖς τοῖσιν. sed istas correctiones in nuperis quibusdam Censuris occupatas esse video. In Alc. 200. edidit e MSS. Gaisfordius τοῖσιδ'. Reponenda est haec vox in Heracl. 252. pro τοῖσί γ': in Ion. 325. pro τοῖσδέ γ'. ὡς ᾐσθόμην MS. quidam apud Musgravium.

1393. ὁρᾷς μ', ὦ δέσποιν' Lasc. solenni vitio.

ΑΡ. ὁρῶ· κατ' ὄσσων δ' οὐ θέμις βαλεῖν δάκρυ.
ΙΠ. οὐκ ἔστι σοι κυναγὸς, οὐδ' ὑπηρέτης.
ΑΡ. οὐ δῆτ'· ἀτάρ μοι προσφιλής γ' ἀπόλλυσαι.
ΙΠ. οὐδ' ἱππονώμας, οὐδ' ἀγαλμάτων φύλαξ.
ΑΡ. Κύπρις γὰρ ἡ πανοῦργος ὧδ' ἐμήσατο.
ΙΠ. ὤμοι· φρονῶ δὴ δαίμον', ἥ μ' ἀπώλεσε.
ΑΡ. τιμῆς ἐμέμφθη, σωφρονοῦντι δ' ἤχθετο.
ΙΠ. τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσεν Κύπρις μία.
ΑΡ. πατέρα τε, καὶ σὲ, καὶ τρίτην ξυνάορον.
ΙΠ. ὤμωξα τοίνυν καὶ πατρὸς δυσπραξίας.

1394. Hinc forsan Ovidius Met. II. 621. *neque enim coelestia tingi Ora decet lachrymis.* οὐδέμις Ald.

1396. Sic A. B. προσφιλής τ' Fl. ἀπώλεσεν D. Mira est varietas, sed vitiosa, in Aldina; ἀτάρ τοι δύσποτμός γ' ἀπόλλυσαι. δύσποτμός τ' Lasc.

1397. ἱππονώμας. hanc vocem Porsonus in Nota MSta Sophocli restituendam esse monuit. „*Sophoclis Aj.* 256. *lege ex Aldina* Τὸν αἰσ' ἄπλατος ἴσχει, *quod mutavit Triclinius ob v.* 232. Βοτῆρας ἱππονόμους. *ubi scribendum* ἱππονώμας. *vid. Arist. Nub.* 571. *Eur. Hipp.* 1413. (*Ed. Brunck.*)" R. P. Valckenaerius ad Phoen. 120. confert voces ejusdem formae apud Euripidem, λευκολόφας Phoen. 120. εὐλύρας Alc. 587. μηλονόμας 589. χρυσοκόμας Iph. A. 548. Suppl. 975. Iph. T. 1236. Tr. 253.

1398. Lasc. πάνουρος et mox ἀπώλεσεν.

1400. τιμῆς σ' ἐμ. ad mentem Reiskii edidit Brunckius. Sed recte supprimitur pronomen, ut in Hec. 956. Σὺ δ' εἴ τι μέμφει τῆς ἐμῆς ἀπουσίας, Σχές. Observat Valck. τιμῆς dici de honore 171 neglecto, conferens Hom. Il. Α. 93. Οὔτ' ἄρ' ὅ γ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὔθ' ἑκατόμβης.

1401. Aldus et A. habent ὤλεσ', ἤσθημαι, Κύπρις. Lascaris autem cum duobus MSS. ὤλεσεν μία Κύπρις. hoc vero cum per metrum stare non posset, duas ultimas voces transposui; nec dubito quin sic scripserit Poeta. Vidimus enim quoties ordinem vocum librarii sub finem hujus Tragoediae immutarunt. supr. vv. 1283. 1284. 1295. 1311. 1318. 1329. 1355. Conjicit quidem Valckenaerius ὤλεσ', ἤσθημαι, μία. Loca autem ab eo allata nostram lectionem apprime defendunt. Orest. 733. Ποῦ 'στιν ἢ πλείστους Ἀχαιῶν ὤλεσεν γυνὴ μία; 1242. Τρισσοῖς φίλοις γὰρ εἷς ἀγὼν, δίκη μία. Troad. 868. Iph. T. 1065. Legit G. Burges. ad Tr. 993. ὤλεσεν θεὰ μία.

1402. ξύναφρον vitiose A. ξυνόφρον τρίτην Fl.

1403. Aoristos saepe adhibent Graeci significatione paullum

ΑΡ. ἐξηπατήθη δαίμονος βουλεύμασιν.
ΙΠ. ὦ δυστάλας σὺ τῆσδε συμφορᾶς, πάτερ.
ΘΗ. ὄλωλα, τέκνον, οὐδέ μοι χάρις βίου.
ΙΠ. στένω σὲ μᾶλλον, ἢ 'μὲ, τῆς ἁμαρτίας.
ΘΗ. εἰ γὰρ γενοίμην, τέκνον, ἀντὶ σοῦ νεκρός.
ΙΠ. ὦ δῶρα πατρὸς σοῦ Ποσειδῶνος πικρά.
ΘΗ. ὡς μήποτ' ἐλθεῖν ὤφελ' εἰς τοὐμὸν στόμα.
ΙΠ. τί δ'; ἔκτανές τ' ἄν μ', ὡς τότ' ἦσθ' ὠργισμένος.
ΘΗ. δόξης γὰρ ἦμεν πρὸς θεῶν ἐσφαλμένοι.
ΙΠ. φεῦ. εἴθ' ἦν ἀραῖον δαίμοσιν βροτῶν γένος.
ΑΡ. ἔασον· οὐ γὰρ οὐδὲ γῆς ὑπὸ ζόφον
θεᾶς ἄτιμοι Κύπριδος ἐκ προθυμίας

distante a praesentibus. Exempla complura e Tragicis dedit Hermannus ad Viger. p. 734. observans in talibus praeteritum revera indicari, sed ut vix alia lingua exprimi possit, nisi circumscribere velis. In Med. 274. vertit *εἶπον*, *edictum volo.* Suppl. 1170. *ὑπεῖπον*, *imperatum volo.* Iph. Aul. 469. *κατῴκτειρα*, *misericordia tacta sum.* Hujus igitur generis est *ᾤμωξα* in nostro versu, et in Med. 787. *Ὤιμωξα δ' οἷον ἔργον ἔστ' ἐργαστέον Τοὐντεῦθεν ἡμῖν.* Conferas *ἀπέπτυσα* supra v. 610. *ἀπωλόμην* 574. 847.

1406—8. His usus est *X. Π.* 893. seqq.

1407. *ἢ με* Lasc. minus recte.

1411. *ἔκτανές γ'* male proposuit Valckenaerius. *τ' ἂν* crasis
172 est *τοι ἂν*, de qua vide supra ad v. 443. *μ'* deest in Cod. A.

1412. „*Versus* 1432-3-4. (*ed. Musgr.*) *omittit Ed. Flor.*" R. P. Ii sunt 1412. 1413. meae Editionis. Etiam vv. 913. 914. absunt ab Ed. Flor.

1413. Recte statuerunt interpretes *ἀραῖον* in activo sensu capiendum esse, ut Med. 608. *Καὶ σοῖς ἀραία γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις.* Iph. T. 778. Aesch. Agam. 245. Soph. Oed. T. 1291. nec opus est Valckenaerii mutatione *εἶτ' ἦν.* Exponit Schol. *εἴθε ἦν καταρᾶσθαι ἄνθρωπον θεῷ.* Omnes editiones, quas inspexi, habent *δαίμοσι.*

1414. *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ* Aldus, et editores eum secuti, donec tacite correxit Barnesius *οὐ γὰρ οὐδὲ*: sic enim ille in libro Miltoniano, quo usus est, emendatum viderat. Pariter adhibentur particulae negantes in Soph. Trach. 280. *Ὕβριν γὰρ οὐ στέργουσιν οὐδὲ δαίμονες.* *ζόφῳ* A. B. *ζόφον* Lasc. Ald. et *X. Π.* 1926.

1415. *ἄτιμος* in hoc sensu exponit Schol. Aesch. Choeph. 1018. *ἀτιμώρητος.* Valckenaerio videtur imitatus Noster Aeschylum Agam. 1288. *Οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν.* Nostrum autem Virgilius Aen. XI. 845. *Non tamen indecorem tua te regina*

ὀργαὶ κατασκήψουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας,
σῆς εὐσεβείας κἀγαθῆς φρενὸς χάριν.
ἐγὼ γὰρ αὐτῆς ἄλλον ἐξ ἐμῆς χερὸς,
ὃς ἂν μάλιστα φίλτατος κυρῇ βροτῶν,
τόξοις ἀφύκτοις τοῖσδε τιμωρήσομαι.
σοὶ δ', ὦ ταλαίπωρ', ἀντὶ τῶνδε τῶν κακῶν,
τιμὰς μεγίστας ἐν πόλει Τροιζηνίᾳ
δώσω· κόραι γὰρ ἄζυγες, γάμων πάρος,

relinquet Extrema jam in morte; neque hoc sine nomine letum Per. gentes erit; aut famam patieris inultae.

1416. κατασκήπτουσιν vulgo: sed rectius Brunck. κατασκήψουσιν e Cod. A. huc facit Fl. κατασκήψουσιν. Futurum etiam legisse videtur Conditor X. Π. κατὰ σκήπτουσιν Lasc.

1417. Legitur in X. Π. 822. Hunc versum immerito suspectum habet Valckenaerius, ob similem infra 1452.

1418. Adonidem indicari plerumque intelligunt Viri docti. In hanc rem Muretus, Var. Lect. V. 7. commode citat Apollodorum III. 14. p. 355. Ed. Heyn. Ἄδωνις δὲ, ἔτι παῖς ὢν, Ἀρτέμιδος χόλῳ πληγεὶς ἐν θήραις (θήρᾳ) ὑπὸ συὸς ἀπέθανεν. Addit Valck. Claudianum, Adonidis et Hippolyti fata jungentem, in Fescenn. I. 16. *Venus reversum spernat Adonidem, Damnet reductum Cynthia Virbium.* Quoniam vero nunc oblata est occasio, Virgilii narrationem describam: Aen. VII. 765. *Namque ferunt* 173
fama Hippolytum, postquam arte novercae Occiderit, patriasque explerit sanguine poenas, Turbatis distractus equis, ad sidera rursus Aetheria, et superas coeli venisse sub auras, Paeoniis revocatum herbis et amore Dianae. — At Trivia Hippolytum secretis alma recondit Sedibus, et nymphae Egeriae nemorique relegat; Solus ubi in sylvis Italis ignobilis aevum Exigeret, versoque ubi nomine Virbius esset. De auctoribus qui eandem fabulam tractasse videntur, bene disputavit Heynius in Observ. ad Apollod. p. 278-9. Virgilium secutus est Ovidius Met. XV. 533. Contra Horatius Carm. IV. vii. 25. *Infernis neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum.*

1419. Sic Lasc. et Codices. κυροῖ, quod exhibet Aldus, soloecum est. Vid. notata ad v. 487.

1421. σὺ δ' pro σοὶ δ' Lasc.

1423. Pausanias II. 32. ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν (οἱ Τροιζήνιοι) οὐκ ἐθέλουσι συρέντα ὑπὸ τῶν ἵππων, οὐδὲ τὸν τάφον ἀποφαίνουσιν εἰδότες, τὸν δὲ ἐν οὐρανῷ καλούμενον ἡνίοχον, τοῦτον εἶναι νομίζουσιν ἐκεῖνοι Ἱππόλυτον, τιμὴν παρὰ θεῶν ταύτην ἔχοντα. Scholiasta noster, ἐν Τροιζῆνι ἱερόν ἐστιν Ἱππολύτου, ᾧ (l. οὗ) ἀποκείρονται αἱ μελλόνυμφοι. Similia habent Diodorus Siculus IV.

κόμας κεροῦνταί σοι, δι' αἰῶνος μακροῦ,
πένθη μέγιστα δακρύων καρπούμεναι·
ἀεὶ δὲ μουσοποιὸς εἰς σὲ παρθένων
ἔσται μέριμνα, κοὐκ ἀνώνυμος πεσὼν
ἔρως ὁ Φαίδρας εἰς σὲ σιγηθήσεται.
σὺ δ', ὦ γεραιοῦ τέκνον Αἰγέως, λάβε
σὸν παῖδ' ἐν ἀγκάλαισι, καὶ προσέλκυσαι·
ἄκων γὰρ ὤλεσάς νιν· ἀνθρώποισι δὲ,
θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.
καὶ σοὶ παραινῶ πατέρα μὴ στυγεῖν σέθεν,
Ἱππόλυτ'· ἔχεις γὰρ μοῖραν, ᾗ διεφθάρης.
καὶ χαῖρ'· ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾷν,
οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς·
ὁρῶ δέ σ' ἤδη τοῦδε πλησίον κακοῦ.
ΙΠ. *χαίρουσα καὶ σὺ στεῖχε, παρθέν' ὀλβία·*

62. Pausanias II. 32. ubi plura de Hippolyto. Lucianus, qui vocatur, de Syria Dea, Tom. III. p. 489, 53.

1425. Valckenaerii correctionem *καρπουμένῳ* probavit Musgravius, et recepit Brunckius. Sed nollem factum. Sanum mihi videtur *καρπούμεναι*. sensus est, *Innuptae virgines flebunt tua fata, atque adeo fletus sui fructum reportabunt.* similis est usus vocis *καρποῦσθαι* in Aesch. Agam. 511. *Αὐτὸς φρενῶν καρποῖτο τὴν ἁμαρτίαν.*

174 1429. Vide supra ad v. 1279.

1430. *ἀγκάλῃσι* vulgo. Alteram vero terminationem, quam hic exhibent Lasc. A. semper, non monito lectore, dedimus. *προσέλκυσον* E. P. Lasc.

1435-6. Laudavit Aelianus ap. Suid. v. *Φιλήμων*. Respexit etiam Eustath. ad Il. *Π*. p. 1081, 19 = 1107, 9. et ad Od. *Χ*. p. 1932, 12 = 792, 43. Hoc notat Valck. Noster Scholiasta indicat Alcest. 22. ubi Apollo, Alcestide vitam jam relictura, *Ἐγὼ δὲ, μὴ μίασμά μ' ἐν δόμοις κίχῃ, Λείπω μελάθρων τῶνδε φιλτάτην στέγην.* In Statii Theb. VIII. fin. Minerva, aspecto Tydeo jam moriente, *fugit aversata jacentem, Nec prius astra subit, quam mystica lampas, et insons Ilissos multa purgarat lumina lympha.* pro *φθιτοὺς* Cod. A. Fl. habent *νεκροὺς*, e glossemate, ut videtur.

1437. *Χ. Π.* 149.

1438. Male vertunt interpretes *laeta et tu vade.* *χαίρουσα στεῖχε* est *vade et vale.* sic in Med. 754. *Χαίρων πορεύου.* Phoen.

μακρὰν δὲ λείπεις ῥᾳδίως ὁμιλίαν.
λύω δὲ νεῖκος πατρὶ, χρῄζούσης σέθεν·
καὶ γὰρ πάροιθε σοῖς ἐπειθόμην λόγοις.
αἶ, αἶ· κατ' ὄσσων κιγχάνει μ' ἤδη σκότος.

935. *Χαίρων ἴθ'· οὐ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων.* Alcest. 829. Soph. Trach. 821. *Ἀλλ' ἑρπέτω χαίρουσα.*

1439. *λείποις* A. E. Fl. et sic Valck. Brunck. *λείπεις* Lasc. Ald. rectius sane quam, quod olim amplexus eram, *λείποις*. X. *Π.* 851. habet *Μακρὰν λιπόντα ῥᾳδίως ὁμιλίαν.* unde conjicias invenisse eum *Μακρὰν λιποῦσα ῥ. ὁ.* Ceterum conjectura longe infelicissima Valckenaerio excidit, legenti, *Μιαρὰν δὲ λείποις ῥᾳδίως ὁμιλίαν.*

1440. *λύσω* A. qui infra 1448. cum tribus aliis Codicibus, *ἀφήσεις.* hoc sumpsit Brunckius. Utrobique vero praesens tem- 175 pus sententiae melius inservit. *πατρὸς* Fl.

1442. Editiones omnes habent *κιχάνει*, sed metro plane adversante; vox enim illa primam corripit, secundam producit. Monuit Egertonus in Addendis ad suas in hanc fabulam Annotationes, Porsonum legere *κιγχάνω*; recte omnino. Eandem vocem restituit Porsonus Aeschylo, Choeph. 620. Gaisfordius Nostro, Alc. 493. *Ἄδμητον ἐν δόμοισιν ἆρα κιγχάνω;* exscribens insignem locum Eustathii ad Od. *Ε.* p. 1525, 10=209, 25. qui docet formam *κιγχάνω* analogiae consentaneam esse, utpote a *κίχω* derivatam, non secus ac *ἁνδάνω*, *μανθάνω*, *λαγχάνω* et similia, ab *ἅδω*, *μάθω*, *λάχω*. Eundem indicaverat Hermannus de Emend. Gr. Gramm. p. 69. qui tamen *κιχχάνω* scribere voluit, minus recte; emendans Helen. 605. Soph. Oed. Col. 1450. Sed mihi quidem, ut verum fatear, parum arridet ista Grammaticorum ratio, quae verba a formis obsoletis, sive fictis, deducit. Credo equidem fluxisse praesentia *θιγγάνειν*, *ἐρυγγάνειν*, *φυγγάνειν*, *κιγχάνειν*, *λαγχάνειν*, *τυγχάνειν*, *δάκνειν* (contr. ex *δαγκάνειν*) *λαμβάνειν*, *μανθάνειν*, *ἁνδάνειν*, *πυνθάνεσθαι*, ab aoristis, *θιγεῖν*, *ἐρυγεῖν*, *φυγεῖν*, *κιχεῖν*, *λαχεῖν*, *τυχεῖν*, *δακεῖν*, *λαβεῖν*, *μαθεῖν*, *ἁδεῖν*, *πυθέσθαι*: scilicet litera *ν* vel *μ* inserta. In eadem fuisse opinione videtur Vir doctus (*Edinb. Rev.* vol. II. p. 321.) qui *λαμβάνω*, *πείθω*, *βαίνω*, ab aoristis suis derivabat. Ut ad *κιγχάνω* revertar, formam agnoscit Hesychius in vocibus *κιγχάνω*, *κιγχάνειν*, *ἐκίγχανεν*, exponens per *τυγχάνω.* Corrigendus est Euripides apud Stobaeum XLI. p. 240, 31. Gesn. p. 167. Grot. *Πρὶν ἂν κατ' ὄσσων τυγχάνῃ με καὶ σκότος.* Dedit Grotius *τυγχάνῃ μέλας σκότος.* Repono *Πρὶν ἂν κατ' ὄσσων κιγχάνῃ μέλας σκότος.* In Hippolyti versu *τυγχάνει* habet Cod. Fl.

λαβοῦ, πάτερ, μου, καὶ κατόρθωσον δέμας.
ΘΗ. ὤμοι, τέκνον, τί δρᾷς με τὸν δυσδαίμονα;
ΙΠ. ὄλωλα, καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας.
ΘΗ. ἦ τὴν ἐμὴν ἄναγνον ἐκλιπὼν φρένα;
ΙΠ. οὐ δῆτ', ἐπεί σε τοῦδ' ἐλευθερῶ φόνου.
ΘΗ. τί φής; ἀφίης αἵματός μ' ἐλεύθερον;
ΙΠ. τὴν τοξόδαμνον Ἄρτεμιν μαρτύρομαι.
ΘΗ. ὦ φίλταθ', ὡς γενναῖος ἐκφαίνει πατρί.
ΙΠ. ὦ χαῖρε καὶ σὺ, χαῖρε πολλά μοι, πάτερ.
ΘΗ. ὤμοι φρενὸς σῆς εὐσεβοῦς τε κἀγαθῆς.
ΙΠ. τοιῶνδε παίδων γνησίων εὔχου τυχεῖν.
ΘΗ. μή νυν προδῷς με, τέκνον, ἀλλὰ καρτέρει.
ΙΠ. κεκαρτέρηται τἄμ'· ὄλωλα γὰρ, πάτερ·
κρύψον δέ μου πρόσωπον ὡς τάχος πέπλοις.
ΘΗ. ὦ κλείν' Ἀθηνῶν Παλλάδος θ' ὁρίσματα,

1443. Vide supra 786. 789.

1444. οἴμοι habet A.

1445. νῦν pro δὴ X. Π. 898. Infeliciter conjecit Valckenaerius κ' ἤδη. Talem enim sive elisionem, sive crasin, ignorarunt Attici.

1446. Diversam lectionem χέρα pro φρένα agnoscunt B. D.
176Fl. Conf. Ovid. Metam. VII. 850. *Neu me morte sua sceleratum deserat, oro.*

1447. φόβου pro φόνου Fl. quod si in aliis legeretur, quivis adsumendum esse in textum judicaret, ob Hec. 863. Ἐγώ σε θήσω τοῦδ' ἐλεύθερον φόβου. Phoen. 1093. ὥς σ' ἀπαλλάξω φόβου. Sed saepe permutantur voces φόβος, et φόνος. utravis locutio per se proba est, et nostri loci sententiae satis conveniens.

1452. εὐλαβοῦς pro εὐσεβοῦς Cod. A. sed monuit Valckenaerius usum vocis εὐλαβὴς de pietate, quem frequentabant Sacri Scriptores, veteribus fuisse ignotum. εὐγενοῦς τε X. Π. 801. De constructione genitivi post οἴμοι, subaudita praepositione, egerunt Koen. ad Gregor. p. 59. Hemsterh. ad Arist. Plut. p. 425. Hic citat Schol. in Acharn. 209. Οἴμοι τῶν ἐτῶν τῶν ἐμῶν· σφόδρα Ἀττικὴ ἡ φράσις· λείπει γὰρ τὸ ἕνεκα.

1454. μὴ νῦν prima nostra editio, quemadmodum praecedentes omnes. μή νυν hic et alibi reponendum esse censeo.

1456. X. Π. 1451. Contulit Valckenaerius Hec. 436. Troad. 623. Heracl. 560. Electr. 1207. Soph. Aj. 915.

1457. ὁρίσματα in eodem usu adhibetur Hec. 16. Ἕως μὲν

οἵου στερήσεσθ' ἀνδρός· ὦ τλήμων ἐγώ·
ὡς πολλά, Κύπρι, σῶν κακῶν μεμνήσομαι.
ΧΟ. κοινὸν τόδ' ἄχος πᾶσι πολίταις
ἦλθεν ἀέλπτως.
πολλῶν δακρύων ἔσται πίτυλος·

οὐκ γῆς ὄρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα. ubi exponit Schol. per πύργοι, et vertit Marklandus ad Suppl. 665. *moenia*.

1458. „στερήσεσθ' *futurum medium pass*. *Vid. Orest.* 434. οἴσεται. *Med.* 474. λυπήσει.“ R. P. Notandum tironibus, quatuor esse apud Graecos formas futurorum passive significantium. 177
Exempla rem apertam facient. Primi igitur generis esse ponamus τιμήσομαι, στυγήσομαι, λέξομαι: secundi, quod Paulo post Futuri nomine distinguunt Grammatici, βεβλήσομαι, γεγράψομαι: tertii, βληθήσομαι, ἀπαλλαχθήσομαι: quarti, quod apud Tragicos rarius est, ἀπαλλαγήσομαι, φανήσομαι. Primae formae, cui Futuri Medii titulum dederunt Grammatici, usus passivus Atticis maxime placuit. Vide Hemsterhusium ad Thom. Mag. p. 852. Exempla horum futurorum passive significantium, quae inter Tragicorum lectionem enotavi, exscribam. λέξομαι Hec. 901. Alc. 332. Iph. T. 1047. Herc. F. 852. Soph. Oed. C. 1186. τιμήσομαι Fragm. Eur. Erecthei I. 54. Soph. Antig. 210. Aesch. Ag. 590. στερήσομαι Eur. Electr. 310. Hipp. 1458. Soph. Electr. 1210. Antig. 890. κηρύξομαι Phoen. 1646. ἁλώσομαι Andr. 190. Soph. Oed. T. 576. Oed. C. 1064. Ant. 46. ἐάσομαι Iph. A. 331. μισήσομαι Tr. 663. Ion. 623. στυγήσομαι Soph. Oed. T. 672. δηλώσομαι Soph. Oed. C. 581. βουλεύσομαι Aesch. Theb. 204. ἐνέξομαι Orest. 509. ἄρξομαι Aesch. Pers. 591. διδάξομαι Helen. 1446. Soph. Ant. 726. ἐπιτάξομαι Suppl. 521. (531.) καλοῦμαι Soph. El. 971. ὀνειδιοῦμαι Oed. T. 1500. In Heracl. 335. μνημονεύσεται χάρις reposuit Elmsleius. Alia quaedam hujusmodi in Tragicorum reliquiis deprehendet lector. Apud ceteros Atticos frequentissima sunt. vid. Pierson. ad Moerin pp. 13. 367. Praeiverat Homerus in Odyss. *Α*. 123. Χαῖρε ξεῖνε· παρ' ἄμμι φιλήσεαι. Iis, quae descripsi, addi posset ἐξογκώσεται supra v. 942. Sed hujus futuri usus videtur a ceteris jam notatis nonnihil distare, et mediam potius quam passivam significationem capere.

Ibid. „ὦ τλήμων ἐγώ. *solennis senarii clausula. Conf. Alcest.* 1087. *Herc. F.* 551. *et hoc legendum in Aristoph. Plut.* 777. *ubi vulgo* ὁ τλήμων ἐγώ.“ R. P. τλῆμον Lasc.

1460. κοινὸν ἄχος Flor.

1462. πίτυλος. haec vox extat in Aesch. Theb. 862. Pers. 981. et in undecim Euripidis locis, quae monstrabit Beckii Index. Diverse explicant Grammatici. Hesychius, πίτυλος· συστροφὴ τῆς

τῶν γὰρ μεγάλων ἀξιοπενθεῖς
φῆμαι μᾶλλον κατέχουσιν.

χειρὸς, ὅταν πυκνῶς ἐπιφέρηται. ita enim corrigunt Viri docti,
178 pro πικρῶς ἐπιφέρηται, e Jul. Polluc. II. 4. Exponitur autem *impulsorum remorum strepitus*, ab Aeschyli Scholiasta ad Theb. 862. πίτυλος· ἔστι κυρίως, ὁ ἀπὸ τῶν ἐρεσσομένων κωπίων γενόμενος θόρυβος. Patet ex exemplis, denotare *aliquem crebrum motum*; ut in Heracl. 837. πίτυλος δορός. Troad. 1244. πιτύλους διδοῦσα χειρός. Iph. T. 307. μανίας πίτυλον. Herc. F. 818. πίτυλον φόβον.

ΤΕΛΟΣ
ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ.

ADDENDA.

„Non possum quin conjecturam hic promam, aptiori loco argumentis satis idoneis confirmandam, *Phaedrae* nomine inscriptam fuisse a poeta priorem, *Hippolyti* posteriorem fabulae editionem: quorum titulorum mutatio cur a poeta instituta sit, caussa me latere non videtur. *Osann.* ad Philemon. p. 37. In quibusdam grammaticorum locis Phaedrae nomine inscripta haec fabula commemoratur. Similiter interdum Electram nominant pro Oreste.

V. 67. εὐπατέρειαν. Vid. Seidler. ad Euripid. Electr. v. 168.

V. 79. Hermann. ad Euripidis Bacchas p. 46.

V. 365. πρὶν σὰν — κατανύσαις Dissen. Disquisit. philol. I. p. 20.

V. 389. Non adnotavit Monkius, scholiastam Venetum Homeri Il. α. 104. λ. 356. γράμματε legisse. Vid. Dobraeum ad Arist. Plut. v. 454.

V. 468. — 470. Hermann. praefat. ad Sophocl. Aiac. p. XIX.

V. 472. πεσοῦσ᾽ in πεσόνθ᾽ olim mutari voluit Seidlerus. v. Hermann. ad Sophocl. Trachin. v. 150. — Brunck. ad Aristoph. Aves 355. Schaefer. Melet. crit. p. 60.

V. 740. τῶν ἀοιδῶν. Buttmann. Grammat. Gr. vol. I. p. 154.

V. 844. Vid. Philemon. p. 157.

V. 1107. ξύνεσιν δέ τις ἐλπίδι κεύθων Hermann. ad Vigerum edit. tertia p. 715.

V. 1212. Coraes ad Plutarch. vol. I. p. 372. infelici coniectura λεγμάτων.

V. 1250. κέκρανται συμφορὰ etiam Schaeferus correxerat ad schol. Apollon. Rhod. p. 208.

V. 1284. Cod. Flor. δειλ' i. e. ΔΕΙΛΕΣ. Lege igitur φανερὰ δ' εἰλέν σ' ἄτα, et confer Orest. 963. ed. Pors. Heracl. 941. ed. Beck. *Dobree* ad Aristoph. Plut. 115.

V. 1320. ἀρὰς ἐφῆκας Schaefer. ad Schol. Apollon. Rh. p. 206.

V. 1401. Vid. Dobraeum ad Aristoph. Nubes v. 23.

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

(NUMERI PAGINAS EDITIONIS CANTABRIGIENSIS IN MARGINIBUS LIPSIENSIS NOTATAS INDICANT.)

A.

LIPSIAE,

IMPRESSIT BENEDICT GOTTHILF TEUBNER.